Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Biblia.

https://hdl.handle.net/1874/344206

Biblia et interpretes

Folio ~~nº. 305.~~

Kast III
pl. D n: 2

141. **Biblia latina.** [Straatsburg, J. Prüss] 1486. 2 dln. 2º. 111. D. 1, 2

Typen 2, 3. — HC* 3095. — BMC I p. 119. — Peddie I p. 107. — Pell. 2322. — Pr. 518.



Ptinet Religiosis Fribus Lati S. Bernardi



# Prologus

Bibliotheca Lati S. Bernardi

Epistola sancti Hieronymi presbyteri ad Chromatium et Heliodorum episcopos: de libris salomonis.

Iungat epistola quos iungit sacerdotium: imo charta nō diuidat quos christi nectit amor. Cōmētarios in osee amos et zachariā. malachiam q̄z poscitis. Scripsissem si licuisset pre valitudine. Mittitis solatia sumptuū: notarios nostros et librarios sustētatis: vt vob potissimum nostrū desudet ingenium. Et ecce ex latere frequēs turba diuersa poscētiū: quasi aut equum sit me vobis esurientib⁹ et alijs laborare: aut in ratōne dati et accepti. cuiq̄z preter vos obnoxius sim. Itaq̄z lōga egrotatione fract⁹ ne penitus hoc anno reticerem et apud vos mutus essem. tridui opus nomi vestro cōsecraui interpretationē videlicet triū salomonis voluminū. masloth. q̄d hebrei parabolas: vulgata aūt editio p̄uerbia vocat. coeleth. que grece ecclesiasten. latine contionatorē possumus dicere. syrasirim. q̄d i lingua nostra vertitur canticum canticorū. Ferr̄ ⁊ panaretos iesu filij syrach liber. ⁊ alius pseudographus: qui sapiētia salomonis inscribit. Quorū priorē hebraicū repperi. non ecclesiasticū vt apud latinos: sed parabolas prenotatū. Cui iuncti erāt ecclesiastes et canticū canticorū. vt similitudinem salomonis nō solū numero librorū sed etiā materiarum genere coequaret. Secūdus apud hebreos nusq̄z est: q̄z ⁊ ipse stilus grecā eloquētiā redolet. ⁊ nō nulli scriptorū veteruz. hunc esse iudei phylonis affirmāt. Sicut ergo iudith et tobie et machabeorū libros. legit quidez eos ecclesia. sed inter canonicas scripturas nō recipit: sic et hec duo volumina legat ad edificationem plebis: nō ad autoritatē ecclesiasticorū dogmatū confirmandaz. Si cui sane septuaginta interpretū magis editio placet: habet eaz a nobis olim emendatā. Neq̄z. n. noua sic cudimus: vt vetera destruamus: Et tamen cum diligentissime legerit. sciat magis nostra scripta intelligi: que non in tertium vas transfusa coacuerit sed statim de prelo purissime cōmendata teste. suum saporem seruauerint.

Explicit epistola sancti Hieronymi.
Incipit prologus in libros eosdem.

Tribus noib⁹ vocatū fuisse salomonē scripture manifestissime docent. Pacificum. i. salomonē et ydida. hoc est dilectū dñi: ⁊ quod nunc dicitur coeleth. i. ecclesiasten. Ecclesiastes aūt greco sermone est appellatus. q̄z cetū. i. ecclesiam congreget. quez nos nūcupare possumus: contionatorē eo q̄ loquat̄ ad ꝓplum. ⁊ sermo eius nō specialiter ad vnū. sed ad vniuersos dirigatur generaliter. Porro pacificus ⁊ dilectus dñi ab eo q̄ regno ei⁹ pax fuerit. ⁊ eū dñs dilexerit: appellatus est. Nā et p̄s quadragesimusquart⁹ ⁊ septuagesimusprim⁹. dilecti ⁊ pacifici titulo p̄notant̄. Qui tñ ⁊ si ad ꝓphiam christi ecclesieq̄z ꝑtinētes felicitatē ⁊ vires salomonis excedūt: tñ s̄m historiā. sup salomonē scripti sunt. Itaq̄z iuxta numerū vocabulorū: tria volumīa edidit. p̄uerbia. ecclesiasten. canticū canticorū. In p̄uerbijs paruulū docens: ⁊ q̄si de officijs per sn̄ias erudiēs. Tñ ⁊ ad filiū sermo crebro repetit̄. In ecclesiasten vo mature virū etatis instituēs. ne quicq̄z in mūdi reb⁹ putat esse perpetuū: s̄z caduca ⁊ breuia vniuersa q̄ cernim⁹. Ad extremū iaz cōsūmatū vir ⁊ calcato seculo p̄paratū: in canticis canticorū sponse iūgit amplexibus. Nisi enī prius reliquerim⁹ vitia et pompis seculi renūciantes: expeditos nos ad aduentū p̄parauerim⁹ nō possumus cantare canticū canticorū. Sed et hoc diligētius attendendū. tres libros autore diuerso esse ītitulatos In p̄uerbijs enī notant̄ p̄uerbia salomonis filij



ACADEMIA ... BIBLIOTECA

dauid reg' isrl'. In ecclesiasten vero verba ecclesiastes filij dauid reg' hierusalē Supfluuz quippe ē isrl' hic. quod male in grecis et latinis codicib' inuenit' In cātico aūt canticoꝝ nec filius dauid nec rex isrl' siue hierusalē prescribit': sed tantū canticū canticorū salomonis Sicut enī ꝓuerbia et rudis institutio ad duodecī trib'. et ad totū ꝑtinet israel. ⁊ quō contēptus mundi nō nisi metropolitis conuenit. hoc ē habitatoribus hierusalem. Ita cantica canticoꝝ ad eos ꝓprio ꝑtinet qui tm̄ supna desiderant. Ad incipiētes ⁊ ꝓficiētes: ⁊ paterna dignitas. ⁊ regni ꝓprij merito vendicat' autoritas. Ad ꝑfectos vero vbi nō timore erudit'. sed amore ꝓprium nomen sufficit. et eq̄lis magister ē. ⁊ nescit esse se regē. Que omnia referuntur ad christum.

Incipit alius prologus

Tres libros salomonis. i. ꝓuerbia ecclesiasten. ⁊ canticū cāticoꝝ. veteri septuaginta interpretum autoritati reddidi vel antepositꝫ lineis: supflua queq̄ designans vel stellis titulo p̄notatis: ea que minus habebant' interserēs. vt plenius paula ⁊ eustochiū cognoscatis. quid in libris nr̄is minus sit: quid ve redūdet. Necnō etiā illa que impiti translatores male in linguā nr̄az de greco sermone verterant oblitterās ⁊ antiquās curiosissima veritate correxi. Et vbi prepostero ordine atq̄ peruerso sententiarū fuerat lumen ereptum: suis locis restituens feci intelligi qd̄ latebat. Porro in eo libro qui a plerisq̄ sapiētia salomonis inscribit'. ⁊ in ecclesiastico quē esse iesu filij syrach null' ignorat: calamū temperaui. tantūmō canonicas scripturas vobis emendare desiderās: et studium meum certis magꝫ q̄ dubijs cōmendare. Ideo greco et hebreo prefatiuncula vtraq̄ in libro p̄missa est: quia nonnulla de greco hoc ad illuminationē sensus et legentis edificationem. vel inserta hebraice trāslationi. vel extrinsecus iuncta sunt. Et idcirco qui legis semper peregrina memento.

Incipit liber ꝓuerbioꝝ. Capitulum I

Parabole salomonis. filij dauid regis israel: ad sciēdam sapientiam et disciplinaz ad intelligenda verba prudentie: et suscipiēdam eruditionē doctrine iustitiā ⁊ iudiciū et equitatē. Ut det' paruulis astutia et adolescēti scīa et intellectus. Audiēs sapiens sapientior erit: et intelligēs gubernacula possidebit. Animaduertet parabolā et interpretationē verba sapiētuz et enigmata eorū. Timor dn̄i principiū sapiētie. Sapientiā atq̄ doctrinā stulti despiciūt. Audi fili mi disciplinā patris tui. ⁊ ne dimittas legē matris tue: vt addatur gratia capiti tuo. ⁊ torques collo tuo. Fili mi si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscū. insidiemur sanguini. abscōdam' tendiculas cōtra insontē frustra. deglutiamus eū sicut infernus viuentē ⁊ integrū quasi descendentē in lacū: omnez preciosaz substantiā reperiem'. implebimus domos nr̄as spolijs. sortē mitte nobiscū. marsupiū sit vnū oīm nostrū: fili mi ne ābules cū eis. Prohibe pedē tuuz a semitꝫ eoꝝ. Pedes enī illoꝝ ad malū currunt et festinant vt effundāt sanguinem. Frustra aūt iacit' rete ante oculos pennatoꝝ. Ipi q̄z contra sanguinē suuz insidiant' et moliunt' fraudes cōtra animas suas. Sic semite omīs auari. aīas possidentiū rapiūt. Sapiētia foris p̄dicat: in plateis dat vocē suam. In capite turbarū clamitat: in foribꝫ portaruz vrb' ꝓfert verba sua dicēs. Usqueq̄ paruuli

diligitis infantiam. et stulti ea que sibi
sunt noxia cupient. et imprudētes odi/
bunt scientiam: Cōuertimini ad corre/
ptionē meā. En proferā vobis spm̄ me/
um: et ostendā vobis verba mea. Quia
vocaui et renuistis: extendi manū meā
et nō fuit qui aspiceret. Despexistis om
ne consiliū meū: ⁊ increpationes meas
neglexistis. Ego q̄z in interitu vr̄o ride
bo. et subsannabo cū vobis id quod time
batis aduenerit. Cū irruerit repentina
calamitas. ⁊ interitus quasi tēpestas in
gruerit: qn̄ venerit sup̄ vos tribulatio ⁊
angustia. Tunc inuocabunt me et non
exaudiam: mane consurgent. et non in
uenient me: eo q̄ exosam habuerint di
sciplinam. et timorē dn̄i nō susceperint
nec acquieuerint cōsilio meo. et detraxe
rint vniuerse correptioni mee. Come/
dent igitur fructus vie sue: suisq̄z cōsili/
is saturabuntur. Auersio paruulorum
interficiet eos. et prosperitas stultoruz
perdet eos. Qui autez me audierit. abs/
q̄z terrore requiescet. et abūdantia p̄fru
etur. timore malorū sublato. II

Fili mi: si suscepis s̄mones me/
os et mādata mea abscōderis pe/
nes te. vt audiat sapientiā aur̄
tua: inclina cor tuū ad cognoscendā pru
dentiam. Si enim sapiētiam inuocaue
ris: et inclinaueris cor tuū prudētie: si q̄
sieris eā quasi pecuniā. ⁊ sicut thesauros
effoderis illā: tūc intelliges timorē dn̄i
et sciam dei inuenies: q̄r dn̄s dat sapīaz
et ex ore eius prudētia ⁊ scīa. Custodiet
rectorū salutē. ⁊ p̄teget gradientes sim
plicit̄ seruās semitas iustitie: ⁊ vias san
ctoꝝ custodiēs. Tūc intelliges iustitiā ⁊
iudiciū ⁊ equitatē ⁊ oēm semitā bonam
Si intrauerit sapiētia cor tuū. ⁊ sciētia
aīe tue placuerit: consiliū custodiet te. ⁊
prudētia seruabit te: vt eruar̄ a via ma
la ⁊ ab hoīe qui p̄uersa loquit̄. Qui reli
quūt iter rectū. et ambulāt p̄ vias tene
brosas. Qui letant̄ cū male fecerint ⁊ ex
ultāt in rebus pessimis. Quoꝝ vie perū
se sunt: ⁊ infames gressus eoꝝ. Vt erua
ris a muliere aliena. ⁊ ab extranea que
mollit sermones suos. ⁊ relinquit ducē
pubertat̄ sue ⁊ pacti dei sui oblita ē. In/
clinata ē enī ad mortē dom⁹ eius. ⁊ ad in
feros semite ip̄ius. Oēs q̄ ingrediūtur
ad eā nō reuertent̄: nec apprehendēt se/
mitas vite. Vt ambules in via bona. et
calles iustorū custodias. Qui enī recti
sunt habitabūt in terra. ⁊ simplices per
manebūt in ea. Impij vero de terra per
dent̄. ⁊ q̄ iniq̄ agūt auferent̄ ex ea. III

Fili mi ne obliuiscaris leḡ mee
et p̄cepta mea cor tuū custodiat
Longitudinē enī dierum ⁊ an/
nos vite ⁊ pacē apponēt tibi. Misericor
dia et veritas te nō deserāt. Circūda eas
gutturi tuo. ⁊ describe in tabulis cordis
tui et inuenies gratiā ⁊ disciplinā bonā
corā deo ⁊ homīb⁹. Habe fiduciā in dn̄o
ex toto corde tuo. ⁊ ne innitaris prudē/
tie tue. In omīb⁹ vijs tuis cogita illū.
et ip̄e diriget gress⁹ tuos. Ne sis sapiēs
apud temetip̄m. Time deū: et recede a
malo. Sanitas q̄ppe erit vmbilico tuo
et irrigatio ossium tuoꝝ. Honora dn̄m
de tua substantia. et de primitijs omniū
frugū tuarū da pauperib⁹. ⁊ implebunt̄
horrea tua saturitate. ⁊ vino torcularia
redundabūt. Disciplinā dn̄i fili mi ne
abijcias nec deficias cū ab eo corriperis
Quem enī diligit dn̄s corripit. ⁊ quasi
pater in filio complacet sibi. Beatus ho
mo qui inuenit sapientiā. et qui affluit
prudētia. Melior est acquisitio eius ne/
gotiatione auri et argēti. primi ⁊ puris/
simi fructus ei⁹. Preciosior est cunctis
opib⁹ sapīa. et oīa que desiderant̄. huic
nō valent cōparari. Longitudo dieruz
in dextera eius et in sinistra illius diui/
tie et gloria. Vie eius vie pulcre omnes
semite eius pacifice. Lignū vite est his
q̄ app̄hēderīt eā ⁊ q̄ tenuerīt eā btī Dn̄s
sapiētia fundauit terrā: stabiliuit celos
prudētia. Sapiētia illi⁹ eruperunt abys
si: et nubes rore concrescunt. Fili mi ne
effluant hec ab oculis tuis Custodi legē
meam atq̄z consilium meuz: et erit vita
anime tue. et gratia faucib⁹ tuis. Tunc
ambulabis fiducialiter in via tua. ⁊ pes

tuus non impinget. Si dormieris non timebis quiescesq; suauis erit somnus tuus. Ne paueas repentino terrore. et irruentes tibi potentias impiorum. Dñs enim erit in latere tuo. et custodiet pedē tuum ne capiaris. Noli phibere benefacere eū qui potest si vales et ipe benefac ne dicas amico tuo vade et reuertere. et cras dabo tibi. cū statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malum: cum ille inte habeat fiduciam. Non contendas aduersus hominez frustra cum ipe tibi nihil mali fecerit. Ne emuleris hominem iniustum. nec imiteris vias eius: quia abominatio est dñi omnis illusor. et cuz simplicibus sermocinatio eius. Egestas a dño in domo impij: habitacula aūt iustorum benedicēt. Ipe deludet illusores et mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt. stultorum exultatio ignominia. IIII

Audite filij disciplinā patris. et attendite vt sciatis prudentiā. Donum bonum tribuaz vobis legem meā ne derelinquatis. Nā et ego filius fui patris mei. tenellus et vnigenitus coram matre mea. et docebat me atq; dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum. custodi pcepta mea. et viues. Posside sapientiā. posside prudentiaz. Ne obliuiscaris: neq; declines a verbis oris mei Ne dimittas eam et custodiet te: dilige eam et cōseruabit te. Principiū sapientie posside sapiam. et in omī possessione tua acquire prudentiā. Arripe illā. et exaltabit te: glorificaberis ab ea cum eaz fueris amplexat. Dabit capiti tuo augmēta gratiarū. et corona inclyta protget te. Audi fili mi et suscipe verba mea: vt multiplicent tibi āni vite. Viā sapiētie mōstraui tibi. et ducā te p semitas equitatis quas cū ingressus fueris nō arctabūtur gressus tui. et currēs nō habebis offendiculū. Tene disciplinā. ne dimittas eā Custodi illam: qz illa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorū: nec tibi placeat malorū via. Fuge ab ea ne transeas per illam: declina et desere eam. Nō enim dormiunt nisi cū male fecerit: et non capitur somnus ab eis nisi supplātauerit. Comedunt panē impietatis: et vinum iniquitatis bibunt. Justorū aūt semita quasi lux splendēs procedit. et crescit vsq; ad perfectam diē. Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Fili mi ausculta mones meos et ad eloquia mea inclina aurē tuā. Ne recedant ab oculis tuis custodi ea in medio cordis tui. Vita enī sunt inuenientibus ea et vniuerse carni sanitas. Omni custodia serua cor tuū. qz ex ipo vita procedit. Remoue a te os prauū. et detrahentia labia sint procul a te. Oculi tui recta videant. et palpebre tue precedāt gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis. et omnes vie tue stabilientur. Ne declines ad dexterā neq; ad sinistrā. Auerte pedē tuū a malo. Vias enim que a dextris sunt. nouit dñs: puerse vero sunt que sunt a sinistris. Ipe enim rectos faciet gressus tuos. itinera autem tua in pace producet. V

Fili mi attende sapientiā meā: et prudētie mee inclina aurē tuam vt custodias cogitatōes. et disciplinā labia tua cōseruēt. Ne intēderis fallacie mulieris. Fauus enī distillans labia meretricis. et nitidius oleo guttur eius. Nouissima aūt illius amara quasi absinthium. et lingua eius acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendūt in mortem. et ad inferos gressus eius penetrant. Per semitam vite non ambulant: vagi sunt gressus eius. et inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi me. et ne recedas a verbis oris mei. Lōge fac ab ea viam tuam. et ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorē tuū et annos tuos crudeli. Ne forte impleātur extranei viribus tuis. et labores tui sint in domo aliena. et gemas in nouissimis qñ cōsumpseris carnes tuas. et corpus tuū. et dicas: Cur detestatus sum disciplinam. et increpationibus nō acquieuit cor meum: Nec audiui vocem docentium me. et magistris nō inclinaui aurem meam. Pene fui in omni malo: in me

dio ecclesie et synagoge. Bibe aquã de cisterna tua·et fluenta putei tui. Deriuẽtur fontes tui foras·et in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus:nec sint alieni pticipes tui. Sit vena tua benedicta·et letare cum muliere adolescentie tue. Cerua charissima·et gratissim⁹ him nulus·Ubera eius inebrient omi tpe·t in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena·et foueris in sinu alterius? Respicit dñs viam hois et oẽs gressus eius ꝯsiderat. Iniquitates sue capiunt impiũ·et funibus peccatoꝝ suoꝝ cõstringit. Ipe morief qz non habuit disciplinã·t in multitudine stulticie sue decipietur.

VI

Fili mi si spopõderꝫ p amico tuo defixisti apud extraneũ manum tuaꝫ. Illaqueat⁹ es verbis oris tui·t captus ꝓpriis sermonib⁹. Fac ergo quod dico fili mi et temetipm libera:qz incidisti in manũ ꝓximi tui. Discurre festina:suscita amicũ tuũ. Ne dederis somnuꝫ oculis tuis:nec dormitent palpebre tue. Eruere quasi damula de manu·et quasi auis ỏ insidijs aucupis. Vade ad formicã o piger·et cõsidera vias eius·t disce sapiẽtiaꝫ. Que cũ nõ habeat ducez nec ꝓceptorẽ nec principẽ:parat in estate cibũ sibi·et cõgregat in messe qđ comedat. Vsqꝫquo piger dormies? Quando cõsurges e somno tuo? Paululũ dormies:paululũ dormitabis:paululũ conseres manus tuas vt dormias:et veniet tibi quasi viator egestas·et pauperies q̃si vir armat⁹. Si vero impiger fueris:veniet vt fons messis tua·et egestas lõge fugiet a te. Homo apostata vir inutilis gradit̃ ore puerso:ãnuit oculis·terit pede:digito loquit̃·prauo corde machinat̃ malũ·et oĩ tpe iurgia seminat. Huic extemplo veniet perditio sua et subito ꝓteretur:nec habebit vltra medicinam. Sex sunt que odit dñs et septimũ detestatur aĩa eius. Oculos sublimes·linguam mẽdacem·manus effundẽtes innocuum sanguinẽ·cor machinãs cogitationes pessimas·pedes veloces ad currendũ in malũ:proferẽtem mẽdacia·testem fallacẽ·et eũ qui seminat inter fratres discordias. Cõserua fili mi ꝓcepta patris tui·t ne dimittas legẽ matris tue liga ea in corde tuo iugiter.et circunda gutturi tuo. Cũ ambulaueris gradiant̃ tecũ:cum dormieris custodiãt te· et euigilãs loquere cũ eis. Quia mãdatũ lucerna est et lex lux·et via vite increpatio discipline vt custodiãt te a muliere mala·et a blãda lingua extranee. Nõ cõcupiscat pulcritudinẽ ei⁹ cor tuũ:ne capiaris nutib⁹ illius. Propciũ enĩ scorti vix ẽ vni⁹ panis:mulier aũt viri ꝓciosaz animã capit. Nũquid põt homo abscõdere ignẽ in sinu suo vt vestimẽta illius non ardeãt:aut ambulare sup̃ prunas vt nõ plãte cõburant̃ eius? Sic qui ingredit̃ ad mulierẽ ꝓximi sui:nõ erit mũdus cũ tetigerit eã. Nõ grãdis est culpa cuz quis furatus fuerit. Furat̃ enĩ vt esurientem impleat animã. Deprehẽsus q̃z reddet septuplũ et omnẽ substãtiam domus sue tradet et liberabit se. Qui aũt adulter est ꝓpter cordis inopiã pdet animam suã. Turpitudinẽ et ignominiam cõgreget sibi· et opprobriũ illius nõ delebit̃. Quia ẓelus t furor viri nõ parcet in die vindicte:nec acquiescet cuiuscꝫ pcibus·nec suscipiet pro redemptiõe dona plurima.

VII

Fili mi custodi sermones meos et ꝓcepta mea recõde tibi. Fili honora dñm et valebis: ꝑter eũ vero ne timueris alienũ. Serua mãdata mea et viues· et legẽ meaz quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis scribe illã in tabulis cordis tui. Dic sapientie:soror mea es·t prudẽtiã voca amicã tuã. Et custodiat te a muliere extranea t ab aliena:q̃ verba sua dulcia facit. De fenestra enĩ domus mee p cãcellos ꝓspexi iuuenẽs·t video puulos. Cõsidero vecordẽ iuuenẽ qui trãsit p plateas iuxta angulũ·et ꝓpe viam domus illius gradit̃ in obscuro aduespascente die in noctꝫ tenebris t caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretritio:ꝓpa

rata ad decipiendas aias. Garrula ⁊ vaga quietis impatiens: nec valens in domo consistere pedibus suis. Nunc foris nunc in plateis: nunc iuxta angulos insidians. Appehensumq; deosculatur iuuenē et procaci vultu blanditur dicēs. Victimas pro salute devoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre ⁊ reperi. Intexui funibus lectulū meū: strauī tapetibus pictis ex egypto: aspersi cubile meū myrrha et aloe et cinamomo. Veni inebriemur uberib⁹ ⁊ fruamur cupitis amplexib⁹ donec illucescat dies. Nō est enī vir in domo sua: abiit via longissima. Sacculū pecunie secū tulit: in die plene lune reuersurus est in domū suā. Irretiuit eū multis sermonib⁹ ⁊ blanditijs labioꝝ protraxit illū. Statim eā sequitur quasi bos ductus ad victimā ⁊ quasi agnus lasciuiens et ignorans: et nescit q̄ ad vincula stulti trahat̄ donec trāsfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueū: et nescit q̄ de periclo anime illius agit̄. Nunc ergo fili mi audi me: et attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in vijs illius mēs tua: neq; decipiaris semitis eius. Multos enī vulneratos dejecit: et fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Vie inferi domus eius penetrātes interiora mortis. VIII

Nunquid nō sapientia clamitat et prudentia dat vocē suaz? In sūmis excelsisq; verticibus: supra viā in medijs semitijs stans: iuxta portas ciuitatis: in ipsis foribus loquitur dicens: O viri ad vos clamito: et vox mea ad filios hoīm. Intelligite parvuli astutiam: et insipientes animaduertite. Audite q̄si de rebus magnis locutura sum: et aperiētur labia mea vt recta prædicēt. Veritatē meditabitur guttur meū: ⁊ labia mea detestabūtur impiū. Justi sunt oēs sermones mei: nō est in eis prauum quid neq; peruersum. Recti sunt intelligentibus: et equi inuenientibus scientiā. Accipite disciplinā meā et nō pecuniaz: doctrinā magis q̄ aurū eligite. Melior est enī sapientia cūctis opibus pretiosissimis: ⁊ oīne desiderabile ei nō potest cōparari. Ego sapientia habito in cōsilio: et eruditis intersum cogitationibus. Timor dñi odit malū: arrogantiā et superbiā: et viam prauā: et os bilingue detestor. Meum est consilium et equitas. Mea est prudētia: mea est fortitudo. Per me reges regnāt: et legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant: ⁊ potentes decernūt iustitiā. Ego diligentes me diligo: ⁊ qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Mecū sunt diuitie et gloria: opes superne et iustitia. Melior est fructus meus auro et lapide pretioso: ⁊ genimina mea argento electo. In vijs iusticie ambulo: in medio semitarum iudicij: vt ditem diligentes me: et thesauros eorū repleā. Dñs possedit me in initio viarum suarū: anteqū quicq; faceret a principio: ab eterno ordinata sum et ex antiquis: anteqū terra fieret. Nondum erāt abyssi: ⁊ ego iam concepta erā. Nec dum fontes aquarū eruperant: necdum montes graui mole constiterant. Ante oēs colles ego parturiebar: adhuc terrā nō fecerat: et flumina et cardines orbis terre. Quādo preparabat celos aderam: quādo certa lege et gyro vallabat abyssos. Quādo ethera firmabat sursum ⁊ librabat fontes aquarū. Quādo circūdabat mari terminū suum: et legē ponebat aquis ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre: cum eo erā cūcta cōponens. Et delectabar p singulos dies ludens coram eo omni tpe et ludens in orbe terrarū: et delitie mee esse cum filijs hominū. Nūc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinā et estote sapientes: et nolite abjicere eā. Beatus homo qui audit me: et qui vigilat ad fores meas quotidie: et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit: inueniet vitam et hauriet salutem a domino. Qui autez in me peccauerit: ledet animam suam. Omnes qui me oderunt diligūt mortem. IX

# Prouerbia

Sapientia edificauit sibi domuz
ercidit colũnas septẽ. Immola
uit victimas suas:miscuit vinũ
et proposuit mensaz suam. Misit ancil
las suas vt vocarent ad arcez. et ad me
nia ciuitatis. Si quis est paruulus ve
niat ad me. Et insipientibus locuta est
Venite comedite panem meũ: ⁊ bibite
vinũ quod miscui vobis. Relinquite in
fantiam et venite et ambulate per vias
prudentie. Qui erudit derisorem. ipe in
iuriã sibi facit. et qui arguit impium si
bi maculam generat. Noli arguere deri
sorem ne oderit te. Argue sapientem. et
diliget te. Da sapienti occasionez: et ad
detur ei sapientia. Doce iustũ. et festina
bit accipere. Principiuz sapiẽtie timor
dñi. et scientia sanctor prudentia. Per
me enĩ multiplicabuntur dies tui. ⁊ ad
dentur tibi anni vite. Si sapiens fuer
tibimetipi eris. si autem illusor:sol⁹ por
tabis malum. Mulier stulta et clamosa
plenaq illecebris et nihil omnino sciẽs
sedet in foribus domus sue super sellaz
in excelso vrbis loco:vt vocaret transeũ
tes per viam ⁊ pergentes in itinere suo
Quis est paruulus declinet ad me. Et
decordi locuta est. Aque furtiue dulcio
res sunt:et panis absconditus suauior
Et ignorauit quod ibi sint gigantes. et
in profundis inferni cõuiue eius. Qui
enim applicabit illi descendet ad inferos
nã qui abscesserit ab ea. saluabit. X

Filius sapiens letificat patrem
filius vero stult⁹ mestitia ẽ ma
tris sue. Nil proderunt thesau
ri impietatis. iusticia vero liberabit a mor
te. Non affliget dñs fame aiam iusti et
insidias impior subuertet. Egestatem
opata est manus remissa:man⁹ aũt for
tium diuitias parat. Qui nitit mendaci
cijs hic pascit ventos: idem autem ipse
sequitur aues volãtes. Qui congregat
in messe filius sapiens est:qui autez dor
mit estate. filius cõfusionis. Benedictio
domini super caput iusti:os autez impi
orum operit iniquitatem. Memoria iu
sti cum laudibus. et nomen impiorum
putrescet. Sapiens corde pcepta suscipiet:stultus cedit labijs. Qui ambulat
simpliciter. ambulat cõfidenter:qui au
tez deprauat vias suas manifestus erit
Qui annuit oculo dabit dolorẽ ⁊ stult⁹
labijs verberabitur. Vena vite os iusti:
et os impiorũ operit iniquitatem. Odi
um suscitat rixas:⁊ vniuersa delicta ope
rit charitas. In labijs sapientis inueni
tur sapiẽtia. et virga in dorso eius q̃ in
diget corde. Sapiẽtes abscondũt scien
tiam:os aũt stulti cõfusioni proximum
est. Substãtia diuit vrbs fortitudinis
eius:pauor pauperũ egestas eorũ. Op⁹
iusti ad vitam:fructus aũt impij ad pec
catum. Via vite custodienti disciplinã
qui autẽ increpatiões relinquit errat.
Abscondũt odiũ labia mendacia:qui p
fert contumeliã insipiens est. In mul
tiloquio non deerit peccatũ:qui aũt mo
deratur labia sua prudentissimus ẽ. Ar
gentũ electũ. lingua iusti:cor aũt impio
rum ꝑ nihilo. Labia iusti eruditi plu
rimos. qui aũt indocti sunt ĩ cordis ege
state morient. Benedictio dñi diuites
facit:nec sociabit eis afflictio. Quasi p
risuz stultus operat scelus:sapientia au
tem est viro prudẽtia. Quod timet im
pius veniet sup eũ. desideriũ suũ iustis
dabitur. Quasi tempestas trãsiens nõ
erit impius:iustus aũt quasi fundamẽ
tum sempiternũ. Sicut acetũ dentib⁹
et fumus oculis. sic piger his qui mise
runt euz. Timor domini apponet dies:
et anni impiorũ breuiabũtur. Expecta
tio iustorũ leticia: spes aũt impiorũ peri
bit. Fortitudo simplicis via dñi: et pa
uor his qui operantur malum. Justus
in eternũ non cõmouebitur. impij aũt
nõ habitabunt super terram. Os iusti
parturiet sapientiã:lingua prauorũ pe
ribit. Labia iusti considerant placita:et
os impiorum peruersa. XI

Statera dolosa abominatio ẽ apũ
deum. ⁊ pondus equum volun
tas eius. Vbi fuerit superbia
ibi erit et contumelia:vbi autem est hu
militas ibi et sapia. Simplicitas iusto

rum diriget eos: et supplantatio peruer
sor vastabit illos. Non proderunt diui
tie in die vltionis: iusticia aũt liberabit
a morte. Justicia simplicis dirigit viaz
eius: z in impietate sua corruet impius.
Justicia rectorũ liberabit eos: et in insi
diis suis capient iniqui. Mortuo hoie
impio nulla erit vltra spes: z expectatio
sollicitorũ peribit. Justus de angustia
liberatus ẽ et tradetur impius pro eo.
Simulator ore decipit amicũ suũ: iusti
aũt liberabunt scientia. In bonis iusto
rum exaltabit ciuitas: z in pditione im
piorũ erit laudatio. Bñdictione iustorũ
exaltabit ciuitas: et ore impiorũ subuer
tetur. Qui despicit amicũ suũ indigens
corde ẽ: vir aũt prudẽs tacebit. Qui am
bulat fraudulẽter reuelat arcana: q̃ aũt
fidelis ẽ celat amici cõmissum. Vbi non
ẽ gubernator pplis corruet: salus aũt vbi
multa consilia. Affliget malo qui fidez
facit pro extraneo: qui aũt cauet laque
os: securus erit. Mulier gratiosa inue
niet gloriam: et robusti habebũt diuitiz
as. Benefacit anime sue vir misericors
qui aũt crudelis ẽ: etiã pprinquos abijcit
Impius facit opus instabile: seminãti
aũt iusticiã: merces fidelis. Clemẽtia p
parat vitam: et sectatio malor mortem
Abominabile dño cor prauũ et voluntas
eius in his qui simplicit ambulãt. Ma
nus in manu non erit innocẽs malus:
semen autem iustor saluabit. Circulus
aureus in naribus suis: mulier pulcra et
fatua. Desiderium iustor omne bonũ est:
prestolatio impiorũ furor. Alij diuidũt
ppria: et ditiores fiũt: alij rapiũt nõ sua:
et semper in egestate sunt. Anima q̃ bñ
dicit impinguabit: et qui inebriat ipse
q̃z inebriabit. Qui abscondit frumenta
maledicet in pplis: bñdictio aũt sup ca
put vendentiũ. Bene cõsurgit diluculo
qui querit bona: qui aũt inuestigator
malorũ est oppressor ab eis. Qui cõfidit
in diuitijs suis corruet: iusti aũt quasi
virens foliũ germinabũt. Qui contur
bat domũ suam possidebit ventos: z qui
stultus ẽ seruiet sapienti. Fructus iusti
lignũ vite: z qui suscipit animas sapiẽs
est. Si iust9 in terra recipit: quanto ma
gis impi9 et peccator?

## XII

Qui diligit disciplinam diligit
scientiam: qui aũt odit increpa
tiones insipiens ẽ. Qui bonus
est hauriet sibi gratiã a dño: qui aũt cõ
fidit in cogitationibus suis impie agit
Nõ roborabit homo ex impietate: radix
iustorũ nõ cõmouebit. Mulier diligẽs
corona ẽ viro suo: z putredo i ossibus ei9
q̃ pfusione res dignas gerit. Cogitatõ
nes iustorũ iudicia: et consilia impiorũ
fraudulenta. Verba impiorũ insidiant
sanguini: os iustorũ liberabit eos. Ver
te impios et non erunt: domus aũt iu
storũ pmanebit. Doctrina sua noscitur
vir: qui aũt vanus et excors est patebit
contẽptui. Melior est pauper et sufficiẽs
sibi: q̃z gloriosus et indigens pane. No
uit iustus iumentorũ suor animas: vi
scera aũt impiorũ crudelia. Qui operat
terram suam: satiabit panib: qui aũt se
ctatur ociũ stultissimus est. Qui suauis
est viuit in moderationib: in suis mo
nitionib relinquit cõtumeliã. Deside
riũ impij monimentũ est pessimorũ: ra
dix aũt iustorũ pficiet. Propter peccata
labio ruz ruina proximat malo: effugiet
autem iustus de angustia. De fructu oris
sui vnusquisq̃z replebit bonis: z iuxta ope
ra manuũ suarũ retribuet ei. Via stulti
recta in oculis eius: qui aũt sapiens est
audit consilia. Fatu9 statim indicat iraz
suam: qui aũt dissimulat iniuriã callid9
est. Qui quod nouit loquit iudex iusti
cie est: qui aũt mentit testis est fraudu
lentus. Est qui pmittit et quasi gladio
pungit consicientie: lingua aũt sapiẽtiũ
sanitas. Labium veritatis firmũ erit in
ppetuũ: qui aũt testis est repentinus: cõ
cinnat linguam mendacij. Dolus i cor
de cogitantiũ mala: qui aũt pacis ineũt
consilia: sequit eos gaudiũ. Non cõtri
stabit iustũ quicquid ei acciderit: impij
aũt replebuntur malo. Abominatio est
dño labia mendatia: qui autez fideliter
agunt placent ei. Homo versutus celat

# Proverbia

scientiam: et cor insipientiuz prouocat
stulticiam. Manus fortium dominabit
que autem remissa est tributis seruiet.
Gero2 in corde viri humiliabit illū: et
sermone bono letificabit. Qui negligit
damnū ppter amicuz iustus est: iter aūt
impiorū decipiet eos. Nō inuenet frau
dulentus lucrū: z substātia bois erit au
ri preciū. In semita iusticie vita: iter au
tez deuiū ducit ad mortē. XIII

Filius sapiens doctrina patris:
qui autē illusor est nō audit cuz
arguitur. De fructu oris sui ho
mo satiabitur bonis: anima autē impio
rum iniqua. Qui custodit os suum cu
stodit animā suam: qui autem incōside
ratus ē ad loquēduz sentiet mala. Vult
et non vult piger: anima autem operan
tium impinguabitur. Verbum mēdax
iustus detestabitur: impius aūt cōfun
dit z confundetur. Justicia custodit in
nocentis viam: impietas autez peccato
rem supplantat. Est quasi diues cuz ni
hil habeat: z est quasi paup cum in mul
tis diuitijs sit. Redemptio anime viri
diuitie sue: qui autez paup est increpati
onē nō sustinet. Lux iustorū letificat: lu
cerna aūt impioz extinguet. Inter sup
bos semp iurgia sūt: qui aūt agūt oia cū
consilio regūntur sapiētia. Substātia
festinata minuet: que aūt paulatim col
ligitur manu multiplicabit. Spes que
differtur affligit animā: lignū vite desi
deriū veniens. Qui detrahit alicui rei
ipe se in futurū obligat: qui autē timet
precepti in pace versabit. Anime dolo
se errant in peccatis iusti aūt misericor
des sunt et miserant. Lex sapientz fons
vite: vt declinet a ruina mortis. Doctri
na bona dabit gratiā: in itinere contem
ptorū vorago. Astutus oia agit cū consi
lio: qui aūt fatuus est aperit stulticiam.
Nūcius impij cadet in malum. Legat9
fidelis sanitas Egestas et ignominia ei
qui deserit disciplinā: qui aūt acquiescit
arguenti glorificabitur. Desiderium si cō
pleatur delectat animam: detestant stul
ti eos qui fugiunt mala. Qui cum sapi
entibus graditur sapiens erit: amicus
stultorum similis efficietur. Peccato
res psequitur malū: z iustis retribuent
bona. Bonus relinquit hæredes filios z
nepotes: z custodit iusto substātia pecca
toris. Multi cibi in noualibus patrū: z
alijs cōgregant absqz iudicio. Qui par
cit virge odit filiū suuz: qui aūt diligit il
lum instanter erudit. Justus comedit
et replet animā suā venter aūt impiorū
insaturabilis. XIIII

Sapiens mulier edificat domuz
suam: insipiens extructā q3 ma
nibus destruet. Ambulans re
cto itinere et timens deū: despicitur ab
eo qui infami graditur via. In ore stul
ti virga superbie: labia autē sapientū cu
stodiunt eos. Ubi nō sunt boues: presē
pe vacuū est: vbi aūt apparent plurime
segetes ibi manifesta est fortitudo bouis
Testis fidelis non mentiet. profert aūt
mendacium dolosus testis. Querit deri
sor sapientiam et non inuenit: doctrina
prudentiū facilis. Clade cōtra virū stul
tum: et nescit labia prudentie. Sapien
tia callidi est intelligere viā suam z pru
dentia stultorz errans. Stultus illudet
peccatū: et inter iustos morabit gratia.
Cor q̄ nouit amaritudinē anime sue
in gaudio eius nō miscebit extraneus.
Domus impiorum delebit tabernacula
iustorū germinabūt. Est via que videt
homi iusta: nouissima aūt eius deducūt
ad mortem. Risus dolore miscebit: z ex
trema gaudij luctus occupat. Alijs suis
replebit stultus: z super eū erit vir bon9
Innocens credit omi verbo: astutus cō
siderat gressus suos. Filio doloso nihil
erit boni: seruo aūt sapiēti prosperi erūt
actus: et dirigetur via eius. Sapiens
timet et declinet a malo: stultus transi
lit et cōfidit. Impatiens operabit stulti
ciam: et vir versutus odiosus est. Possi
debunt paruuli iusticiam: et expectabūt
astuti scientiā. Jacebūt mali ante bonos
et impij ante portas iustorū. Etiaz proxi
mo suo pauper odiosus ē: amici vero di
uituz multi. Qui despicit proximū suuz

peccat: qui autem miseretur pauperi be/atus erit. Qui credit in dño misericor/diã diligit: errant qui operantur maluz Misericordia et veritas preparãt bona. In omĩ opere bono erit abundãtia: vbi autem verba sunt plurima· ibi frequen ter egestas. Corona sapientũ diuitie eo rum: fatuitas stultorũ imprudentia. Li berat animas testis fidelis· et pfert mẽ/datia versipellis. In timore dñi fiducia fortitudinis: et filijs eius erit spes. Ti/mor domini fons vite: vt declinet a rui/na mortꝫ. In multitudine populi digni tas regis: ⁊ in paucitate plebis ignomi nia principis. Qui patiens ẽ multa gu bernatur sapientia: qui autem impati/ens ẽ· exaltat stulticiam suã. Elita carni um sanitas cordis: putredo ossium inui dia. Qui calũniatur egentez: exprobrat factori eius honorat autẽ eum qui mise retur pauperis. In malicia sua repellet impius: sperat aũt iustus in morte sua In corde prudentis requiescit sapiẽtia ⁊ indoctos ꝙscꝫ erudiet. Justicia eleuat gentem: miseros autem facit populos pctm̃. Accept⁹ ẽ regi minister intelligẽs iracundiã ei⁹ inutilis sustinebit. XV

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. Lingua sapientuz ornat scienti/am: os fatuorum ebullit stulticiam. In omni loco oculi dñi: cõtemplantur bo/nos et malos. Lingua placabilis lignuz vite: que aũt immoderata ẽ cõteret spi ritũ. Stultus irridet disciplinã patris sui: qui aũt custodit increpatões astuti/or fiet. In abundãti iustitia virtus ma/xima ẽ: cogitatões aũt ipiorũ eradicabũ tur. Domus iusti plurima fortitudo: et in fructib⁹ impij conturbatio. Labia sa/pientum disseminabũt scientiã: cor stul torũ dissimile erit. Elictime impiorum abominabiles dño: vota iustorum placa bilia. Abominatio ẽ dño via impij: qui sequitur iusticiã diligit ab eo Doctrina mala deserentiũ viam vite. qui increpa tiones odit morie⁊. Infernus ⁊ perdi/tio coram dño: quanto magis corda filioz hominũ? Non amat pestilẽs eum qui se corripit nec ad sapientes graditur. Cor gaudens exhilarat faciẽ: in meroze ani/mi deiecitur spũs. Cor sapientis queret doctrinã: et os stultorũ pascitur imperi/tia. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iuge cõuiniũ. Melius ẽ pa rum cũ timore dñi q̃ thesauri magni et insatiabiles. Melius ẽ vocari ad olera cum charitate: q̃ ad vitulũ saginatum cum odio. Vir iracundus puocat riras qui patiens ẽ mitigat suscitatas. Iter pigrorũ quasi sepes spinarũ via iustorũ absq̃ offendiculo. Filius sapiẽs letificat patrẽ: et stultus homo despicit matrem suam. Stulcia gaudiũ stulto: ⁊ vir pru dens dirigit gressus suos. Dissipantur cogitatões vbi non ẽ consiliũ: vbi vero sunt plures cõsiliarij· cõfirmant. Letat homo in sentẽtia oris sui: et sermo opor tunus ẽ optimus. Semita vite super eruditus: vt declinet de inferno nouissi/mo Domũ superboz demolietur dñs: ⁊ fir mos faciet terminos vidue. Abomina/tio dñi cogitatões male: et purus ꝑmo pulcerrimus firmabit ab eo. Cõturbat domũ suã qui sectat auariciã: q̃ aũt odit munera viuet. ℣er misericordiã ⁊ fidẽ purgant peccata: p timorẽ aũt dñi decli/nat omis a malo. Mens iusti meditabi tur obedientiã· os impiorũ redũdat ma lis. Longe ẽ dñs ab impijs: ⁊ oratões iu storz exaudiet. Lux oculoz letificat aiam fama bona impinguat ossa. Auris q̃ au/dit increpationes vite: in medio sapien tum cõmorabitur. Qui abiicit disciplĩ/nam· despicit aiaz suã: qui aũt acquiescit increpatõnib⁹ possessor ẽ cordis. Timor dñi disciplina sapiẽtie: et gloriam prece dit humilitas. XVI

Hominis est animam prepara/re: et domini gubernare linguã. Omnes vie hoim patẽt oculis eius: spirituũ ponderator ẽ dñs. Reue/la dño opa tua: et dirigent cogitatões tue Vniuersa ꝓpter semetip̃m operatus ẽ do minus: impiũ q̃z ad diẽ maluz. Abomi natio dñi ẽ oĩs arrogans· etiã si manus

ad manū fuerit non ē innocēs. Initiū vie bone facere iusticiaz: accepta ē apud deum magis q̄z immolare hostias. Miseri cordia et veritate redimitur iniquitas. et in timore dñi declinat a malo. Cū placuerint dño vie homis: inimicos q̄z ei? conuertet ad pacē. Melius ē parū cum iusticia: q̄z multi fructus cū iniquitate. Cor homis disponit viā suam: sed dñs ē dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs regis: in iudicio nō errabit os eius. Pondus et statera iudicia dñi sunt: et opa eius omnes lapides seculi. Abominabiles regi qui agūt impie: q̄m iusticia firmat soliū. Voluntas regum labia iusta: qui recta loquit diriget. Indignatō regis nūcij mortis: et vir sapiens placabit eum. In hilaritate vultus regis vita: et clemētia eius quasi imber serotin? Posside sapientiā: quia auro melior est t acquire prudentiā: q? preciosior ē argēto. Semita iustorum declinat mala: custos anime sue seruat vitam suā. Cōtritionem precedit superbia: et ante ruinā exaltabitur spiritus. Melius est humilari cuz mitib: q̄z diuidere spolia cū superbis. Eruditus in verbo reperiet bona: t q̄ sperat in domino beatus ē. Qui sapiens est corde: appellabit prudens: et qui dulcis eloquio maiora reperiet. Fons vite eruditio possidentis: doctrina stultorum fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius et labijs eius addet gratiaz. Fauus mellis cōpsita verba: dulcedo anime sanitas ossiū. Est via q̄ videt homi recta: et nouissima eius ducūt ad mortē. Anima labrantis labrat sibi: quia cōpulit euz os suum. Vir infipiens fodit malum: t in labijs eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites t verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicū suum: et ducit eum per viam non bonam. Qui attonitz oculis cogitat prava mordens labia sua perficiet maluz. Corona dignitatis senectus que in vijs iusticie reperietur. Melior ē patiēs viro forti: t qui dominatur animo suo expugnatore vrbiū. Sortes mittuntur in sinuz: sed a domino temperantur.

## XVII

Melior est buccella sicca cum gaudio q̄z dom? plena victimis cuz iurgio. Seruus sapiēs dñabit? stultis filijs: et inter fratres hereditatez diuidet. Sicut igne probatur argentū et aurum camino: ita corda probat dñs. Malus obedit lingue inique: t fallax ob temperat labijs mendacibus. Qui despicit pauperem exprobrat factori eius. et qui in ruina letatur alterius. nō erit impunitus. Corona senū filij filiorum: et gloria filiorum patres eorū. Non decent stultū verba cōpsita nec principez labiū mentiens. Gēma gratissima expectatio pestolātis: quocūq̄z se vertit prudenter intelligit. Qui celat delictū querit amicitias: qui altero sermone repetit separat federatos. Plus proficit correctio apud prudentē: q̄z centū plage apō stultū. Semp iurgia querit mal? angelus aūt crudelis mittet contra euz. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibus: q̄z fatuo cōfidenti sibi in stultia sua. Qui reddit mala pro bonis: non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam caput est iurgioruz. et anteqūz patiat contumeliā iudiciū deserit. Et q̄ iustificat impiū et qui condēnat iustum: abominabilis est uterq̄z apud deū. Quid prodest stulto habere diuitias: cū sapiētiam emere non possit? Qui altam facit domū suam querit ruinā: et qui euitat discere incidet in malum. Omni tē pore diligit qui amic? est: et frater in angustijs. cōprobat. Stult? hō plaudet manib suis: cū spopōderit p amico suo. Qui meditat discordias diligit rixas: t qui exaltat os suū querit ruinā. Qui peruersi cordis est non inuenit bonū: et qui vertit linguā incidet in malū. Natus ē stultus in ignominiā suā: sed nec pt in fatuo letabit. Anim? gaudēs etatē floridā facit: spiritus tristis exiccat ossa. Munera de sinu impi? accipit: vt puertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terre. Ira patris filius stultus: t dolor matrz

que genuit eū. Nō ē bonū damnū infer
re iusto: nec ꝑcutere principē q̄ recta iu-
dicat. Qui moderat̄ sermones suos do
ctus ⁊ prudēs ē: et ꝑciosi spūs vir erudi
tus. Stult⁹ q̄z si tacuerit. sapiēs reputa
bit̄: ⁊ si cōpresserit labia sua intelligens

XVIII

Occasiones querit
qui vult recedere ab amico. oī
tp̄e erit exprobrabilis. Nō reci-
pit stultus verba prudentie: nisi ea dixe
ris que versantur in corde eius. Impi⁹
cum in profundū venerit peccatorū con
tēnit: sed sequitur eū ignominia et op-
probriū. Aqua ꝓfunda ex ore viri: et tor
rēs redundās fons sapiētie. Accipere ꝑ
sonā impij in iudicio nō ē bonū: vt decli
nes a vitate iudicij. Labia stulti miscent
se rixis: et os eius iurgia prouocat. Os
stulti cōtritio eius: et labia ip̄ius ruina
anime eius. Verba bilinguis quasi sim
plicia: et ip̄a ꝑueniunt vsq̄z ad interiora
ventris. Pigrū deijcit timor: aīe aūt ef-
feminatorū esuriēt. Qui mollis ⁊ disso
lutus ē in op̄e suo: frater ē sua op̄a dissi
pantis. Turris fortissima nomē dñi: ad
ip̄am currit iustus et exaltabit̄. Substā
tia diuitis vrbs roboris ei⁹. ⁊ quasi mu-
rus validus circūdans eū. Anteq̄z cōte
rat̄ exaltat̄ cor hom̄is: ⁊ anteq̄z glorificet̄
humiliatur. Qui prius rn̄det q̄z audiat
stultū se esse demōstrat et cōfusione di-
gnū. Spiritus viri sustētat imbecillita
tem suā: spm̄ vero ad irascendū facilem
quis poterit sustinere: Cor prudētis pos
sidebit scientiā: et auris sapientiuz que-
rit doctrinā. Donū hoīs dilatat viā ei⁹
et ante principes spaciū ei facit. Iustus
prior ē accusator sui: venit amicus ei⁹ et
inuestigabit eū. Cōtradictiones cōpri-
mit sors: et inter potentes q̄z diiudicat
Frater qui adiuuat̄ a fratre q̄si ciuitas
firma: et iudicia quasi vectes vrbiū. De
fructu oris viri replebit̄ venter eius: et
genimina labiorū ip̄ius saturabunt eū.
Mors et vita in manibꝰ lingue: qui di-
ligunt eam comedent fructus ei⁹. Qui
inuenit mulierē bonā: inuenit bonuz et
hauriet iocunditatē a dño. Qui expellit
mulierē bonā expellit bonum: qui aūt te
net adulterā stultus ē et insipiens. Cū
obsecrat ionibꝰ loquit̄ pauper: et diues
effabit̄ rigide. Vir amicabilis ad socie-
tatē: magis amicus erit q̄z frater.

XIX

Melior ē pauper qui ambulat in
simplicitate sua: q̄z diues tor-
quēs labia sua ⁊ insipiens. Vbi
non ē sciētia anime non ē bonū. ⁊ qui fe
stinus ē pedibus offendet. Stulticia ho
minis supplantat gressus eius. et cōtra
deū feruet animo suo. Diuitie addunt
amicos plurimos: a paupe aūt et hi q̄s
habuit separant̄. Testis falsus non erit
impunitus: et qui mendacia loquit̄ nō
effugiet. Multi colūt ꝑsonam potentis
et amici sunt dona tribuentis. Fratres
hoīs paupis oderūt eum: insup̄ et ami-
ci procul recesserūt ab eo. Qui tm̄ verba
sectatur nihil habebit: qui aūt possessor
est mentis diligit animaz suā: et custos
prudentie inueniet bona. Falsus testis
non erit impunitus. ⁊ qui loquitur mē
datia peribit. Nō decent stultuz diuitie:
nec seruum dñari principibꝰ. Doctrina
viri ꝑ patientiā noscitur: ⁊ gloria eius ē
iniqua pretergredi. Sicut fremitus le
onis ita et regis ira. et sicut ros sup̄ her
bam ita et hilaritas eius. Dolor patris
filius stultus: et tecta iugit̄ ꝑstillātia li-
tigiosa mulier. Domus et diuitie dan-
tur a parentibus: a dño autē ꝓprie vxor
prudens. Pigredo immittit soporez. et
aīa dissoluta esuriet. Qui custodit man
datum. custodit animā suā: qui autē ne
gligit viā suam mortificabitur. Fenera
tur dño qui miseretur paupis: et vicis-
situdinē suā reddet ei. Erudi filiū tuuz
ne desperes: ad interfectionē autez eius
ne ponas animam tuā. Qui enim im-
patiens ē sustinebit damnū et cū rapu-
erit: aliud apponet. Audi consiliū ⁊ susci
pe disciplinam. vt sis sapiens in nouissi
mis tuis. Multe cogitationes in corde
viri: voluntas aūt dñi in eternū perma
nebit. Homo indigens misericors ē. et
melior ē pauper iustus q̄z vir mendax.
Timor dñi ad vitam. et in plenitudine

# Prouerbia

cõmorabit absq; visitatione pessimi. Abscõdit piger manũ suam sub ascella: nec ad os suũ applicat eã. ¶ Pestilente flagellato: stultus sapientior erit: si aũt corripuerit sapientẽ intelliget sapientiã. Qui affligit patrẽ et fugit matrẽ: ignominiosus erit et infelix. ¶ Non cesses audire fili doctrinã: nec ignores sermones scientie. Testis iniquus deridet iudiciũ: et os impiorũ deuorat iniquitatẽ. ¶ Parata sunt derisoribus iudicia: et mallei percutientes stultorum corporibus. XX

Luxuriosa res vinũ: et tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectatur: non erit sapiens. Sicut rugitus leonis: ita et ira regis: q̃ prouocat eũ peccat in animã suam. ¶ Honor ẽ homini qui separat se a contentionibus: omnes aũt stulti commiscent cõtumelijs. ¶ Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo estate et nõ dabit illi. Sicut aqua profunda: sic consiliũ in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocant: virũ aũt fidelẽ quis inueniet? Justus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinquit. Rex qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malũ intuitu suo. Quis põt dicere: mundũ ẽ cor meũ: purus sum a peccato? ¶ Põdus et pondus: mensura et mẽsura: vtrunq; abominabile ẽ apud deum. Ex studijs suis intelligitur puer: si munda et recta sũt opera eius. Aurem audientem et oculũ videntem: dominus fecit vtrũq;. Noli diligere somnũ: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos et saturare panibus. Malus ẽ malũ ẽ: dicit omnis emptor: et cũ recesserit tũc gloriabit. Est aurum et multitudo gẽmarũ vas aũt pretiosum labia scientie. Tolle vestimentũ ei⁹ qui fideiussor extitit alieni: et pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis ẽ homi panis mendacij: et postea implebit os ei⁹ calculo. Cogitationes consiliũ roborant et gubernaculis tractãda sunt bella. Ei qui reuelat mysteria: et ambulat fraudulenter: et dilatat labia sua ne cõmiscearis. Qui maledicit patri suo et matri: extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Hereditas ad quã festinat in principio in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas: reddam malũ pro malo: expecta dominũ et liberabit te. Abominatio ẽ apud deum pondus et põdus: statera dolosa nõ ẽ bona. A dño dirigunt gressus viri: quis autem hominum intelligere põt viam suam? Ruina ẽ homi deuotare sanctos et post vota retractare. Dissipat impios rex sapiens et incuruat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculum hominis: que inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia et veritas custodiũt regem: et roborabitur clementia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum et dignitas senum canicies. Liuor vulneris absterget mala: et plage in secretioribus ventris. XXI

Sicut diuisiones aquarum: ita cor regis in manu dñi: quocũq; voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videt: appendit autem corda dñs. Facere misericordiã et iudicium: magis placet dño q̃ victime. Exaltatio oculorum ẽ dilatio cordis: lucerna impiorũ peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis aũt piger in egestate ẽ. Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus et excors ẽ: et impinguetur ad laqueos mortis. Rapine impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. ¶ Peruersa via viri aliena ẽ a deo qui autẽ mundus est rectum opus eius. Melius ẽ sedere in angulo domatis: q̃ cum muliere litigiosa et in domo cõmuni. Anima impij desiderat malũ: non miserebit proximo suo. Vulctato pestilente sapiẽtior erit paruulus: et si sectet sapientem sumet sciam. Excogitat iustus de domo impij: vt detrahat impios a malo. Qui obturat aurem suã ad clamorem pauperis: et ipe clamabit et non exaudietur. Munus absconditum extinguit iras: et donum in sinu indignationem maximã. Gaudium iusto est facere iudicium et pauor

operantibus iniquitatē Qui erraue
rit in via doctrine:in cetu gigantiuz cō/
morabitur. Qui diligit epulas ī egesta
te erit:qui amat vinū ⁊ pinguia nō dita
bitur. Pro iusto dabit impius ⁊ p recto
iniquus. Melius est habitare in terra
deserta:qz cū muliere rixosa et iracunda
Thesaurus desiderabilis et oleū in ha/
bitaculo iusti et imprudens hō dissipa/
bit illū. Qui sequit iusticiā ⁊ miserico/
diā.inueniet vitā ⁊ iusticiā et gloriā. Ci
uitatē fortiū ascendit sapiēs:destruxitqz
robur fiducie eius. Qui custodit os su/
um et linguā suā:custodit ab angustijs
animā suam. Superbus et arrogans
vocatur indoctus:qui in ira opatur sup
biam. Desideria occidunt pigrū.nolue
rūt enī quicqz manus eius opari. Tota
die cōcupiscit et desiderat: qui aūt iust⁹
est tribuet et non cessabit. Hostie impi
orum abominabiles que offerunt ex sce
lere. Testis mendax peribit:vir obediēs
loquetur victoriam. Qui impius proca
citer obfirmat vultum suū:qui autē re/
ctus est corrigit viā suam. Non ē sapien
tia.non ē prudentia:non ē consiliū con
tra dñm. Equus parat ad diē belli: dñs
autē salutem tribuit. XXII

Melius ē nomē bonuz qz diuitie
multe:sup argentū enī et aurū
gratia bona. Diues et paup ob
uiauerunt sibi:vtriusqz opator est dñs.
Callidus videt malū.⁊ abscondit se:ino/
cens ptransijt et afflictus ē damno. Fi
nis modestie timor dñi:diuitie et glia ⁊
vita. Arma et gladij in via supbi custos
aūt anime sue lōge recedit ab eis. Pro/
uerbiū ē.adolescens iuxta viā suā gdī
etiaz cū senuerit non recedet ab ea. Di
ues paupib imperat.et q̄ accipit mutu
um seruus ē fenerantis. Qui seminat
iniquitatē metet mala.et virga ire sue
consumabit. Qui ꝓnus ē ad misericordiā
benedicet:ꝺ panib enī suis dedit paupi
Victoriaz et honorem acquiret qui dat
munera:aīam aūt aufert accipientium.
Ejce derisorē ⁊ exibit cū eo iurgiū cessa
buntqz cause et cōtumelie. Qui diligit
cordis mūditiam:ꝓpter gratiā labioruz
suoꝝ habebit amicū regē. Oculi dñi cu/
stodiunt scientiā:et supplātat̄ verba ini/
qui. Dicit piger:leo ē foris.ī medio pla
tearū occidendus sum. Fouea profun/
da os aliene:cui iratus ē dñs incidet in
eam. Stultia colligata ē in corde pueri
et virga disciplīe fugabit eam. Qui ca
lumniatur pauperem vt augeat diuiti
as suas:dabit ipeditiori et egebit. Fili
mi inclina aurem tuā.et audi verba sa/
pientiū. Appone autē cor ad doctrinam
meā:que pulcra erit tibi cuz seruaueris
eam in ventre tuo. Et redundabit in la
bijs tuis:vt sit in dño fiducia tua. Ecce
et ostendam eam tibi hodie. Ecce descri
psi eam tibi tripliciter in cogitationib
et scientia:vt ostenderem tibi firmitatē
et eloquia veritatis:respondere ex eis il
lis.qui miserunt te. Non facias violen
tiam pauperi qz pauper ē.neqz conteras
egenum in porta:quia iudicabit dom⁹
causam eius:et cōfiget eos qui confire/
rūt animam eius. Noli esse amicus ho/
mini iracūdo neqz ābules cū viro furio
so:ne forte discas semitas ei⁹.et sumas
scandalum anime tue. Noli esse cū his
qui defigunt manus suas.et qui vades
se offerunt pro debitis. Si enim nō ha
bes vnde restituas quid cause ē vt tol/
lat operimentum de cubile tuo? Ne trās
grediaris terminos antiq̄s:quos posue
rūt patres tui. Elidisti vir velocē in ope
re suo:coram regibus stabit: nec erit an
te ignobiles. XXIII

Quando sederis vt comedas cū
principe.diligenter attende q̄
sunt apposita ante faciem tuaz:
Et statue cultrū in gutture tuo:si tamē
habes in ptāte animā tuā. Ne desideres
de cibis eius:in quo est panis mendacij
Noli laborare vt diteris: sed prudentie
tue pone modum. Ne erigas oculos tu
os ad opes quas nō potes habere: quia
faciēt sibi pēnas quasi aquile ⁊ volabūt
in celum. Ne comedas cū homine inui/
do.et ne desideres cibos eius:qm̄ in simi
litudinē arioli ⁊ coniectoris estimat qō

ignorat Comede ⁊ bibe dicet tibi: ⁊ mēs eius nō ē tecū. Cibos quos comederas euomes: et ꝑdes pulcros sermones tuos. In auribꝫ insipientiū ne loquaris: quia despiciēt doctrinaꝫ eloquij tui. Ne attingas paruulorū terminos: et agruꝫ pupillorꝫ ne introeas. Propinquus enī illorū fortis est: et ipe iudicabit cōtra te causaꝫ illorū. Ingrediatur ad doctrinaꝫ cor tuuꝫ: et aures tue ad verba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinam: si enī ꝑcusseris eū virga. non morieť. Tu virga ꝑcuties eū: et animā eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiēs fuerit animus tuus. gaudebit tecū cor meū: et exultabūt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. Non emuletur cor tuuꝫ peccatores. sed in timore dñi esto tota die: quia habebis spem in nouissimo: et prestolatio tua nō auferet. Audi fili mi et esto sapiēs: et dirige in via animū tuum. Noli esse in cōuiuijs potatorꝫ. nec in comesationibꝫ eorꝫ qui carnes ad vescēdum conferūt: qꝛ vacātes potibus ⁊ dātes symbola cōsumentur: ⁊ vestietur pānis dormitatio. Audi patrē tuuꝫ qui genuit te: et ne contēnas cuꝫ senuerit mater tua. Veritatē eme: ⁊ noli vendere sapientiā et doctrinam et intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit: letabiť in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua: et exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi: et oculi tui vias meas custodiant. Fouea enī ꝓfunda ē meretrix: ⁊ puteꝰ angustus aliena. Insidiať in via quasi latro: ⁊ q̄s incautos inuenerit interficiet. Cui ve. cuius patri ve. cui rixe. cui fouee. cui sine causa vulnera. cui suffossio oculorꝫ? Nōne his qui cōmorant̄ in vino: et student calicibus epotādis? Ne intuearis vinū qñ flauescit: cū splēduerit in vitro color eius. Ingrediť blande et in nouissimo mordebit vt coluber: et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extraneas: et cor tuū loqueť ꝑuersa Et eris sicut dormiēs in medio mari: et q̄si sopitus gubernator amisso clauo. et dices: Verberaueřt me sed nō dolui: traxerunt me ⁊ ego nō sensi. Qñ euigilabo et rursus vina reperiam.

XXIIII

Ne emuleris viros malos nec desideres esse cum eis: quia rapinas meditatur mēs eorꝫ: ⁊ fraudes labia eorū loquūtur. Sapiētia edificabitur domꝰ: et prudētia roborabitur. In doctrina replebunť cellaria: vniuersa substātia p̄ciosa ⁊ pulcerrima. Vir sapiens fortis est et vir doctus robustus et validus: quia cū dispositione initur bellum. et erit salus vbi multa cōsilia sunt Excelsa stulto sapientia: in porta nō aperiet os suum. Qui cogitat mala facere: stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum ē: et abominatio hoīm detractor. Si desperaueris lapsus in die angustie imminueť fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortē: et qui trahūtur ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris vires nō suppetunt: qui inspector est cordis ipe intelligit. et seruatorem anime tue nihil fallit: reddetq̄ hoīm iuxta opera sua. Comede fili mi mel quia bonum est: et fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic ⁊ doctrina sapiētie anime tue: quā cum inueneris. habebis in nouissimis spem. et spes tua non peribit. Ne insidieris et queras impietatem in domo iusti: neq̄ vastes requiem eius. Septies enim in die cadet iustus et resurget: impij autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuꝰ ne gaudeas. ⁊ ī ruina eius ne exultet cor tuū: ne forte videat dñs ⁊ displiceat ei: ⁊ auferat ab eo irā suam. Ne cōtendas cum pessimis. nec emuleris impios: quoniā nō hñt futurorū spem mali: et lucerna impiorꝫ extinguet. Time dñm fili mi et regē: ⁊ cū detractoribꝫ non cōmiscear. Qm̄ repēte consurget ꝑditio eorꝫ: et ruinā vtriusq̄ quis nouit? Hec q̄z sapiētibꝫ. Cognoscere personaꝫ in iudicio non est bonuꝫ. Qui dicunt impio iustus es. maledicēt eis populi: et detestabuntur eos tribus Qui arguunt eū laudabutur: ⁊ sup eos veniet benedictio. Labia deosculabitur

qui recta verba rñdet. Prepara forꝫ opꝰ
tuum: et diligēter exerce agrū tuū: ⁊ po-
stea edifices domū tuā. Ne sis testis fru
stra cōtra proximū tuuꝫ. nec lactes quē-
q̄ꝫ labijs tuis. Ne dicas: quomodo fecit
mihi sic faciam ei: et reddā vnicuiq̄ꝫ ꝟm
opus suum. Per agrum hoīs pigri trā-
siui: et per vineam viri stulti. Et ecce to
tum repleuerant vrtice. et operuerāt su
perficiē eius spine: et maceria lapidū de
structa erat. Qd̄ cū vidissez posui in cor-
de meo: et exemplo didici disciplinā. Vs
q̄ꝫquo piger dormies: vsq̄ꝫquo de som-
no consurges? Parum inquā dormies
modicum dormitabis. pauxillum manꝰ
conseres vt quiescas. et veniet tibi qua
si cursor egestas tua et mendicitas qua
si vir armatus.

XXV

HEq̄ꝫ parabole salomonis: quas
transtulerūt viri ezechie regis
iuda. Gloria dei est celare verbū
et gloria regū inuestigare sermonē. Ce
lum sursuꝫ et terra deorsum: et corꝫ regū
inscrutabile. Aufer rubiginē de argēto:
et egredieť vas purissimū. Aufer impie
tatez de vultu regis: et firmabiť iustitia
thronus eiꝰ. Ne gloriosus appareas co-
ram rege: et in loco magnorum ne stete
ris. Melius est enī vt dicatur tibi. ascē-
de huc: q̄ꝫ vt humilieris coram principe
Que viderunt oculi tui ne preferas in
iurgio cito: ne postea emēdare nō possis
cū dehonestaueris amicū tuū. Causam
tuam tracta cū amico tuo. et secretū ex-
traneo ne reueles: ne forte insultet tibi
cum audierit. et exprobrare non cesset.
Gratia et amicitia liberāt: quas tibi ser-
ua. ne exprobrabiľ fias. Mala aurea in
lectis argenteis. qui loquitur verbuꝫ in
tempore suo. Inauris aurea et margari
ta fulgēs: qui arguit sapientem et aurē
obedientem. Sicut frigus niuis in die
messis: ita legatus fidelis ei qui miserit
eū: aīam ip̄ius requiescere facit. Nubes
et ventus ⁊ pluuie nō sequētes. vir glo
riosus ⁊ ꝓmissa nō cōplens. Patientia
lenieť princeps: et lingua mollis cōfrin
get duritiā. Mel inuenisti. comede qd̄
sufficit tibi: ne forte satiatus euomas il
lud. Subtrahe pedem tuum de domo ꝓ
ximi tui: neq̄ñ satiatus oderit te. Iacu-
lum et gladius et sagitta acuta: homo q̄
loquitur contra proximū suum falsum
testimoniuꝫ. Dens putridus et pes las-
sus. qui sperat sup infideli in die angu-
stie: et amittit palliū in die frigoris Ace
tum in nitro: qui cantat carmina cordi
pessimo. Sicut tinea vestimēto ⁊ vermis
ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Si
esurierit inimicus tuus ciba illum: si si-
tit da ei aquam bibere. Prunas eniꝫ cō
gregabis super caput eius et dominus
reddet tibi. Tlentꝰ aquilo dissipat plu-
uias: et facies tristis linguam detrahen-
tez. Melius est sedere in angulo doma-
tis: q̄ꝫ cum muliere litigiosa. et in domo
cōmuni. Aqua frigida aīe sitiēti: et nūci
us bonus de terra longinqua. Fons tur
batus pede et vena corrupta: iustus ca-
dens corā impio. Sicut qui mel multū
comedit nō est ei bonū: sic qui scrutator
est maiestatis opprimeť a gloria. Sicut
vrbs patens ⁊ absq̄ꝫ murorum ambitu
ita vir qui non potest in loquendo cohi
bere spiritum suum.

XXVI

QUomodo nix in estate: et plu-
uie in messe: sic indecēs: est stul
to gloria. Sicut auis ad alta
transuolnas. ⁊ passer quolibet vadens:
sic maledictū frustra ꝓlatū in quēpiam
superueniet. Flagellū equo et chamus
asino. et virga in dorso imprudentium.
Ne respondeas stulto iuxta stulticiā su-
am: ne efficiarꝫ ei similis. Responde stul
to iuxta stulticiā suā: ne sibi sapiēs eē vi
deatur. Claudus pedibus et iniquitatez
bibens: qui mittit verba per nunciū stul
tuꝫ. Quō pulcras frustra habet claudus
tibias: sic indecens est in ore stultorum
parabola. Sicut qui mittit lapidem in
aceruum mercurij: ita qui tribuit insi-
piēti honorē. Quomodo si spina nasca-
tur in manu temulenti: sic parabola in
ore stultorū. Iudiciū d̄terminat causas
et qui imponit stulto silentiū iras miti
gat. Sicut canis q̄ reuertiť ad vomitū

suum: sic impudēs qui iterat stulticiaz suam. Vidisti hominē sapientē sibi videri: magis illo spem habebit insipiēs. Dicit piger leo est in via: et leena in itineribus. Sic ostiū vertit in cardine suo: ita piger in lectulo suo. Abscōdit piger manus sub ascella sua: et laborat si ad os suum eas cōuerterit. Sapientior sibi stultus videtur: septem viris loquentibus sententias. Sicut qui apprehendit auribus canē: sic qui transit & impatiēs cōmiscet rixe alterius. Sicut noxius est q̄ mittit sagittas & lāceas in mortē: ita vir qui fraudulent nocet amico suo: & cū fuerit deprehensus dicet: ludens feci. Cū defecerint ligna extinguet ignis: et susurrone subtracto: iurgia quiescunt. Sic carbones ad prunas et ligna ad ignē: sic hō iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia: et ipa pueniūt ad intima cordis. Quō si argento sordido ornare velis vas fictile: sic labia tumentia cuz pessimo corde sociata. Labijs suis intelligit inimicos: cum in corde tractauerit dolos. Qñ submiserit vocez suam ne credideris ei: qñ septez nequicie sunt in corde illius. Qui opit odiū fraudulēter: revelabit malitia ei⁹ in cōcilio. Qui fodit foueam incidet in eam: et q̄ voluit lapidem reuertet ad eū. Lingua fallax non amat veritatem & os lubricū operatur ruinas.

## XXVII

Ne glorieris in crastinū: ignorās quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus & nō os tuū. extraneus et nō labia tua. Grauē ē sarū & onerosa arena: sed ira stulti vtroq̄ grauior. Ira non hēt misericordiā: nec erūpens furor: & impetū cōcitati spūs ferre quis poterit? Melior est manifesta correctio q̄ amor abscōditus. Meliora sunt vulnera diligētis: q̄ fraudulēta oscula odiētis. Anima saturata calcabit fauū: & aīa esuriēs etiā amara p dulci sumet. Sicut auis trāsmigrās de nido suo: sic vir qui derelinquit locū suū. Unguēto & variis odoribꝫ delectat cor: et bonis amici cōsilijs aīa dulcorat. Amicū tuū et amicuz patris tui ne dimiseris: & domū fratris tui ne ingrediaris in die afflictōis tue. Melior est vicinus iuxta: q̄z frater procul. Stude sapie fili mi et letifica cor meū: vt possis exprobrāti rīdere sermonē. Astut⁹ vidēs malū abscōditus est: p̄uuli transeuntes sustinuerūt dispēdia. Tolle vestimentū eius q̄ spopōdit p extraneo: et p alienis aufer ei pign⁹. Qui benedicit primo suo voce grādi de nocte consurgēs: maledicenti similis erit. Tecta p stillantia in die frigoris & litigiosa mulier cōparant. Qui retinet eam quasi qui ventum teneat: et oleū dextre sue euacuat. Ferrū ferro exacuit: & homo exacuit faciē amici sui. Qui seruat ficū comedet fructū eius: et qui custos est dñi sui glorificabit. Quō in aquis resplendet vult⁹ prospicientiū: sic corda hominū manifesta sunt prudētibꝫ. Infern⁹ & perditio nunq̄z replent: similiter & oculi hominū insatiabiles. Quō probat in conflatorio argentū: et in fornace aurū: sic probat hō ore laudantis. Cor inīqui inq̄rit mala: cor aūt rectū inquirit sciaz. Si cōtuderis stultū in pila q̄si ptisanas feriente desup pilo: nō auferetur ab eo stultitia eius. Diligenter agnosce vultū pecoris tui: tuosq̄z greges cōsidera. Nō enī habebis iugiter ptātez: sed corona tribuetur tibi in generatione & generatōem. Aperta sunt prata & apparuerūt herbe virētes et collecta sunt fena de mōtibꝫ. Agni sūt ad vestimentum tuū et hedi ad agri precium. Sufficiat tibi lac caprarū i cibos tuos et in necessaria domus tue & ad victum ancillis tuis.

## XXVIII

Fugit impius nemine psequente: iustus aūt quasi leo confidēs absq̄z terrore erit. Propter peccā terre multi principes eius: & propter hoīs sapientiā et horū scientiam que dicunt vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes: similis est imbri vehementi in q̄ parat fames. Qui derelinquūt legē: laudāt impiuz. qui custodiūt succenduntur contra euz. Viri mali nō cogitāt iudiciū: qui aūt inquirūt dñm

animaduertunt omīa. Melior est pauꝑ
ambulans in simplicitate sua: q̄ꝫ diues
in prauis itineribus. Qui custodit legē
filius sapiēs est. qui autem comesatores
pascit: confundit patrem suū. Qui coa-
ceruat diuitias vsuris et fenore liberali
in pauperes cōgregat eas. Qui declinat
aures suas ne audiat legem: oratio eius
erit execrabilis. Qui decipit iustos ī via
mala in interitu suo corruet: et simpli-
ces possidebunt bona eius. Sapiens si
bi videtur vir diues: pauper autez pru-
dens scrutabit̄ eum. In exultatione iu
storū multa gloria est: regnātibꝫ impijs
ruine hominum. Qui abscondit scelera
sua non dirigeť: qui autē confessus fue
rit ⁊ reliquerit ea misericordiā ꝯseque-
tur. Beatꝰ hō qui semꝑ ē pauidus: qui
vero mētis est dure. corruet in malum.
Leo rugiēs ⁊ vrsus esuriēs: prīcipes im
pius suꝑ ꝓplm pauperē. Dux indigens
prudētia. multos opprimet ꝑ calumniā
qui aūt odit auaritiā longi fiēt dies eiꝰ
Hoīez qui calumniať anime sanguinez
si vsqꝫ ad lacum fugerit nemo sustinet.
Qui ambulat simpliciter saluꝰ erit: qui
ꝑuersis gradiť vijs cōcidet semel. Qui
opať terrā suam satiabiť panibꝫ: qui au
tem sectať ociū replebiť egestate. Vir fi
delis multū laudabiť. qui autez festinat
ditari: nō erit innocēs. Qui cognoscit
in iudicio faciem non bene facit iste ⁊ ꝓ
buccella panis deserit veritatē. Vir qui
festinat ditari ⁊ alijs inuidet: ignorat ꝙ
egestas superueniet ei. Qui corripit ho
minem: gr̄am postea inueniet apud euz
magis q̄ꝫ ille qui per lingue blandimen
ta decipit. Qui subtrahit aliquid a pr̄e
suo vel a matre: ⁊ dicit: hoc nō esse pecca
tum: particeps homicide est. Qui se ia-
ctat et dilatat. iurgia concitat: qui vero
sperat in dño saluabiť. Qui confidit in
corde suo stultus est: qui autē gradiť sa-
pienter ip̄e laudabiť. Qui dat pauperi
non indigebit: qui despicit deprecantē
sustinebit penuriam Cū surrexerint im
pij abscondenť hoīes: cum illi perierint
multiplicabuntur iusti. XXIX

Viro qui corripientem dura cer
uice contēnit. repentinus ei su
perueniet interitꝰ: ⁊ eū sanitas
nō sequeť. In multiplicatione iustorū
letabiť vulgus: cū impij sūpserint prin
cipatū gemet ꝓplꝰs. Vir qui amat sapiē-
tiam letificat patrē suū: qui aūt nutrit
scortū ꝑdet substātiā. Rex iustus erigit
terrā: vir auarus destruet eaz. Homo q̄
blandis fictisqꝫ sermonibꝫ loquiť ami-
co suo: rete expandit gressibꝫ eius. Pec-
cantem virū iniquū inuoluet laqueus
et iustus laudabitur atqꝫ gaudebit. No
uit iustus causam pauperuz: impiꝰ igno
rat scientiaz. Homines pestilentes dis-
sipant ciuitatem: sapientes vero auer-
tunt furorem. Vir sapiens si cuz stulto
ꝯtenderit: siue irascať siue rideat: nō in
ueniet requiē. Viri sanguinū oderunt
simplicē: iusti aūt querūt aīaz eius. To-
tum spm̄ suū ꝓfert stultus: sapiens dif
fert et reseruat in posterū. Princeps q̄
libenter audit verba mendacij. omnes
ministros habet impios. Pauper ⁊ cre
ditor obuiauerūt sibi: vtriusqꝫ illumīa-
tor est dñs. Rex qui iudicat in veritate
pauꝑes: thronꝰ eius in eternuz firma-
bitur. Virga atqꝫ correctio tribuit sapiē
tiam: puer autē qui dimittiť voluntati
sue confundit matrē suā. In multipli-
catione impiorū multiplicabunť scele-
ra et iusti ruinas eoꝝ videbūt. Erudi fi
lium tuū et refrigerabit te: et dabit deli
tias aīe tue. Cū ꝓphetia d̄fecerit dissipa
biť ꝓplꝰs: qui vero custodit legē beatus ē
Seruus verbis nō pōt erudiri: quia q̄d̄
dicis intelligit. ⁊ rn̄dere contēnit. Vidi
sti hoīez velocē ad loquendum: stulticia
magis sperāda est q̄ꝫ illiꝰ correctio. Qui
delicate a puericia sua nutrit seruū suū:
postea sētiet eū ꝯtumacē. Vir iracūdꝰ ꝓ
uocat rixas. ⁊ q̄ ad īdignādū facil̄ est. erit
ad peccādū ꝓcliuior. Suꝑbū sequiť hu
militas. ⁊ humilem spū suscipiet gloria
Qui cū fure ꝑticipat odit animā suam:
adiurantem audit. et non indicat. Qui
timet hominē cito corruet: qui sperat in
dño subleuabiť. Multi requirunt faciē

principis et iudiciū a dño egredit singulorum. Abominant iusti virum impiuz et abominantur impij eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filius. et tra perditionem erit. XXX

Verba cōgregantis filij vomēt. Visio quaz locutus est vir cum quo est deus. et qui deo secū morante cōfortatus ait: Stultissimus suz virozū. t sapiētia hoīm nō ē mecuz. Nō didici sapientiā. t noui sciam sanctozū. Quis ascēdit in celū atq; descēdit: Quis cōtinuit spiritū in manibz suis: Quis colligauit aquas quasi in vestimento: Quis suscitauit omēs terminos terre: Quod nomē ē eius. et quod nomē filij eius si nosti: Omis sermo dei ignitus: clypeus ē oibz sperantibz in se Ne addas quicq; verbis illus t arguaris: inueniaris q; mēdax. Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq; moriar. Vanitatem et verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi. Tribue tantū victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum: t dicā quis est dñs. aut egestate cōpulsus furer et periurem nomen dei mei. Ne accuses seruuz ad dñm suū: ne forte maledicat tibi t coruas. Generatio que patri suo maledicit: et que matri sue nō benedicit Generatio que sibi munda videtur: et tamen non est lota a sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi et palpebre eius in alta surrecte. Generatio que p dentibz gladios habet t commādit molaribus suis: vt comedat inopes de terra. et pauperes ex hominibz. Sanguisuge due sunt filie: dicentes affer affer. Tria sunt insaturabilia. et quartum quod nunq; dicit sufficit. Infernus et os vulue et terra que nō satiatur aqua. ignis vero nunq; dicit sufficit. Oculuz qui subsannat patrez et qui despicit partum matris sue. suffodiant eum corui de torrētibus. et comedāt eum filie aquile. Tria sunt difficilia mihi: et quartum penitus ignoro. Viaz aquile in celo. viā colubri sup petrā. viam nauis in medio maris: et viā viri in adolescentia. Talis est et via mulieris adultere que comedit et tergēs os suū dicit: Non sum operata malū. Per tria mouet terra: et quartum quod non potest sustinere. Per seruum cum regnauerit. per stultum cum saturatus fuerit cibo. et per odiosaz mulierem cū in matrimonio fuerit assumpta. et per ancillam cum fuerit hæres domine sue. Quattuor sunt mīma terre: et ipsa sunt sapientiora sapientibz. Formice populus infirmus: qui pparat in messe cibū suum. Lepusculus plebs inualida. qui collocat in petra cubile suū. Regem locusta non habet: et egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur: et morat in edibz regis Tria sunt que bene gradiunt: t quartuz quod incedit feliciter. Leo fortissim bestiarū: ad nullius pauebit occursuz Gallus succinctus lumbos suos: t aries nec est rex qui resistat ei. et qui stultus apparuerit. postq; eleuat est in sublime. Si enī intellexisset: ori suo imposuisset manum. Qui aūt fortiter premit vbera ad eliciendū lac. exprimit butyrū et qui vehemēter emungit. elicit sanguinem: t qui prouocat iras producit discordias.

Verba lamuelis regis. Visio qua erudiuit eū mater sua. Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votorz meorz: Ne dederis mulieribus substātiam tuam: et diuitias tuas ad delēdos reges. Noli regibus o lamuel. noli regibus dare vinum: quia nullū secretum est vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum et mutent causaz filiorz pauperis. Date siceram merentibz. et vinū his q amaro sūt aīo. Bibāt t obliuiscāt egestat sue t dolor sue nō recordent amplius. Aperi os tuum: muto t causis oīm filiorz q ptranseūt. Aperi os tuum. decerne quod iustū est. et vindica inopem et pauperem. Aleph Mulierē forte quis inueniet: procul t de vltimis finibz pciū eius. Beth. Cōfidit in ea cor viri sui. et spoliis nō indige XXXI

bit. Gymel. Reddet ei bonũ ⁊ nõ malũ omĩbus diebꝫ vite sue. Deleth. Quesiuit lanam et linũ et operata est consilio manuum suarũ. He. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panẽ suum. Clau. De nocte surrexit deditq; predam domesticis suis et cibaria ancillis suis. Zai. Considerauit agrum et emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. Heth. Accinxit fortitudine lumbos suos et roborauit brachium suum. Teth. Gustauit et vidit quia bona est negociatio eius non extinguetur in nocte lucerna eius. Joth. Manũ suam misit ad fortia et digiti eius apprehenderunt fusum. Caph. Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui sue a frigoribus nivis omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentũ eius. Nun Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terre. Samech. Syndonẽ fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Ayn. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius: ⁊ ridebit in die novissimo. Phe Os suum aperuit sapiẽtie et lex clementie in lingua eius. Sade Cõsiderauit semitas dom̃ sue: et panẽ ociosa nõ comedit. Coph. Surrexerũt filij eius et beatissimam predicauerunt vir eius et laudavit eam. Res. Multe filie congregauerunt divitias: tu supergressa es universas. Syn Fallax gratia et vana est pulcritudo: mulier timẽs dominum ipa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius.

Explicit̃ pũbia salomõis. Incipit prologus sci Hieronymi in libꝝ Ecclesiasten



Emini me ante hoc ferme quinquenniu ⁊ cu adhuc rome essem et ecclesiasten sancte blesille legerem ⁊ eam ad contemptũ mundi huius provocarem. et omne quod in mundo cerneret putaret esse p nihilo ⁊ rogatus ab ea: vt in morem cõmentarioli ⁊ obscura quecq; dissererem vt absq; me posset intelligere que legebat. Itaq; qm̃ in proximctu nostri operis subita morte subtracta est: et vbi non meruimus a paula et eustochium talez vite nostre habere cõsortem: tanto vulnere tũc percussus obmutui. nunc in bethleem positus ⁊ angustiore videlicet ciuitate ⁊ illius memorie et vobis reddo qđ debeo. Hoc breuiter ãmonens q̃ nullius autoritatẽ secutus sum: sed de hebreo transferens: maxime septuaginta interpretũ cõsuetudini me coaptaui: in his dũtaxat que non multũ ab hebraicis discrepabãt. Interdũ aquile q̃ ⁊ symmachi et throdotionis recordatus suz: vt nec nouitate nimia ⁊ lectoris studiũ deterrerẽ: nec rursũ contra conscientiã meã fonte veritatis omisso: opinionũ riuulos consectarer.

Explicit prologus sancti Hieronimi. Incipit liber ecclesiastes. Capitulũ I



Erba eccle siastes ⁊ filij dauid regis hierusalem. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes: vanitas vanitatuz et omnia vanitas. Quid habet amplius hõ de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio pterit et generatio aduenit ⁊ terra autẽ in eternũ stat. Orit sol et occidit ⁊ ad locũ suũ reuertit: ibiq; renascẽs gyrat p meridiẽ et flectitur ad aquilonem. Lustrãs vniuersa in circuitu pergit spiritus ⁊ in circulos suos reuertit. Omĩa flumina intrãt in mare: ⁊ mare nõ redũdat. Ad locũ vnde exeũt flumĩa reuertunt: vt iterũ fluãt. Cũcte res difficiles: nõ potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu: nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? Ipsum qđ futurũ est. Quid est qđ factũ est. Ipm

quod faciendum est. Nihil sub sole no-
uum nec valet quisq̃ dicere: ecce hoc re
cens est. Jam enim precessit in seculis
que fuerunt ante nos. Nõ est priorum
mẽoria: sed nec eorꝫ quidẽ que postea fu-
tura sunt erit recordatio apud eos q̃ fu
turi sunt in nouissimo. Ego ecclesiastes
fui rex isrl' in hierusalẽ. ⁊ ꝓposui ĩ animo
meo q̃rere ⁊ inuestigare sapiẽter de oĩbꝫ
que fiũt sub sole. Hanc occupationem
pessimaꝫ dedit deus filijs hoĩm: vt occu-
parẽtur in ea. Vidi que fiũt cuncta sub
sole. ⁊ ecce vniuersa vanitas ⁊ afflictio
spũs. Peruersi difficile corriguntur: ⁊
stultorꝫ infinit⁹ est nũerus. Locut⁹ sum
in corde meo dicens: Ecce magnus effe
ctus sum. ⁊ precessi oẽs sapiẽtia q̃ fuerũt
ante me in hierusalẽ: ⁊ mens mea con-
templata est mlta sapiẽter ⁊ didici: dedi
q̃ cor meũ vt scirem prudẽtiam atq̃ do
ctrinã: erroresq̃ ⁊ stulticiaꝫ. Et agnoui
q̃ in his q̃ꝫ esset labor ⁊ afflictio spũs: eo
q̃ in mlta sapĩa mlta sit indignatio: ⁊ q̃
addit sciẽtiaꝫ. addit ⁊ laborem. II

Dixi g̃ in corde meo. Vadaꝫ ⁊ af-
fluaꝫ delitijs: ⁊ fruar bonis. Et
vidi q̃ hoc quoq̃ esset vanitas.
Risum reputaui errorez. ⁊ gaudio dixi.
Quid frustra deciperis? Cogitaui ĩ cor-
de meo. abstrahere a vino carnẽ meam.
vt animũ meũ trãsferrem ad sapiẽtiaꝫ.
deuitaremq̃ stulticiã: donec viderez q̃d
esset vtile filijs hoĩm: quo facto opus ẽ
sub sole numero dierꝫ vite sue. Magni-
ficaui opa mea. Edificaui mihi domos
⁊ plantaui vineas: feci hortos ⁊ pomeria
⁊ cõseui ea cũcti generis arboribus ⁊ ex-
truxi mihi piscinas aquarꝫ vt irrigarem
siluã lignorꝫ germinantiũ. Possedi ser-
uos ⁊ ancillas multãq̃ familiam habui
armẽta quoq̃ ⁊ magnos ouiuꝫ greges
vltra oĩnes qui fuerũt añ me in hierl'm
Coacerbaui mihi argentũ ⁊ aurũ ⁊ sub
stantias regũ ⁊ prouinciarũ. Feci mihi
cantores ⁊ cantatrices ⁊ delitias filiorũ
hoĩm: cyphos ⁊ vrceolos ĩ ministerio ad
vina fundẽda. et supgressus sum opibꝫ
oĩnes q̃ ante me fuerũt in hierl'm. Sa-
pientia q̃ꝫ pseuerauit mecũ: ⁊ oĩa q̃ desi
derauerũt oculi mei nõ negaui eis: nec
prohibui cor meuꝫ quin oĩni voluptate
frueret. ⁊ oblectaret se in his q̃ prepara
ueram. Et hanc rat⁹ sum ptem meaꝫ: si
vterer labore meo. Cũq̃ me cõuertissez
ad vniũsa opa que fecerãt manus mee.
⁊ ad labores in q̃bus frustra sudaueram
vidi in oĩbus vanitatẽ ⁊ afflictionẽ ani
mi. ⁊ nihil permanere sub sole. Trãsiui
ad contemplandam sapĩam. erroresq̃ ⁊
stulticiaꝫ. Quid est inquã homo vt seq̃
possit regem factorẽ suuꝫ? Et vidi q̃ tm̃
precederet sapĩa stulticiã: quãtũ differt
lux a tenebris. Sapiẽtis oculi in capite
eius: stult⁹ in tenebris ambulat. Et di-
dici q̃ vnus vtriusq̃ esset interit⁹. ⁊ di-
xi in corde meo. Si vnus ⁊ stulti ⁊ me⁹
occasus erit. quid mihi prodest q̃ maio
rem sapĩe dedi operam? Locutusq̃ cum
mẽte mea: anĩaduerti q̃ hoc q̃ꝫ esset va-
nitas. Nõ enĩ erit memoria sapiẽtis si-
militer vt stulti in perpetuũ. ⁊ futura o-
pera obliuiõe cũcta piter operient. Mo
ritur doctus similiter vt indoct⁹. ⁊ idcir
co teduit me vite mee. videntem mala
vniuersa esse sub sole. ⁊ cũcta vanitatez
⁊ afflictiõem spiritus. Rursus detestat⁹
sum oĩnem industriam meã qua sub so
le studiosissime laboraui habiturus he-
redem post me quem ignoro vtrum sa-
piens an stultus futurus sit. et dñabit̃
in laboribus meis q̃bus desudaui ⁊ solli
citus fui. Et est quicq̃ tam vanũ? Vn-
de cessaui: renũciauitq̃ cor meũ vltra la
borare sub sole. Nam cũ alius laboret in
sapientia ⁊ doctrina ⁊ sollicitudĩe: homi
ni ocioso quesita dimittit Et hoc quoq̃
vanitas. ⁊ magnũ malũ. Quid eniꝫ pro
derit homĩ de vniuerso labore suo ⁊ affli-
ctione spirit⁹ qua sub sole cruciat⁹ est?
Cuncti dies eius doloribꝫ ⁊ erũnis ple-
ni sunt nec ꝑ noctem mẽte req̃escit. Et
hoc nõne vanitas est? Nõne melius est
comedere ⁊ bibere. ⁊ ostẽdere anime sue
bona de laboribus suis? Et hoc de manu
dei est. Quis ita deuorabit ⁊ delitijs af-
fluet vt ego? Homini bono in cõspectu

suo dedit deus sapiẽtiam ⁊ sciẽtiaz ⁊ letiziam: peccatori autẽ dedit afflictiõez ⁊ curam superfluaz: vt addat ⁊ cõgreget ⁊ tradat ei q̃ placuit deo. Sz ⁊ hoc vanitas ẽ ⁊ cassa sollicitudo mẽtis. III

Omnia tempus hꝫt: et suis spatijs trãseunt vniuersa sub celo
Tempus nascẽdi ⁊ tempꝰ moriendi. Tempus plantãdi ⁊ tẽpus euellendi quod plãtatum est. Tempus occidẽdi ⁊ tempus sanãdi. Tempus destruendi ⁊ tempus edificãdi. Tempus flendi ⁊ tempus ridẽdi. Tempꝰ plangendi ⁊ tempus saltãdi. Tempus spargẽdi lapides ⁊ tempus colligẽdi. Tempꝰ amplexãdi ⁊ tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirẽdi ⁊ tempus perdendi. Tempus custodiẽdi ⁊ tẽpus abijciendi. Tempus scindẽdi ⁊ tempꝰ consuendi. Tempus tacẽdi ⁊ tempꝰ loquẽdi. Tempus dilectiõis ⁊ tempus odij. Tempus belli ⁊ tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictiõez quã dedit deus filijs hoim vt distendant in ea. Cũcta fecit bona in tpe suo ⁊ mũdum tradidit disputatiõi eorũ: vt nõ inueniat homo opus quod operatus est deus ab initio vsq; ad finem Et cognoui q̃ nõ esset melius nisi letari: facere bene in vita sua. Omnis enĩ hõ qui comedit ⁊ bibit ⁊ videt bonuz de labore suo: hoc donuz dei est. Didici q̃ oia opa que fecit deus pseuerẽt in perpetuum. Nõ possumꝰ eis quicq̃ addere nec auferre: q̃ fecit deus vt timeatur. Qđ factũ est ipm permanet. Que futura sunt iam fuerũt ⁊ deus instaurat quod abijt Vidi sub sole in loco iudicij impietatez ⁊ in loco iustitie iniq̃tatez ⁊ dixi i corde meo. Justũ ⁊ impiũ iudicabit dñs ⁊ tẽpus omnis rei tũc erit. Dixi i corde meo de filijs hoim vt probaret eos deꝰ ⁊ ostenderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hois ⁊ iumẽtorum ⁊ equa vtriusq; conditio. Sicut morit homo: sic ⁊ illa moriũtur. Similiter spirãt oia ⁊ nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati ⁊ omnia pergunt ad vnuz locũ. De terra facta sunt ⁊ in terrã pariter reuertũtur. Quis nouit si spũs filiorũ adam ascẽdat sursum ⁊ si spiritus iumẽtorum descendat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius q̃ letari hoiez in opere suo ⁊ hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet vt post se futura cognoscat? IIII

Verti me ad alia ⁊ vidi calũnias que sub sole geruntur ⁊ lachrymas innocẽtiuz ⁊ neminez consolatorẽ. nec posse resistere eorũ violentie ⁊ cũctorũ auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos q̃z viuẽtes ⁊ feliciorem vtroq; iudicaui q̃ necdũ natus est: nec vidit mala que sub sole fiunt. Rursum cõtemplat sum oñes labores hominũ ⁊ industrias aĩaduerti patere inuidie proximi. Et in hoc ergo vanitas ⁊ cura superflua est. Stultus complicat manus suas ⁊ comedit carnes suas dicens: Melius est pugillus cum requie q̃z plena vtraq; manus cũ labore ⁊ afflictione animi. Cõsiderans repperi ⁊ aliã vanitatem sub sole. Unus est ⁊ secũdũ nõ habet. nõ filium. nõ fratrem. ⁊ tñ labore nõ cessat. nec satiant oculi eiꝰ diuitijs. nec recogitat dicens: Cui laboro ⁊ fraudo aĩam meã bonis? In hoc quoq; vanitas est ⁊ afflictio pessima. Melius est ergo duos esse simul q̃z vnuz: habent enim emolumẽtuz societatis sue. Si vnus ceciderit: ab altero fulcietur. Ve soli: quia cũ ceciderit nõ habet subleuãtem se. Et si dormierint duo foue bũtur mutuo. Unus quõ calefiet? Et si quispiam preualuerit ptra vnuz: duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rũpitur. Melior est puer pauper ⁊ sapiens rege sene ⁊ stulto. qui nescit puidere in posteꝝ. Qđ de carcere catenisq; interdum quis egrediat ad regnuz ⁊ aliꝰ natus in regno inopia cõsummatur. Vidi cũctos viuẽtes. qui ambulant sub sole cũ adolescente secũdo: qui consurget pro eo. Infinitus numerus est populi oĩm qui fuerũt añ eum ⁊ qui postea futuri sunt nõ letabũtur in eo. Sz et hoc

vanitas ⁊ afflictio spūs. Custodi pedez tuum ingrediens domū dei. ⁊ appropinqua vt audias. Multo enim melior est obedientia q̄z stultorum victime: qui nesciunt quid faciunt mali.

V

Ne temere q̄d loquaris: neq̄z cor tuū sit velox ad proferendū sermonem corā deo. Deus eniz in celo ⁊ tu sup̄ terram: idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequūtur somnia. ⁊ in multis sermonib⁹ inuenietur stulticia. Si quid vonisti deo ne moreris reddere. Displicet enī ei infidelis ⁊ stulta promissio. Sed quodcūq̄z voueris. redde. Multoq̄z melius est nō vouere: q̄z post votum ꝓmissa nō reddere. Ne dederis os tuū vt peccare facias carnez tuā: neq̄z dicas. corā angelo non est ꝓuidentia: ne forte iratus dn̄s cōtra sermones tuos dissipet cūcta opera manuum tuaꝝ. Vbi multa sunt somnia: plurime sunt vanitates ⁊ sermones innumeri. Tu vero deuz time. Si videris calumnias egenoruz ⁊ violenta iudicia ⁊ subuerti iusticiā in ꝓuincia. nō mireris super hoc negocio. qꝛ excelso excelsior est alius. ⁊ sup̄ hos quoq̄z eminētiores sunt alij ⁊ insup̄ vniūse terre rex imperat seruienti. Auarus nō implebit̄ pecunia. et qui amat diuitias. fructū non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. Vbi mlte sūt opes: multi ⁊ qui comedunt eas. Et q̄d prodest possessori: nisi ꝙ cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operāti siue parū siue multū comedat. saturitas autem diuitis nō sinit eum dormire. Est ⁊ alia infirmitas pessima quaz vidi sub sole. Diuitie cōseruate in maluz dn̄i sui. Pereūt enī in afflictiōe pessima Generauit filiuz: qui in summa egestate erit. Sicut egressus ē nudus de vtero matris sue. sic reuertet̄. ⁊ nihil auferet secuz de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomō veit: sic reuertetur. Quid ergo prodest ei q̄d laborauit in vētum? Cūctis dieb⁹ vite sue comedit in tenebris ⁊ in curis multis. ⁊ ī erumna atq̄z tristitia. Hoc itaq̄z visum est mihi bonum: vt comedat q̄s ⁊ bibat et fruat̄ leticia ex labore suo. q̄ laborauit ipe sub sole nūero dierū vite sue: q̄s dedit ei deus. ⁊ hec est ꝑs illius. Et om̄i homini cui dedit de⁹ diuitias atq̄z substantiam ptātemq̄z ei tribuit vt comedat ex eis ⁊ fruat̄ parte sua. et letetur de labore suo: hoc est donū dei. Non enim satis recordabit̄ dierū vite sue. eo ꝙ deus occupet delitijs cor eius.

VI

Est et aliud malum quod vidi sub sole. ⁊ quidē frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias ⁊ substantiam ⁊ honorem. ⁊ nihil deest anīe sue ex omnibus que desiderat nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas ⁊ magna miseria est. Si genuerit quispiā centum liberos ⁊ vixerit multos ānos. ⁊ plures dies etatis habuerit. ⁊ anīa illius nō vtatur bonis substātie sue: sepulturaq̄z careat. de hoc ego pronuncio ꝙ melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit ⁊ pergit ad tenebras. ⁊ obliuione delebit̄ nomē ei⁹. Non vidit solem. neq̄z cognouit distantiam boni ⁊ mali: etiā si duob⁹ milibus annis vixerit: ⁊ non fuerit perfruit⁹ bonis. Nonne ad vnū locū properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima ei⁹ nō implebit̄ bonis. Quid habet amplius sapiens a stulto. et quid pauper nisi vt pergat illuc vbi est vita? Melius est videre q̄d cupias q̄z desiderare q̄d nescias. Sed ⁊ hoc vanitas est ⁊ presumptio spiritus. Qui futur⁹ est. iam vocatum est nomen eius. et scitur ꝙ homo sit: ⁊ non possit contra fortiorez se in iudicio contendere Verba sūt plurima: multamq̄z in disputando habētia vanitatem.

VII

Quid necesse est homini maiora se querere: cuz ignorat quid cōducat sibi in vita sua nūero dierum peregrinatiōis sue. ⁊ tempore q̄d velut vmbra preterit? Aut quis ei poterit indicare: quid post eum futuruz sub sole sit? Melius est nomen bonū q̄z vn-

guenta pciosa: ⁊ dies mortis die nati uitatis. Melius est ire ad domū luctus q̄z ad domuz cōuiuij. In illa enim finis cunctoꝝ ammonet hominū ⁊ viuens cogitat q̄d futuruz sit. Melioꝛ est ira risu: qꝛ p tristiciam vultus coꝛrigitur animus delinquētis. Coꝛ sapientū vbi tristicia est: ⁊ coꝛ stultoꝝ vbi leticia. Meli⁹ est a sapiente coꝛripi: q̄z stultoꝝ adulatione decipi: qꝛ sicut sonitus spinaruz ardentiuz sub olla: sic risus stulti. Sed et hoc vanitas. Calūnia cōturbat sapiētez ⁊ perdet robur coꝛdis eius. Melioꝛ ē finis oꝛatiōis: q̄z pncipiū. Melioꝛ ē patiens arrogāte. Ne fis velox ad iraſcēduz quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas: q̄d putas cause ē q̄ pioꝛa tempoꝛa melioꝛa fuere q̄z nūc sunt. Stulta enim est huiuscemodi interrogatio. Utilioꝛ est sapiētia cum diuitijs ⁊ magis p̄dest videntibus solem. Sicut enim protegit sapiētia: sic protegit pecunia. Hoc autez plus habet eruditio ⁊ sapiētia: q̄ vitā tribuūt possessoꝛi suo. Cōsidera opera dei. q̄ nemo possit coꝛrigere quē ille despexerit. In die bona fruere bonis. ⁊ malaz diem pcaue. Sicut enim hāc sic ⁊ illam fecit deus: vt nō inueniet homo contra euz iustas querimonias. Hec quoq̄ vidi in die vanitatis mee. Justus peribit in iusticia sua: ⁊ impius multo viuit tēpoꝛe in malicia sua. Noli esse iustus multum neq̄ plus sapias q̄z necesse ē ne obstupescas. Ne impie agas multū: ⁊ noli esse stultus ne moꝛiaris in tempoꝛe nō tuo. Bonum ē te sustentare iustum: sed ab illo ne subtrahas manū tuaz: quia q̄ timet deum nihil negligit. Sapiētia cōfoꝛtauit sapientē: sup decem pncipes ciuitatis. Nō ē ei homo iust⁹ in terra: q̄ faciat bonum ⁊ nō peccet. Sed ⁊ cunctis sermonib⁹ qui dicunt. nec accōmodes coꝛ tuum: ne forte audias seruum male dicētem tibi. Scit enī cōsciētia tua: qꝛ ⁊ tu crebꝛo maledixisti alijs. Cūcta temptaui in sapiētia. Dixi sapiens efficiar: ⁊ ipa longius recessit a me multomag̃ q̄z erat. Et alta profunditas: quis inueniet eam? Lustraui vniuersa animo meo: vt scirem ⁊ cōsiderarem ⁊ quererem sapiētiam ⁊ ratiōem: ⁊ vt cognoscerem impietatem stulti ⁊ errꝛoꝛem imprudētium. Et inueni amarioꝛem morte mulierez que laqueus venatoꝝ ē: ⁊ sagena coꝛ eius. Vincula sunt manus illius. Qui placet deo effugiet illam: qui aūt peccatoꝛ ē capietur ab illa. Ecce hoc inueni dixit ecclesiastes. vnum ⁊ alterū: vt inuenirem ratiōem quaz adhuc querit anima mea ⁊ nō inueni. Virum de mille vnuz repperi: mulierem ex oīmbus nō inueni. Solummodo hoc inueni. q̄ fecerit deus hominem rectum: et ipe se infinitis miscuerit questionib⁹. Quis talis vt sapiens est? Et quis cognouit solutionē verbi?

## VIII

Sapiētia hominis lucet in vultu ei⁹ ⁊ potētissimus faciem illius cōmutabit. Ego os regis obserua. ⁊ precepta iuramēti dei. Ne festines recedere a facie eius: neq̄ pmaneas in opere malo: quia oīne quod voluerit faciet. et sermo illius potestate plenus ē. Nec dicere ei quisq̄ potest: q̄re ita facis? Qui custodit preceptum. nō experietur quic q̄z mali. Tempus ⁊ responsiōem coꝛ sapiētis intelligit. Oīni negocio tempus est: ⁊ opportunitas ⁊ multa hominis afflictio: quia ignoꝛat p̄terita: ⁊ futura nullo scire potest nūcio. Nō est in hoīs potestate prohibere spiritū. nec habet potestatem in die mortis: nec finitur quiescere ingruente bello: neq̄ saluabit impietas impium. Oīnia hec cōsideraui: ⁊ dedi coꝛ meum in cūctis operibus que fiūt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Vidi impios sepultos qui etiam cum adhuc viuerent in loco sancto erāt: ⁊ laudabant in ciuitate quasi iustoꝝ operū. Sed ⁊ hoc vanitas est. Etenim quia nō profertur cito cōtra malos sentētia: absq̄ timoꝛe vllo filij hoīm perpetrēt mala. Attamē peccatoꝛ ex eo q̄ cēties facit malū ⁊ p̄ patientiam sustentat ego cognoui q̄ erit bonū timētib⁹ deū: qui verētur faciez ei⁹

Non sit bonũ impio: nec prolongent̃ dies eius: sed q̃si vmbra transeãt: qui nõ timent faciez dñi. Et est alia vanitas q̃ fit sup̃ terram. Sunt iusti q̃bus mala ꝓueniũt q̃si opa egerint impiorũ ⁊ sũt impij qui ita securi sunt q̃si iustoꝝ facta habeant. Sed ⁊ hoc vanissimuz iudico. Laudaui igit̃ leticiã ꝙ non esset homini bonuz sub sole. nisi ꝙ comederet ⁊ biberet atq̃ gauderet ⁊ hoc solũ secuz auferret de labore suo om̃ibus diebꝫ vite sue quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meũ vt scirem sapiam ⁊ intelligerez dissensionem que versat̃ in terra. Est homo qui diebꝫ ⁊ noctibꝫ somnum non capit oculis. Et intellexi ꝙ oĩm operũ dei nullã possit homo inuenire ratiõez eoꝝ q̃ fiũt sub sole. ⁊ quãto plus laborauerit ad querendum: tãto minus inueniat. Etiam si dixerit sapiẽs se nosse. nõ poterit reperire. Om̃ia hec tractaui in corde meo: vt curiose intelligerem. IX

Sunt iusti atq̃ sapiẽtes: ⁊ opera eoruz in manu dei. Et tñ nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed oĩa in futurũ ꝓuant̃ incerta: eo ꝙ vniuersa eque eueniant iusto ⁊ impio. bono ⁊ malo. mũdo ⁊ immundo immolanti victimas ⁊ sacrificia cõtemnenti. Sicut bonus. sic ⁊ peccator. vt p̃iurus. ita qui verũ deierat. Hoc est pessimũ inter oĩa que sub sole fiũt: qꝛ eadez cũctis eueniũt. Vñ ⁊ corda filiorũ hoĩm implẽtur malicia ⁊ cõtemptu ĩ vita sua ⁊ post hec ad inferos deducẽtur. Nemo ẽ qui semp̃ viuat: ⁊ q̃ huius rei habeat fiduciã. Melior ẽ canis viuus leone mortuo. Viuẽtes enĩ sciũt se esse morituros mortui vero nihil nouerũt ampliꝰ: nec habent vltra mercedẽ: qꝛ obliuioni tradita est memoria eoꝝ. Amor q̃z ⁊ odium ⁊ inuidie simul perierũt: nec hñt partez in hoc seculo. ⁊ in ope quod sub sole geritur. Vade ergo ⁊ comede in leticia panem tuũ. ⁊ bibe cum gaudio vinũ tuuz: quia deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimẽta tua candida et oleuz de capite tuo nõ deficiat. Perfruere vita cũ vxore quã diligis. cunctis diebꝫ vite instabilitatis tue: q̃ dati sunt tibi sub sole om̃i tp̃e vanitatis tue. Hec est enĩ pars in vita: ⁊ in labore tuo quo laboras sub sole. Quodcũq̃ facere potest manꝰ tua instãter operare. qꝛ nec opus. nec ratio. nec sapĩa. nec sciẽtia erũt apud inferos: quo tu ꝓperas. Verti me ad aliud. ⁊ vidi sub sole. nec velociũ esse cursum. nec fortiũ bellũ. nec sapiẽtium panẽ. nec doctorum diuitias. nec artificum gratiam: sed tp̃s casumq̃ in om̃ibus. Nescit homo finem suũ: sed sicut pisces capiuntur hamo. ⁊ aues laqueo cõprehenduntur. sic capiũtur hoĩes in tp̃e malo: cum eis exẽplo sup̃uenerit Hanc q̃z sub sole vidi sapiẽtiaz ⁊ probaui maximaz. Ciuitas parua ⁊ pauci in ea viri. Venit contra eã rex magnus ⁊ vallauit eaz: extruxitq̃ munitiões per gyrũ ⁊ perfecta ẽ obsidio. Inuẽtusq̃ est in ea vir paup̃ ⁊ sapiens. ⁊ liberauit vrbem per sapiẽtiaz suam. ⁊ nullus deinceps recordatus ẽ hominis illiꝰ pauperis. Et dicebã ego meliorẽ esse sapĩaz fortitudine. Quõ ergo sapĩa pauperis cõtempta est. ⁊ verba eiꝰ nõ sunt audita? Verba sapiẽtium audiuntur in silentio: plus q̃z clamor principis inter stultos. Melior est sapĩa q̃z arma bellica: ⁊ qui in vno peccauerit. multa bona perdet. X

Musce moriẽtes perdũt suauitatem vnguẽti. Preciosior est sapiẽtia. paruaq̃ gloria: ad tempꝰ stulticia. Cor sapiẽtis in dextera eius et cor stulti in sinistra illius. Sed ⁊ in via stultus ambulans: cũ ip̃e insipiens sit om̃es stultos estimat. Si spiritꝰ ꝑtãtẽ habẽtis ascẽderit sup̃ te. locũ tuũ ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. Est malũ quod vidi sub sole: quasi per errorẽ egrediens a facie prĩcipis. Positũ stultũ in dignitate sublimi ⁊ diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis ⁊ prĩcipes ambulãtes super terram quasi seruos. Qui fodit foueam incidet in eam: ⁊ qui dissipat sepẽ mordebit eum coluber. Qui trãsfert la-

pides affligetur ī eis·⁊ qui scindit ligna vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrum·⁊ hoc nō vt prius sed hebetatum fuerit·multo labore eracuet·et post industriam sequetur sapia. Si mordeat serpens in silentio:nihil eo min⁹ habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia:⁊ labia insipiētis precipitabūt eum. Initiuz verboū eius stultitia:⁊ nouissimum oris illius error pessimus. Stultus verba mltiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit:⁊ quid post se futuruz sit· quis ei poterit indicare? Labor stultoū affliget eos qui nesciunt in vrbem pergere. Ve tibi terra cui⁹ rex est puer ⁊ cuius principes mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est ⁊ cui⁹ principes vescūtur in tempore suo ad reficiendum ⁊ nō ad luxuriaz. In pigritijs humiliabit contignatio·⁊ ī infirmitate manuū perstillabit domus. In risu faciūt panē ⁊ vinū:vt epulentur bibentes. Et pecunie obediūt oīa. In cogitatione tua regi nō detrahas:⁊ ī secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti· quia ⁊ aues celi portabunt vocem tuam et qui habent pennas annunciabūt sententiam.

## XI

Mitte panem tuū super transeūtes aquas:quia post tēpora mlta inuenies illuz. Da partes septem necnon ⁊ octo:quia ignoras quid futurū sit mali super terrā. Si replete fuerint nubes:imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignuz ad austrū aut ad aquilonē:in quocūq; loco ceciderit ibi erit. Qui obseruat ventū non seminat:⁊ qui considerat nubes nūq; metet. Quomodo ignoras que sit via spiritus·⁊ qua ratione cōpingātur ossa in ventre pregnātis: sic nescis opera dei q̄ fabricator est omniuz. Mane semina semen tuū·⁊ vespere ne cesset manus tua quia nescis quid magis oriatur hoc aut illud·⁊ si vtrūq; sil mel⁹ erit. Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis videre solē Si ānis multis vixerit homo ⁊ in his omnibus letus fuerit:meminisse debet tenebrosi temporis ⁊ dierum multoū: qui cum venerint vanitatis arguentur preterita. Letare ergo iuuenis in adolescentia tua:⁊ in bono sit cor tuū in diebꝫ iuuentutis tue·⁊ ambula in vijs cordis tui·⁊ in intuitu oculoū tuorum·⁊ scito q̄ pro omnibus his adducet te deus in iudicium.

## XII

Aufer iram a corde tuo ⁊ amoue malicia a carne tua. Adolescentia enim ⁊ voluntas:vana sunt. Memento creatoris tui in diebꝫ iuuentutis tue:anteq; veniat temp⁹ afflictionis tue·⁊ appropinquēt anni de quibus dicas:nō mihi placent. Anteq; tenebrescant sol ⁊ lumen ⁊ stelle ⁊ luna·⁊ reuertantur nubes post pluuiā. Quādo commouebūtur custodes dom⁹·⁊ mutabūt viri fortissimi·⁊ otiose erūt molentes ī minuto numero ⁊ tenebrescent videntes per foramina· ⁊ claudent ostia ī platea in humilitate vocis molētis·et consurgent ad vocem volucris·⁊ obsurdescent oīes filie carminis. Excelsa quoq; timebūt·⁊ formidabunt in via. florebit amigdalus·impinguabit locusta·et dissipabit capparis. Quoniā ibit homo in domū eternitatis sue ⁊ circūibunt in platea plangētes. Anteq; rumpat funiculus argēteus·⁊ recurrat vita aurea·⁊ cōteratur hydria super fontem·⁊ cōfringat rota super cisternam·⁊ reuertat pulvis in terrā suam vnde erat·⁊ spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes·⁊ oīa vanitas. Cuncq; esset sapientissimus ecclesiastes· docuit populum ⁊ enarrauit que fecerat·⁊ inuestigās composuit parabolas multas. Quesiuit verba vtilia ⁊ conscripsit sermōes rectissimos:ac veritate plenos. Verba sapientiū sicut stimuli ⁊ q̄si claui in altū defixi:que per magistroū cōsiliū data sunt a pastore vno His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis:frequensq; meditatio·carnis afflictio ē. Finem loquēdi piter oīes audiam⁹. Deum time ⁊ mādata ei⁹ obserua. Hoc est

omnis homo. Cuncta que fiunt adducz deus in iudiciū pro omni errato: siue bonum siue malum sit.

Explicit liber ecclesiastes. Incipiūt cantica canticorum. Capl'm I

Vox optantis christi adiuncti.

Osculetur me osculo oris sui Quia meliora sūt vbera tua vino: fragrantia vnguentis optimis. Oleuz effusum nomen tuū: ideo adolescētule dilexerunt te. Trahe me post te. Currem⁹ in odore vnguentorum tuorum. Introduxit me rex ī cellaria sua. Exultabimus ⁊ letabimur in te: memores vberuz tuorum super vinū. Recti diligunt te. Nigra sum sed formosa filie hierusalem. sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis. Nolite me considerare ꝙ fusca sim. quia decolorauit me sol. Filij matrz mee pugnauerunt contra me: posuerūt me custodem vineis. Vineam meaz nō custodiui. Indica mihi quez diligit anima mea. vbi pascas. vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuoruz. Si ignoras te o pulcerrima inter mulieres. egredere ⁊ abi post vestigia gregum tuorum. ⁊ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea. Pulcre sunt gene tue sicut turturis: collum tuū sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Dum esset rex ī accubitu suo: nardus mea dedit odorez suum. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi: inter vbera mea cōmorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis engaddi. Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu pulcra: oculi tui colūbarum. Ecce tu pulcer es dilecte mi ⁊ decorus. Lectulus noster floridus: tigua domorū nostrarū cedrina: laquearia nostra cypressina. II

Ego flos campi ⁊ liliuz cōualliū. Sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna siluaruz: sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quē desideraueram sedi. ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo Introduxit me rex in cellā vinariaz. ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus. stipate me malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie hierusalez. ꝑ capreas ceruosqz camporū: ne suscitetis neqz euigilare faciatis dilectā: quoadusqz ipa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibꝫ transiliens colles. Similis est dilectus meus capree hinnuloqz ceruorū. En ipe stat post parietem nostrū respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea. columba mea. formosa mea ⁊ veni. Jam eniz hyems transijt: imber abijt ⁊ recessit. Flores apparuerūt ī terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra ficus protulit grossos suos: vinee florētes dederūt odorez suuz. Surge propera amica mea. speciosa mea ⁊ veni: colūba mea in foraminibꝫ petre in cauerua macerie. Ostende mihi faciē tuā: sonet vox tua in auribus meis. Vox eniz tua dulcis. ⁊ facies tua decora. Capite nob vulpes paruulas: que demoliūtur vineas. Nā vinea nostra floruit. Dilect⁹ meus mihi ⁊ ego illi: qui pascitur īter lilia donec aspiret dies. ⁊ inclinētur vmbre. Reuertere: similis esto dilecte mi capree hinnuloqz ceruorum super mōtes bethel. Vox ecclesie electe de gentibꝫ III

In lectulo meo per noctem quesiui quē diligit anīa mea. Quesiui illū. ⁊ non inueni. Surgaz ⁊ circūibo ciuitatem per vicos ⁊ plateas queram quē diligit anīa mea. Quesiui illum. ⁊ non inueni. Inuenerūt me vigiles: qui custodiūt ciuitatez. Num quē diligit anima mea vidistis? Paululuz

cum pertransissem eos inueni quez di-
ligit anima mea. Tenui eum: nec dimit
tam: donec introducam illũ in domum
matris mee. ⁊ in cubiculum genitricis
mee. Adiuro vos filie hierusalem ꝑ ca-
preas ceruosq; camporũ: ne suscitetꝫ: ne-
q; euigilare faciatis dilectam. donec ipa
velit. Que est ista que ascẽdit ꝑ desertuz
sicut virgula fumi ex aromatibus myr-
rhe ⁊ thuris. ⁊ vniuersi puluerꝫ pigmẽ-
tarij. En lectulum salomonis sexagin-
ta fortes ambiunt ex fortissimis israel:
omnes tenentes gladios. ⁊ ad bella do-
ctissimi. Uniuscuiusq; ensis sup̄ femur
suuz: propter timores nocturnos. Fer-
culum fecit sibi rex salomon de lignis li
bani. Columnas eius fecit argenteas
reclinatorium aureum. ascensum pur-
pureum: media charitate constrauit. ꝓ-
pter filias hierusalez. Egredimini filie
sion ⁊ videte regem salomonẽ in diade
mate: quo coronauit illum mater sua. ĩ
die desponsationis illius. ⁊ in die leticie
cordis eius. Vox christi. IIII

Q Uam pulcra es aĩca mea: q̃ pul
cra es. Oculi tui colũbarũ: abs-
q; eo qd̃ intrinsecus latet. Ca-
pilli tui sicut greges caprarũ: que ascen
derunt de monte galaad. Dentes tui si
cut greges tonsarum: que ascẽderũt de
lauacro. Om̃es gemellis fetibus. et ste
rilis nõ est inter eas. Sicut vitta cocci
nea labia tua. ⁊ eloquiũ tuũ dulce. Si-
cut fragmẽ malipunici. ita gene tue: abs
q; eo quod intrĩsecus latet. Sicut tur-
ris dauid collum tuũ: que edificata est
cum propugnaculis. Mille clypei pen-
dent ex ea: om̃is armatura fortiuz. Duo
vbera tua sicut duo hinnuli capree ge-
melli: qui pascũtur in lilijs: donec aspi-
ret dies. ⁊ inclinẽtur vmbre. Uadaz ad
montem myrrhe. ⁊ ad collẽ thuris. To-
ta pulcra es amica mea. ⁊ macula nõ est
in te Ueni de libano sponsa mea: veni de
libano veni. Coronaberis de capite ama
na. de vertice sanir ⁊ hermon: de cubilib
leonum de montibus pardoruz Uulne
rasti cor meuz. soror mea sponsa: vulne-
rasti cor meuz in vno oculorũ tuoruz. et
in vno crine colli tui. Quã pulcre sunt
mãme tue soror mea sponsa. Pulcriora
sunt vbera tua vino. ⁊ odor vnguentoꝝ
tuorũ super om̃ia aromata. Fauꝰ distil-
lans labia tua sponsa: mel et lac sub lin-
gua tua. ⁊ odor vestimẽtoruz tuorum sic
odor thuris. Hortꝰ ꝯclusus soror mea
sponsa. hortꝰ ꝯclusus. fons signatꝰ Emis
siões tue paradisus malorũ punicoruz
cũ pomorũ fructibus. Cypri cuz nardo.
nardus ⁊ crocus: fistula ⁊ cinnamomuz
cum vniuersis lignis libani: myrrha et
aloe cuz oĩbus primis vnguẽtis. Fons
hortorũ puteus aquarũ viuentiuz: que
fluunt impetu de libano. Surge aqui-
lo ⁊ veni auster: perfla hortuz meũ. ⁊ flu-
ent aramota illius. Ecclia de christo. V

V Eniat dilectus meus in hortũ
suum: vt comedat fructum po-
morũ suorũ. Ueni in hortũ me-
um soror mea sponsa: messui myrrham
meaz cũ aromatibus meis. Comedi fa-
uum cũ melle meo. ⁊ bibi vinũ meum
cuz lacte meo. Comedite amici ⁊ bibite
⁊ inebriamini charissimi. Ego dormio
⁊ cor meuz vigilat. Uox dilecti mei pul-
santꝫ. Aperi mihi soror mea. amica mea
colũba mea. immaculata mea: quia ca-
put meum plenum est rore. et cincinni
mei guttis noctium. Expoliaui me tu-
nica mea quomodo induar illa? Laui pe
des meos: quomodo inquinabo illos?
Dilectus meus misit manũ suaz per fo
ramen. ⁊ venter meus intremuit ad ta-
ctum eius. Surrexi vt aperirem dile-
cto meo. Manus mee stillauerũt myr-
rham. ⁊ digiti mei pleni myrrha proba
tissima. Pessuluz ostij mei aperui dile-
cto meo: at ille declinauerat atq; transie
rat. Anima mea liquefacta est: vt dilectꝰ
locutus est. Quesiui ⁊ nõ inueni illum
vocaui ⁊ nõ respõdit mihi. Inuenerũt
me custodes qui circũierunt ciuitatem
Percusserũt me ⁊ vulnerauerunt me:
tulerũt palliũ meũ custodes muroruz.
Adiuro vos filie hierusalez si inueneri-
tis dilectuz meuz vt nuncietis ei: quia

amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto: o pulcerrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto: qꝛ sic adiurasti nos? Dilectus meus cādidus ⁊ rubicūdus: electus ex milibꝫ. Caput eius aurū optimū: come eius sicut elate palmarū: nigre quasi coruꝰ. Oculi eiꝰ sicut columbe super riuulos aquarum que lacte sunt lote. et residēt iuxta fluenta plenissima. Gene illius sicut areole aromatū: consite a pigmentarijs Labia eiꝰ lilia distillātia myrrhaꝫ primā Manus illius tornatiles: auree: plene hyacinthis. Venter eius eburneus: distinctus sapphiris. Crura illius columne marmoree. que fundate sunt sup̄ bases aureas. Species eiꝰ vt libani: electꝰ vt cedri. Guttur illiꝰ suauissimū. ⁊ totꝰ desiderabilis. Talis est dilectus meus ⁊ ipe est amicus meus filie hierusalem. Quo abijt dilectus tuus o pulcerrima mulieruꝫ. quo declinauit dilectꝰ tuus? Et queremus eum tecū. Vox ecc̄ie. VI

Dilectus meus descendit in hortum suū ad areolam aromatuꝫ vt ibi pascat̄ in hortis. ⁊ lilia colligat. Ego dilecto meo. ⁊ dilectus meꝰ mihi: qui pascit̄ inter lilia. Pulcra es amica mea. suauis ⁊ decora sicut hierusalem: terribilis vt castrorū acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: qꝛ ipi me auolare fecerūt. Capilli tui sicut grex caprarū q̄ apparuerunt de galaad. Dentes tui sicut greges ouiū: que ascēderūt de lauacro. Omnes gemellis fetibꝫ. ⁊ sterilis nō est in eis. Sicut cortex malipunici: sic gene tue: absq̄ occultis tuis. Sexaginta sunt regine. ⁊ octoginta concubine ⁊ adolescētulaꝝ nō est nūerꝰ. Vna est columba mea: perfecta mea: vna est matri sue: electa genitrici sue. Viderūt eam filie sion ⁊ beatissimā predicauerūt regine ⁊ cōcubine. ⁊ laudauerunt eam. Que est ista que progreditur quasi aurora cōsurgens: pulcra vt luna. electa vt sol. terribilis vt castroꝝ acies ordinata? Descendi in hortū nucum vt viderē poma cōuallium. ⁊ inspicerē si floruisset vinea. ⁊ germinassent malapunica. Nesciui. Anīa mea cōturbauit me: propter q̄drigas aminadab. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Vox chri de synagoga. VII

Quid videbis in sunamite: nisi choros castrorum? Quā pulcri sunt gressus tui in calciamētis filia principis. Juncture feminū tuorū sicut monilia que fabricata sunt manu artificis. Vmbilicus tuꝰ crater tornatil̄ nunq̄ indigēs poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici: vallatus lilijs. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capree. Collū tuuꝫ sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscine in esebon: que sūt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani: que respicit cōtra damascum. Caput tuū vt carmelus. ⁊ come capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibꝫ. Quā pulcra es. ⁊ q̄ decora charissima in delitijs. Statura tua assimilata est palme. ⁊ vbera tua botris. Dixi. Ascendam in palmaꝫ. ⁊ apprehendam fructꝰ eiꝰ. Et erūt vbera tua sicut botri vinee. ⁊ odor oris tui sicut odor maloꝝ guttur tuū sicut vinū optimū. Dignū dilecto meo ad potandū. labijsq̄ ⁊ dentibus illiꝰ ad ruminandum. Ego dilecto meo. ⁊ ad me conuersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrū: commorem̄ in villis. Mane surgamꝰ ad vineas: videamus si floruit vinea. si flores fructꝰ parturiūt: si floruerūt malapunica Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragore dederūt odorem in portis nostris. Om̄ia poma noua ⁊ vetera dilecte mi ſuaui tibi. VIII

Quis mihi det te fratrem meū sugētez vbera matris mee vt inueniaꝫ te solū foris. ⁊ deosculer. ⁊ iaꝫ me nemo despiciat? Apprehendam te ⁊ ducam in domū matris mee: ⁊ in cubiculū genitricis mee. Ibi me docebis. ⁊ dabo tibi poculū ex vino condito ⁊ mustū maloꝝ granatorū meorū. Leua eiꝰ sub capite meo. ⁊ dextera illiꝰ amplexabit̄ me. Adiuro vos filie hierusalez. Ne suscitetis neq̄ euigilare

Vox synagoge.
Vox ecc̄ie ad synagogā.
9m Cantica
Vox chri ad ecc̄iam.
2a pb. Vox sponsi de sta cruce.
Vox sponsi de sponsa.
Ecc̄ia de chro dr.
Sponsa de sp̄ro.
Ecc̄ia ad chrm.
3a pb. Vox patriarchaꝝ de chro.
Vox chri

faciatis dilectam. donec ipa velit. Que est ista q̄ ascēdit de deserto. delitijs affluens. innixa super dilectū suū? Sub arbore malo suscitaui te. Ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua. Pone me vt signaculū sup cor tuū: vt signaculū super brachiū tuū quia fortis est vt mors dilectio. dura sicut infern⁹ emulatio. Lampades ei⁹ vt lampades ignis atq; flammarū. Aque multe non potuerūt extinguere charitatez: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam dom⁹ sue pro dilectione: quasi nihil despiciet eaz. Soror nostra parua. ⁊ vbera non habet. Quid faciem⁹ sorori nostre: in die qñ alloquēda est? Si murus est edificemus super eum propugnacula argentea. Si ostiū est: compingamus illud tabulis cedrinis. Ego mur⁹. ⁊ vbera mea sicut turrz ex q̄ facta sum coram eo q̄si pacem reperiens. Vlinea fuit pacifico: in ea q̄ habet populos. Tradidit eaz custodibꝫ: vir affert pro fructu ei⁹ mille argenteos. Vlinea mea coram me est. Mille tui pacifici. ⁊ ducenti his q̄ custodiūt fruct⁹ eius Que habitas in hortis. amici auscultāt fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi. ⁊ assimilare capree hīnuloq; ceruorū super montes aromatū.

Expliciūt Cantica canticorū.
Incipit ꝓlog⁹ in libꝝ Sapīe.

Liber sapīe apud hebreos nusq̄ est Unde ⁊ ipe stilus grecam magis eloquētiaz redolet. Hūc iudei Philonis esse affirmant. Qui proinde sapientie nominatur. quia ī eo christi aduētus q̄ est sapientia patris. ⁊ passio eius euidenter exprimit.

Explicit prologus. Incipit liber Sapientie. Capl'm I

Diligite iusticiam q̄ iudicatis terraz. Sentite ꝑ domino in bonitate ⁊ simplicitate cordis q̄rite illuz: quoniam inuenit ab his qui nō temptant illum: apparet aūt eis qui fidem habent in illum. Peruerse enim cogitatiōes separant a deo: probata aūt virt⁹ corripit insipientes. Quoniam in maliuolam aīam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus eniz sanctus discipline effugiet fictuz. ⁊ auferet se a cogitationibꝫ que sunt sine intellectu. ⁊ corripietur a supueniente iniquitate. Benign⁹ est enim spūs sapīe et nō liberabit maledictū a labijs suis: quoniam renū illius testis est de⁹. ⁊ cordis illius scrutator est verus. ⁊ lingue eius auditor. Quoniā spūs dñi repleuit orbez terrarū. ⁊ hoc quod cōtinet oīa scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua nō potest latere: nec preteriet illū corripiens iudiciū. In cogitationibꝫ enī impij interrogatio erit: sermonū aūt illius traditio ad deuz veniet: ad correptionez iniquitatū illius. Quoniam auris çeli audit omnia. ⁊ tumultus murmurationū nō abscondetur Custodite ergo vos a murmuratione q̄ nihil prodest. et a detractione parcite lingue. Quoniā sermo obscurus in vacuū nō ibit: os aūt qd̄ mentitur occidit aīam Nolite çelare mortē in errore vite vr̄e: neq; acquiratis perditionē in operibus manuū vestraꝝ. Quoniā deus mortem nō fecit: nec letat̄ in perditione viuoruz Creauit enī vt essent oīa. ⁊ sanabiles fecit natiōes orbis terraꝝ. ⁊ nō est ī illis medicamētum exterminij. nec inferorū regnū in terra. Iusticia enī perpetua est ⁊ immortalis: iniusticia aūt mortz acq̄sitio. Impij aūt manibꝫ ⁊ verbis accersie

rũt illã·⁊ estimãtes illã amicaz·defluxe/
rũt·⁊ sponsiones posuerũt ad illaz:quo/
niã morte digni sunt q̃ sunt ex pte illi⁹.

DIxerunt enĩ impij:co/ II
gitãtes apud se nõ recte Exigu
um ⁊ tedio est temp⁹ vite no
stre·⁊ nõ est refrigeriũ in fine hois·⁊ nõ
est q̃ agnit⁹ sit reuersus ab inferis. Quia
ex nihilo nati sum⁹·⁊ post hoc erim⁹ tan
q̃ nõ fuerim⁹. Quoniã fum⁹ afflatus ẽ
in nar̃ib⁹ nr̃is·⁊ sermo scintille ad com/
mouẽdum cor nr̃m. Quia extinct⁹ cinis
erit corp⁹ nr̃m· et spũs diffundet tanq̃
mollis aer. Et trãsibit vita nr̃a tanq̃ ve
stigiũ nubis·⁊ sicut nebula dissoluetur
q̃ fugata est a radijs sol̃·⁊ a calore illius
aggrauata. Et nomẽ nr̃m obliuionẽ ac/
cipiet p tẽpus·⁊ nemo mẽoriaz habebit
opez nr̃oz. Umbre enĩ trãsit⁹ est tẽpus
nr̃m·⁊ nõ est reuersio finis nr̃i·qm̃ cõsi/
gnata est·⁊ nemo reuertit̃. Venite g̃ et
fruamur bonis q̃ sunt·⁊ vtamur creatu
ra tanq̃ in iuuẽtute celeriter. Vino pci
oso⁊ vnguẽtis nos impleam⁹·⁊ nõ pre
tereat nos flos tpis. Coronem⁹ nos ro
sis anteq̃ marcescãt·nullũ pratũ sit qõ
nõ ptranseat luxuria nr̃a. Nemo vestrũ
eroz sit luxurie nr̃e. Ubiq̃ relinq̃mus
signa leticie:qm̃ hec est pars nr̃a·⁊ hec ẽ
sors nr̃a. Oppzimam⁹ paupem iustũ·et
nõ parcam⁹ vidue nec veterano·nec re/
uereamur canos multi tpis. Sit autẽ
fortitudo nr̃a lex iniustic̃e. Qõ enĩz in/
firmũ est·inutile inuenit̃. Circũuenia/
mus g̃ iustũ qm̃ inutilis est nob·⁊ otra
rius est opib⁹ nr̃is·⁊ improperat nobis
peccata legis·⁊ diffamat ĩ nos pcta disci
pline nr̃e. Promittit se scientiã dei ha/
bere·⁊ filiũ dei se noiat. Factus est nobis
in traductiõem cogitationũ nr̃az. Gra
uis est nobis etiã ad videndũ:qm̃ dissi/
milis est aljs vita illi⁹·⁊ immutate sũt
vie ei⁹. Tanq̃ nugaces estimati sumus
ab illo·⁊ abstinet se a vijs nr̃is tanq̃ ab
immũdicijs:⁊ prefert nouissima iustoz
⁊ gloriat̃ pẽm se habere deuz. Videam⁹
ergo si sermones illius veri sint·⁊ tem/
ptemus q̃ventura sunt illi·⁊ sciemus q̃
erũt nouissima illi⁹. Si enĩ est ver⁹ fili⁹
dei suscipiet illũ⁊ liberabit illũ de mani/
bus ptrarioz. Cõtumelia⁊ tormẽto in/
terrogemus cũ:vt sciam⁹ reuerẽtiã ei⁹
⁊ pbemus patientiã illius. Morte tur/
pissima cõdemnem⁹ eum. Erit enim ei
respectus ex sermonib⁹ illi⁹. Hec cogita
uerũt⁊ errauerunt:excecauit enĩz illos
malicia eoz. Et nescierũt sacramẽta dei
neq̃ mercedẽ sperauerũt iustic̃e·nec iu
dicauerũt honorẽ aiaz sanctaz. Qm̃ deus
creauit hoĩem inexterminabilẽ·⁊ ad ima/
ginẽ similitudinis sue fecit illum. Invi/
dia autẽ diaboli·mors introiuit in orbẽ
terrarũ:imitant̃ autẽ illum qui sunt ex
parte illius. III

IUstoz autẽ anime in manu dei
sunt·⁊ nõ tanget illos tormen/
tum mortis. Visi sunt oculis in/
sipientium mori·⁊ estimata est afflictio
exitus illoz. Et ab itinere iusto abierũt
in exterminiũ·⁊ q̃ a nobis est iter exter/
minij illi aũt sunt in pace. Et si coram ho/
minibus tormẽta passi sunt: spes illorũ
immortalitate plena est. In paucis ve/
xati·in multis bñ disponẽtur:qm̃ deus tem
ptauit eos·⁊ inuenit eos dignos se. Tan/
q̃ aurũ in fornace pbauit illos·⁊ q̃si ho/
locausti hostiã accepit illos·⁊ in tpe erit
respectus illorũ. Fulgebũt iusti⁊ tanq̃
scintille in arũdineto discurrẽt. Judica
bũt natiões·⁊ dñabũtur populis·et re/
gnabit dñs illorum in perpetuũz. Qui
confidũt in illo·intelligẽt veritatem: et
fideles in dilectione acquiescent illi:q̃/
niam donum⁊ pax est electis eius. Im
pij autem sm̃ que cogitauerunt corre/
ptiõem habebũt: qui neglexerũt iustuz
⁊ a domino recesserũt. Sapiẽtiam enim
⁊ disciplinam qui abijcit infelix est·⁊ va
cua est spes illoruz·⁊ labores sine fructu
et inutilia opera eorum. Mulieres eor
insensate sunt⁊ nequissimi filij illorum
Maledicta creatura eoruz quoniaz felix
est sterilis⁊ incoinquinata: que nescivit
thorum in delicto. Habebit fructum in
respectione animarum sanctarum. Et
spado qui nõ operatus est p man⁹ suas

iniquitatē: nec cogitauit aduersus deū
nequissima. Dabitur enim illi fidei do/
nū electū. ⁊ sors in templo dei acceptissi
ma. Bonorū eniz laborū gloriosus ē fru
ctus et que nō concidat radix sapientie
Filij autē adulterorū in consūmatione
erunt. ⁊ ab iniquo thoro semen extermi
nabitur. Et si quidez longe vite erunt.
in nihilū cōputabūtur. ⁊ sine honore e/
rit nouissima senectus illorū. Et si cele
rius defuncti fuerint. nō habebūt spem
nec in die agnitionis allocutionē. Nati
ones enī iniq̄. dire sunt cōsummatiōis

IIII

O Quā pulcra est casta
generatio cū claritate. Immor
talis est enī mēoria illius: qm̄ ⁊
apud deū nota est ⁊ apud hoīes. Cū pre/
sens est imitantur illaz. ⁊ desiderant eaz
cū se eduxerit. ⁊ in perpetuum coronata
triūphat. incoinquinatorū certaminuz
premiuz vincens. Multigena autē im/
piorū multitudo nō erit vtilis. ⁊ spuria
vitulamina nō dabūt radices altas: nec
stabile firmamentū collocabūt Et si in
ramis in tēpore germīauerint. infirmi/
ter posita a vento cōmouebūtur. ⁊ a ni/
mietate ventorū eradicabūtur. Cōfrin/
gentur enī rami inconsummati. ⁊ fru/
ctus illorū inutiles ⁊ acerbi ad mandu/
candū. ⁊ ad nihilū apti. Ex iniquis eniz
om̄es filij qui nascūtur testes sunt neq̄
tie aduersus parentes in interrogatio/
ne sua. Iustus aūt si morte preoccupa/
tus fuerit: in refrigerio erit. Senectus
enim venerabilis est: nō diuturna: neqz
annorū numero cōputata. Cani autez
sunt sensus hoīs. ⁊ etas senectutis vita
immaculata. Placens deo factus dile/
ctus. ⁊ viuens inter peccatores transla
tus est. Raptus est ne malicia mutaret
intellectū ei⁹. aut ne fictio deciperet ani
maz illius. Fascinatio eniz nugacitatis
obscurat bona ⁊ incōstantia cōcupiscen/
tie transuertit sensuz sine malicia. Con
summatus in breui expleuit tēpora mlt/
ta. Placita enī erat deo anīa illius: pro/
pter hoc properauit educere illuz de me/
dio iniquitatū. Populi aūt videntes ⁊
nō intelligentes. nec ponētes in precor/
dijs talia: qm̄ gratia dei ⁊ misericordia ē
in sanctos ei⁹. ⁊ respectus super electos
illius. Cōdemnat aūt iustus mortu⁹ vi
uos impios. ⁊ iuuētus celerius cōsum
mata longā vitaz iniusti. Videbūt eniz
finem sapiētis ⁊ nō intelligent quid co
gitauerit de illo deus. ⁊ quare minuerit
illū dn̄s. Videbūt enī ⁊ cōtemnent euz
illos aūt deus irridebit Et erūt post hec
decidentes sine honore. et in cōtumelia
inter mortuos in perpetuū. Quoniā di
rumpet illos inflatos sine voce. ⁊ cōmo
uebit illos a fundamētis. ⁊ vsqz ad sup/
mum desolabūtur. Et erunt gementes
⁊ memoria illorū periet. Venient in co
gitatione peccatoruz suorū timidi. ⁊ tra
ducent illos ex aduerso iniq̄tates ip̄oꝝ.

V

Tunc stabūt iusti in
magna cōstantia aduersus eos
qui se angustiauerūt. ⁊ q̄ abstu/
lerūt labores eorū. Videntes turbabū/
tur timore horribili. et mirabuntur in
subitatione insperate salutis gementes
pre angustia spiritus dicētes intra se: pe
nitentiam agentes ⁊ pre angustia spiri/
tus gemētes. Hi sunt quos habuimus
aliquādo in derisum ⁊ similitudinē im/
properij: nos insensati vitam illorū esti
mabamus insaniā. ⁊ finez illorū sine ho
nore. Ecce quō computati sunt inter fi/
lios dei. ⁊ inter sanctos sors illorum est
Ergo errauim⁹ a via veritatis. ⁊ iusticie
lumen nō luxit nobis. ⁊ sol intelligētie
nō est ortus nobis. Lassati sumus ī via
iniq̄tatis ⁊ perditiōis et ambulauimus
vias difficiles: viam autē domini igno/
rauimus. Quid nobis profuit sup̄bia?
aut diuitiarū iactantia quid cōtulit no/
bis? Transierunt omnia illa tanq̄z vm
bra ⁊ tanq̄z nūcius precurrens. Et tan/
q̄z nauis que pertrāsit fluctuātem aquā
cuius cum preterierit nō est vestigium
inuenire. neqz semitam carine illius in
fluctibus: aut auis que trāsuolat ī aere
cuius nullū inuenitur argumētum iti/
neris illius: sed tātum sonitus alarum
verberās leuez ventū. ⁊ scindens p̄ vim

itineris aerem. cōmotis alis transuola
uit. ⁊ post hoc nullū signū inuenitur iti/
neris illius: aut tanq̄ sagitta emissa in
locū destinatū. diuisus aer continuo in
se reclusus est: vt ignoret̄ transit⁹ illius
sic et nos nati cōtinuo desinim⁹ esse. et
virtutis q̄dem nullū signuz valuimus
ostendere: in malignitate aūt nostra cō
sumpti sum⁹. Talia dixerūt in inferno
hi qui peccauerūt. qm̄ spes impij tanq̄
lanugo est q̄ a vento tollit̄: et tanq̄ spu/
ma gracilis q̄ a procella dispergit̄: ⁊ tan
q̄ fum⁹ q̄ a vento diffusus est. ⁊ tāq̄ me
moria hospitis vni⁹ diei p̄tereūtis. Iu/
sti aūt in perpetuū viuent: ⁊ apud dn̄m
est merces eorū: ⁊ cogitatio illorū apud
altissimū. Ideo accipiēt regnū decoris
⁊ diadema speciei de manu dn̄i: quoniaz
dextera sua teget eos: ⁊ ī brachio sancto
suo defendet illos. Et accipiet armatu/
raz çelus illi⁹: ⁊ armabit creaturā ad vl
tionē inimicorū. Induet pro thorace iu
sticiam: ⁊ accipiet pro galea iudiciuz cer
tū. Sumet scutū inexpugnabile equi/
tatem: acuet aūt diram irā in lanceaz: et
pugnabit cū illo orbis terrarū cōtra in/
sensatos Ibūt directe emissiōes fulgu
rū: ⁊ tanq̄ a bene curuato arcu nubium
exterminabunt̄: ⁊ ad certuz locū insiliēt
Et a petrosa ira plene mittent̄ grandīes
⁊ scandescet in illos aqua maris. et flu/
mina cōcurrēt duriter. Cōtra illos sta/
bit spūs virtutis. ⁊ tanq̄ turbo venti di
uidet illos. ⁊ ad heremū perducet om̄ez
terram iniq̄tatis illorum: ⁊ malignitas
euertet sedes potentiū.

VI

Melior est sapiētia q̄ vires: ⁊ vir
prudens q̄ fortis. Audite ergo
reges et intelligite: discite iudi/
ces finiū terre. Prebete aures vos q̄ cō
tinetis mlt̄itudines ⁊ placetis vobis in
turbis nationū: qm̄ data est a dn̄o pote/
stas vobis. ⁊ virtus ab altissimo: qui in
terrogabit opera vestra et cogitationes
scrutabit̄: qm̄ cū esset ministri regni il/
lius. nō recte iudicastis nec custodistis
legem iusticie: neq̄ s̄m volūtatē dei am/
bulastis. Horrende ⁊ cito apparebit vo/
bis: qm̄ iudiciū durissimū in his q̄ pre/
sunt. fiet. Exiguo enī cōceditur miseri/
cordia. potētes aūt potēter tormenta pa
tientur. Non enim subtrahet personam
cuiusq̄ deus qui est omniū dn̄ator. nec
verebitur magnitudinem cuiusq̄: quo
niam pusillū ⁊ magnū ip̄e fecit: ⁊ equa/
liter est illi cura de omnibus. Fortiori/
bus aūt fortior instat cruciatio. Ad vos
ergo reges sunt hi sermones mei: vt di
scatis sapiētiam ⁊ ne excidatis. Qui enī
custodierint iusticiam: iuste iudicabun/
tur: ⁊ qui didicerīt iusta. inueniēt quid
respondeant. Concupiscite ergo sermo
nes meos ⁊ diligite illos: ⁊ habebitis di
sciplinaz. Clara est ⁊ que nunq̄ marces
sit sapīa: ⁊ facile videtur ab his qui dili
gunt eam: ⁊ inuenitur ab his q̄ querūt
illaz. Preoccupat q̄ se concupiscunt. vt
illis se prior ostendat. Qui de luce vigi/
lauerit ad illam non laborabit: assiden/
tem enī illaz foribus suis inueniet. Co/
gitare ergo de illa sensus est cōsumma/
tus. et qui vigilauerit ꝓpter illam. cito
erit securus. Quoniā dignos se circūit
ip̄a q̄rens: ⁊ in vijs suis ostendet se illis
hilariter: et in om̄i prouidētia occurret
illis. Initium enī illius verissima est di
scipline cōcupiscentia. Cura ergo disci/
pline dilectio est: et dilectio custodia le/
gū illi⁹ est. Custoditio autē legū cōsum
matio incorruptōis est: incorruptio au/
tem facit esse proximū deo. Concupiscē
tia itaq̄ sapientie deducit ad regnuz per
petuum. Si ergo delectamini sedibus
⁊ sceptris o reges populi: diligite sapiē/
tiam vt in perpetuum regnetis. Diligi
te lumē sapientie: om̄es qui preestis po
pulis. Quid est aūt sapīa ⁊ quemadmo
dū facta sit. referam: ⁊ nō abscondam a
vobis sacramenta dei sed ab initio nati/
uitatis inuestigabo: et ponam in lucem
scientiam illius. ⁊ non preteribo verita/
tem. neq̄ cuz inuidia tabescente iter ha
bebo: quoniā talis homo nō erit ꝑticeps
sapientie. Multitudo autē sapientium
sanitas est orbis terrarum. ⁊ rex sapiēs
populi stabilimētum est. Ergo accipite

disciplinam per sermones meos: & pro-
derit vobis. VII

Sum quidez & ego mortalis ho-
mo similis omnib: & er genere
terreno illius qui prior fact' est
& in ventre matris figuratus sum caro
decem mensiuz tempore coagulatus sum
in sanguine ex semie hois: & delectamen
to somni cõueniente. Et ego natus ac-
cepi cõmunez aerez: & in similiter factaz
decidi terrã: & primã vocez similẽ omnib:
emisi plorans. In inuolumẽtis nutri-
tus sum: & magnis curis. Nemo enim ex
regibus aliud habuit natiuitatis initi-
um. Unus ergo introitus est omnib: ad
vitam: & simil' exit'. Propter hoc opta-
ui & datus est mihi sensus: & inuocaui &
venit in me spũs sapie. Et preposui illã
regnis & sedib: & diuitias nihil esse diri
in comparatione illius. Nec compara-
ui illi lapidem precios̃um: quoniã omne
aurũ in compatione illius arena est exi-
gua: & tanq̃ lutũ estimabit' argentuz in
conspectu illius. Super salutem & spec
em dilexi illã & proposui pro luce habere
illam: quoniã inextinguibile est lumen
illius. Venerunt autẽ mihi omnia bona
pariter cũ illa: et innumerabil' honestas
per manus illius & letatus sum in omni-
bus: quoniã antecedebat me ista sapiẽ-
tia: & ignorabam quoniã horũ omniũ
mater est. Quã sine fictione didici: & si-
ne inuidia cõmũico: & honestatem illius
nõ abscondo. Infinitus enim thesaur'
est hominib: quo qui vsi sunt: participes
facti sunt amicitie dei: propter disciplie do
na cõmendati. Mihi aũt dedit deus di-
cere ex sentẽtia & presumere digna horũ
que mihi dant': qm̃ ipe sapiẽtie dux est:
& sapientiũ emendator. In manu enim il
lius & nos & sermones nostri: & omnis sa
pientia: & operũ scientie disciplina. Ipe
enim dedit mihi horũ que sunt scientiaz
veram: vt sciam dispositionez orbis ter-
rarum: & virtutes elementorum: initiuz
& cõsummationẽ & medietatem tempo-
rũ: vicissitudinũ pmutatiões: & cõsum-
matiões tẽpor: & mor mutatiões: diui-
siones tẽpor: anni cursus: & stellarũ di-
spositiones: naturas aialiũ: & iras bestia
rũ: vim ventorũ: & cogitatiões hoim: dif
ferẽtias virgultor: & virtutes radicũ: &
quecũq̃ sunt absconsa & improuisa didi
ci. Omniũ enim artifex docuit me sapiẽ-
tia. Est enim in illa spirit' intelligentie
sanctus: vnicus multiplex: subtilis: di-
sertus: mobilis: incoinquinatus: cert'.
sauuis: amans bonũ: acutus: qui nihil
vetat benefacere: human': benignus: sta
bilis: certus: securus: omnez habens vir-
tutẽ: omnia prospiciens & qui capiat om-
nes spũs intelligibiles: mũdus: subtil'.
Omnib enim mobilib mobilior est sapia
Attingit aũt vbiq̃ propter suã mundiciã
Vapor est enim virtutis dei: et emanatio
quedã est claritatis omnipotentis dei sin
cera: & ideo nihil inquinatũ in eã incur-
rit. Candor est enim lucis eterne & spe-
culum sine macula dei maiestatis: & ima
go bonitatis illi'. Et cũ sit vna: omnia po
test: & in se pmanens: omnia innouat: & p
nationes in animas sanctas se trãsfert.
Amicus dei & pphetas ostituit. Neminẽ
enim diligit deus: nisi euz qui cũ sapia
inhabitat. Est enim hec speciosior sole: et
super omnem dispositionez stellaruz: luci
comparata inuenitur prior. Illi succe-
dit nox: sapiam autẽ non vincit malicia

Attingit ergo a fine VIII
vsq̃ ad finez fortiter: & disponit
omnia suauiter. Hanc amaui et
exquisiui eam a iuuentute mea: & quesi
ui sponsam mihi eam assumere: & ama-
tor factus sum forme illius. Generosi-
tatẽ illi' glorificat cõuersatio habens
dei: sed & om̃ dns dilexit illam. Doctrix
enim est disciplie dei & electrix operum
illius. Et si diuitie appetuntur in vita:
quid sapiẽtia locupletius que operatur
omnia: Si autẽ sensus operatur: quis
horum que sunt magis q̃ illa est artifex
Et si iusticiam quis diligit: labores hu-
ius magnas habent virtutes. Sobrie-
tatem enim & prudentiã docet: & iusticiã
& virtutem quibus vtilius nihil est in
vita hoibus. Et si multitudinẽ scientie

desiderat q̄s: scit p̄terita ⁊ de futur̄ esti-
mat. scit versutias sermonū ⁊ dissoluti-
ones argumētorū. signa ⁊ monstra scit
anteq̄ fiant. ⁊ euētus tempor̄ ⁊ seculor̄.
Proposui ergo hanc adducere mihi ad
cōuiuādum. sciens q̄m̄ mecū cōicabit
de bonis. ⁊ erit allocutio cogitatiōis ⁊ te-
dij mei. Habebo ꝓpter hanc claritatē ad
turbas. ⁊ honorē apud seniores. Iuue-
nis ⁊ acutus inueniar ī iudicio. ⁊ in cō-
spectu potentiū ammirabilis ero. ⁊ faci-
es principū mirabūtur me. Tacentem
me sustinebūt: loquētez me respicient.
⁊ sermocināte me plura. manus ori suo
imponēt. Preterea habebo per hanc im-
mortalitatem. ⁊ memoriā eternam his
qui post me futuri sunt relinquā. Dispo-
nam populos: ⁊ natiōes mihi erūt sub-
dite. Timebunt me audiētes reges hor-
rendi. ⁊ in multitudīe videbor bon⁹. ⁊ in
bello fortis. Intrans in domū meā con-
quiescā cū illa. Nō enī habet amaritudi-
nē cōuersatio illi⁹: nec tediū cōuictus il-
lius: sed leticiā ⁊ gaudiū. Hec cogitans
apud me. ⁊ cōmemorans ī corde meo q̄-
niam immortal' est in cogitatiōe sapien-
tia. ⁊ in amicitia illi⁹ delectatio bona. et ī
opibus manuū illius honestas sine de-
fectione. ⁊ ī certamīe loquele illius sapi-
entia. ⁊ p̄claritas in cōicatōne sermonū
ipsius: circūibam q̄rens. vt mihi illā as-
sumerem. Puer aūt eram ingeniosus
⁊ sortitus sum aīam bonā. Et cuz essem
magis bon⁹: veni ad corpus incoinq̄na-
tum. Et vt sciui q̄m̄ aliter nō possem es-
se cōtinens nisi deus det. ⁊ hoc ip̄m erat
summa sapīa. scire cuius esset hoc donū
adij dn̄m ⁊ deprecatus sum illuz et dixi
ex totis precordijs meis

IX

Deus patrū meor̄ ⁊ dn̄e miseri-
cordie q̄ fecisti oīa v̄bo tuo. ⁊ sa-
piētia tua constituisti hoīem. vt
dn̄aret̄ creature q̄ a te facta est. vt dispo-
nat orbem terrar̄ in eq̄tate ⁊ iusticia. ⁊ ī
directione cordis iudiciū iudicet: da mi-
hi sediū tuar̄ assistricem sapīam. ⁊ noli
me reprobare a pueris tuis q̄m̄ fu⁹ tu⁹
sum ego ⁊ filius ancille tue: homo infir-
mus ⁊ exigui tp̄is. et minor ad intelle-
ctum iudicij ⁊ legū. Et si q̄s erit cōsum-
matus inter filios hominuz si abfuerit
ab illo sapīa tua. in nihilū computabit̄.
Tu autē elegesti me regē populo tuo. ⁊
iudicem filiorū tuoruz ⁊ filiarū. Et dixi-
sti me edificare templū in mōte sancto
tuo. ⁊ in ciuitate habitatiōis tue altare
similitudinez tabernaculi sancti tui: q̄d
preparasti ab initio. ⁊ tecū sapiētia tua.
que nouit opera tua: que ⁊ affuit tūc cū
orbem terrarū faceres: ⁊ sciebat q̄d esset
placitum oculis tuis. ⁊ q̄d directū in p̄-
ceptis tuis. Mitte illam de celis sanctis
tuis. ⁊ a sede magnitudinis tue: vt me-
cum sit ⁊ mecū laboret vt sciam quid ac-
ceptum sit apud te. Scit enim illa oīa
⁊ intelligit. ⁊ deducet me ī operib⁹ meis
sobrie. ⁊ custodiet me in sua potētia. Et
erunt accepta opa mea. ⁊ disponam po-
pulū tuū iuste. ⁊ ero dignus sedium pa-
tris mei. Quis eniz hominū poterit sci-
re consiliū dei? Aut quis poterit cogita-
re quid velit deus? Cogitationes enim
mortaliū timide. ⁊ incerte prouidentie
nostre. Corpus enim quod corrumpit̄
aggrauat animā. ⁊ terrena inhabitatio
deprimit sensum multa cogitātem. Et
difficile estimamus que in terra sunt. ⁊
que in prospectu sunt inuenimus cū la-
bore. Que in celis sunt autē. q̄s inuesti-
gabit? Sensum aūt tuū quis sciet nisi
tu dederis sapīam ⁊ miseris spiritūsan-
ctum tuū de altissimis. ⁊ si correcte sint
semite eorum qui sunt in terris. et que
tibi placent didicerint homines. Naz p̄
sapientiam sanati sunt quicunq̄ placu-
erint tibi dn̄e a principio.

X

Hec illum qui primus formatus
est a deo pater orbis terrarum.
cum solus esset creatus custodi-
uit. et eduxit illum a delicto suo. Et edu-
xit illum de limo terre. et dedit illi virtu-
tem continendi omnia. Ab hac vt re-
cessit iniustus in ira sua: per iram homi-
cidij fraternitas deperijt. Propt̄ quod
cum aqua deleret terrā sanauit iterum
sapiētia: p̄ cōtemptibile lignum iustum

gubernans. Hec ⁊ in cõsensu supbie cũ se nationes extulissent sciuit iustum. et cõseruauit sine querela deo. ⁊ filijs misericordiam fortẽ custodiuit. Hec iustũ a pereũtibꝫ impijs liberauit fugiẽtez: descendente igne in pentapolim: quibꝫ in testimoniũ nequicie fumigabũda constat deserta terra. ⁊ in certo tpe fructꝰ habentes arbores. ⁊ incredibilis anie memoria stans figmẽtum salis. Sapiẽtiã enĩ pretereũtes non tm̃ in hoc lapsi sunt vt ignorarẽt bona: sed ⁊ insipiẽtie sue reliq̃runt hominꝫ memoriaz: vt in his q̃ peccauerũt. nec latere potuissent. Sapientia aũt hos q̃ se obseruãt a doloribꝫ liberabit. Hec aũt profugũ ire frs iustũ deduxit p vias rectas. ⁊ ondit illi regnum dei. ⁊ dedit illi scientiam sctoꝝ. Honestauit illũ in laboribꝫ. ⁊ cõpleuit labores illius. In fraude circũuenientiũ illuz affuit illi. ⁊ honestũ fecit illũ. Custodiuit illuz ab inimicis. ⁊ a seductoribꝫ tutauit illũ. Et certamẽ forte dedit illi vt vinceret ⁊ sciret. quoniam omniũ potentior est sapientia. Hec venditum iustum nõ dereliquit. sed a peccatoribus liberauit eum descenditq̃ cũ illo in foueam. ⁊ in vinculis nõ dereliquit illuz: donec afferret illi sceptrum regni. ⁊ potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. ⁊ mendaces ostẽdit qui maculauerũt illũ. ⁊ dedit illi claritatem eternam. Hec populũ iustuz ⁊ semen sine querela liberauit a nationibus q̃ illũ deprimebãt. Intrauit in animam serui dei. ⁊ stetit cõtra reges horrẽdos in portentis ⁊ signis. Et reddidit iustis mercedem laborũ suorũ ⁊ deduxit illos in via mirabili. ⁊ fuit illis in velamẽto diei. ⁊ in luce stellarũ per noctem. Et transtulit illos per mare rubrum ⁊ trãsuerit illos p aquã nimiã. Inimicos aũt illoꝝ demersit in mare. ⁊ ab altitudie inferoꝝ edurit illos. Ideo iusti tulerũt spolia impioꝝ. ⁊ decãtauerũt dñe nomẽ sanctũ tuũ. ⁊ victricez manum tuã laudauerunt pariter. Quoniam sapientia aperuit os mutorum. ⁊ linguas infantium fecit disertas.

XI

Operit opera eoꝝ in manibꝫ prophete sancti. Iter fecerũt per deserta q̃ nõ habitant. ⁊ in locis desertis fecerũt casas. Steterũt cõtra hostes. ⁊ de inimicis se vindicauerũt. Sitierunt ⁊ inuocauerũt te. ⁊ data est illis aqua de petra altissima ⁊ requies sitiẽtibꝫ de lapide duro. Per q̃ enĩ penas passi sunt inimici illoꝝ. a defectiõe potus sui: in eis cum abundarent filij israel letati sunt. Per hec cum illis deessent bene cuz illis actum est. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis humanũ sanguinẽ deditisti iniustis. Qui cũ minuerent in traductione infantiũ occisorum. dedisti illi abundãtem aquam inesperate: ostẽdens p sitim q̃ tunc fuit. quẽadmodum tuos eraltares. ⁊ aduersarios illorũ necares. Cum enim temptati sunt ⁊ quidẽ cum misericordia disciplinã accipientes scierũt: quẽadmodũ cum ira iudicati impij tormẽta paterent. Hos q̃dem tanq̃z pmonens pbasti: illos autẽ tanq̃z durus rex interrogans cõdemnasti. Absentes enĩz pũtes similiter torq̃bant. Duplex enim illos accepat tediũ. ⁊ gemitus cũ memoria pteritorũ. Cum enĩ audirent p sua tormẽta bene secũ agi. cõmemorati sunt dñm: admirãtes in finez exitus. Quem enim i expositiõe praua ꝓiectũ deriserũt: in finem euẽtus mirati sunt. Nõ similiter iustis faciens: pro cogitationibus aũt insensatis iniq̃tates illoruz Quod quidaz errantes colebãt mutos serpentes ⁊ bestias supuacuas: immisisti illis multitudinẽ mutoꝝ aãlium in vindictam: vt scirẽt quia per que peccat quis. p hec ⁊ torquet. Non enim impossibilis erat oñipotens manus tua que creauit orbem terraꝝ ex materia inuisa immittere illis multitudinẽ vrsoꝝ aut audaces leones. aut noui genez ira plenas ⁊ ignotas bestias. aut vaporez igneum spirantes. aut fumi odorez proferẽtes. aut horrẽdas ab oculis scintillas emittẽtes: quarũ non solum lesura poterat illos extermiare: sed ⁊ aspectus ptimorem occidere. Nã ⁊ sine his vno spũ

poterant occidi ꝓsecutionē passi ab ipis factis suis. ⁊ dispersi ꝑ spiritū virtutis tue: sed omnia in mēsura ⁊ nūero ⁊ pondere disposuisti. Multū enim valere tibi soli supererat semp. ⁊ virtuti brachij tui qs resistet? Qm̄ tanqz momentum statere. sic est ante te orbis terrarū. ⁊ tāqz gutta roris antelucani q̄ descendit in terram. Et misereris omniū. qz omnia potes. ⁊ dissimulas peccata hominū ꝓpter penitentiā. Diligis enim omnia q̄ sunt. ⁊ nihil eorū odisti q̄ fecisti: nec enī odiens aliq̄d ꝓstituisti. aut fecisti. Quō aūt posset aliq̄d pmanere nisi tu voluisses? aut qō a te vocatū nō esset. conseruaret? Parcis aūt omnib? qm̄ tua sūt dñe. q̄ amas animas.

XII

O Quā bon⁹ ⁊ suauis est dñe spir⁹ tu⁹ in omnib⁹. Ideoqz hos q̄ exerrant partib⁹ corripis ⁊ de quib⁹ peccant ammones et alloqris vt relicta malicia credant in te dñe. Illos enīz antiqs inhabitatores terre sancte tue quos exhorruisti: qm̄ odibilia opera tibi faciebant ꝑ medicamina ⁊ sacrificia iniusta. ⁊ filiorū suor necatores sine misericordia. ⁊ comestores viscerū hominū. ⁊ deuoratores sanguinis. ⁊ auctores parentes animarū inauxiliatarū perdere voluisti a medio sacramento tuo. per manū parentū nostrorū: vt dignam perciperent pegrinationē puerorū dei: q̄ tibi omniū charior est terra. Sed ⁊ his tanqz hominib⁹ pepercisti. ⁊ misisti antecessores exercitus tui vespas: vt illos paulatim exterminarēt. Nō quia impotens eras ī bello subjcere impios iustis. aut bestijs seuis. aut verbo duro simul exterminare: sed partib⁹ iudicans dabas locum penitētie. nō ignorans qm̄ nequaz est natio eorū. ⁊ naturalis malicia ipor ⁊ quoniā nō poterat mutari cogitatio illorū in perpetuū. Semē enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquez veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi: quid fecisti? Aut qs stabit cōtra iudiciū tuū? Aut qs in conspectu tuo veniet vindex iniquor hominuz? Aut qs tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti? Nō est enī alius deus qz tu. cui cura est de omnib⁹: vt ostendas qm̄ nō iniuste iudicas iudiciū. Neqz rex neqz tyrānus in cōspectu tuo inq̄rent de his quos perdidisti. Cum q̄ sis iustus. iuste oīa disponis: ipm̄ qz qui nō debet puniri cōdemnas ⁊ exterum estimas a tua virtute. Virtus enim tua iustitie inimicum est. ⁊ ob hoc q̄ oīm dñs es omnib⁹ te parcere facis. Virtutē enim ostendis tu. qui nō crederis esse ī virtute cōsummatus. ⁊ hos qui te nesciūt. in audacia traducis. Tu aūt dñator virtutis cū tranquillitate iudicas. ⁊ cum magna reuerētia disponis nos. Subest enī tibi cū volueris posse. Docuisti enīz populū tuū ꝑ talia opa: qm̄ oportet iustuz esse ⁊ humanum ⁊ bone spei fecisti filios tuos: quoniā iudicans das locuz in peccatis penitentie. Si enī inimicos fuorum tuor ⁊ debitos morti cū tanta cruciasti attentione ⁊ liberasti dans temp⁹ ⁊ locum ꝑ que possent mutari a malicia cū quāta diligētia iudicasti filios tuos quorum parentib⁹ iuramēta ⁊ conuentiones dedisti bonarum promissionum. Cum ergo das nobis disciplinam inimicos nros multipliciter flagellas vt bonitatem tuam cogitem⁹ iudicantes. ⁊ cū de nobis iudicas speremus misericordiam tuam. Unde ⁊ illis qui in vita sua insensate ⁊ iniuste vixerūt: per hec q̄ coluerūt dedisti summa tormēta. Etenī in erroris via diuti⁹ errauerūt deos esti mantes hec q̄ in aīabus sunt supuacua infantium insensatorū more viuentes ꝓpter hoc tanqz pueris insensatis iudiciū in derisum dedisti. Qui autē ludibrijs ⁊ increpatiōib⁹ nō sunt correcti: dignū dei iudiciū experti sunt. In his enī q̄ patiebant molestе ferebant: in quib⁹ patientes indignabātur. Per hec quos putabant deos in ipis cū exterminarentur videntes illū quē olim negabant se nosse: verum deum agnouerunt. Ꝓpter quod ⁊ finis condemnationis eor veniet super illos.

VAni sunt aũt oĩs hoꝫ XIII
mines in q̃bꝫ nõ subest sciã dei:
et de his q̃ videñ bona nõ potue
rũt intelligere eũ qui est: neq; opibꝫ at/
tendẽtes agnouerũt q̃s esset artifex:sed
aut ignẽ.aut spũm.aut citatũ aerez. aut
gyrũ stellaꝝ.aut nimiã aquã.aut solez.et
lunã rectores orbis terraruz deos puta
uerũt. Quoruz si specie delectati deos
putauerũt:sciant quãto his dñator eo/
rũ speciosior est. Speciei enĩ generator
hec oĩa cõstituit. Aut si virtutẽ et opa eo
rũ mirati sunt: intelligãt ab illis.qñi q̃
hec fecit fortior est illis. A magnitudine
enĩ speciei et creature.cognoscibiliter po
terit creator horꝫ videri. Sed tñ adhuc
in his minor est querela. Et hi eniz for/
tasse errant deũ querẽtes et volentes in
uenire. Etenĩ cũ in opibus illius ꝓquer/
untur:inq̃rũt et psuasuz habent:qñi bo/
na sunt que videñ. Iterũ aũt nec his
debet ignosci. Si eniz tñ potuissent sci/
re vt possent estimare seculuz:quõ hui⁹
dñm nõ facilius inuenerũt. Infelices
aũt sunt.et inter mortuos spes illoꝝ est:
q̃ appellauerũt deos opa manuũ hoim:
aurũ et argentũ artis inuẽtionẽ.et simi/
litudines aĩaliuz:aut lapidẽ inutilẽ op⁹
manus antique. Aut si q̃s artifex faber
de silua lignũ rectũ secuerit.et huius do
cte eradat oĩem corticẽ.et arte suavsus
diligenter fabricet vas inutile in cõuer
sationẽ vite:reliquijs aũt eius opis ad
ꝓparationẽ esce abutaꝫ.et reliquũ horꝫ
q̃ ad nullos vsus facit. lignũ curuum
et verticibꝫ plenũ sculpat diligẽter ꝓva/
cuitatem suã.et ꝓ scientiã sue artis figu
ret illud.et assimilet illud imagini hoĩs.
aut alicui ex aĩalibus illud cõparet: pli/
niens rubrica.et rubicũdum faciens fu/
co colorẽ illius.et oĩem maculã que i il
lo est perlinienſ.et faciat ei dignã habita
tionẽ.et in pariete ponens illud.et confir
mans ferro ne forte cadat.ꝑspiciens illi
sciens quoniam non potest adiuuare se
Imago enim est.et opus est illi adiuto/
rium. Et de substãtia sua.et de filijs suis
et de nuptijs.votuz faciens inq̃rit. Non
erubescit loqui cũ illo q̃ sine aĩa est. et ꝓ
sanitate quidẽ infirmũ deprecaꝫ.et ꝓ vi/
ta rogat mortuũ.et in adiutoriũ inutilẽ
inuocat.et ꝓ itinere petit ab eo q̃ ambu/
lare nõ potest.et de acq̃rẽdo et de opando
et de omnium rerum euentu petit ab eo
qui in oĩbus est inutilis. XIIII
Terum alĩ⁹ nauigare cogitans
et per feros fluct⁹ iter facere in/
cipiens:ligno portante se. fragi
lius lignum inuocat. Illud enĩ cupidi/
tas acquirendi excogitauit:et artifex sa/
pientia fabricauit sua. Tua autez pater
prouidentia ab initio cuncta gubernat.
quoniã dedisti in mari viam.et inter flu
ctus semitam firmissimam: ostendens
quoniam potens es ex oĩbus sanare.
etiã si sine rate aliquis adeat mare. Ꝟt
vt non essent vacua sapientie tue opa:
ꝓpter hoc etiã et exiguo ligno credũt ho/
mines aĩas suas.et transeũtes mare per
ratem liberati sunt. Sed et ab initio cuz
perirent superbi gigãtes:spes orbis terra
rum ad ratem ꝓfugiens: remisit seculo
semen natiuitatis.q̃ manu tua erat gu
bernata. Benedictũ est enĩ lignũ per quod
fit iusticia. Per manus autẽ q̃ fit ido/
lum maledictũ est.et ipm.et qui fecit illũ
qz ille quidẽ opatus est:illud autẽ cũ es/
set fragile.deus cognominatus est. Si
militer autem odio sunt deo.impius et
impietas eius. Etenim quod factuz est
cũ illo qui fecit.tormenta patiet. Pro/
pter hoc et in idolis nationũ non erit re/
spectus.q̃ creature dei in odium facte
sunt et in temptationẽ anĩe hominũ.et in
muscipulam pedibus insipientiũ. Ini/
tium enĩ fornicatiõis est exquisitio ido
lorũ.et adinuentio illorũ corruptio vite
est. Nec enĩ erat ab initio:nec erũt in
perpetuũ. Supuacuitas enĩ hoĩum hec
adinuenit in orbez terraꝝ.et ideo brevis
illoꝝ finis est inuẽtus. Acerbo enĩ luctu
dolens ꝑ rapti cito sibi filij fecit imagi
nẽ.et illũ qui tũc q̃si homo mortuus fue
rat.nũc tanq̃ deũ colere cepit et ꝓstituit
inter seruos suos sacra et sacrificia. De
inde interueniẽte tempore. cõualescẽte

antiqua cõsuetudie. hic error tanq̃ lex custoditus est. ⁊ tyrãnoꝝ impio colebãtur figmẽta. Et hos quos ĩ palam hoĩes honorare nõ poterãt propter hoc q̃ lõge essent: a longiquo figura eoꝝ allata euidentem imagiem regis. quez honorare volebãt fecerũt: vt illũ qui aberat tanq̃ pñtem colerẽt sua sollicitudie. Prouexit aũt ad horũ culturã ⁊ hos qui ignorabant. artificis eximia diligẽtia. Ille enĩ volẽs plus placere illi qui se assumpsit elaborauit arte sua vt similitudinem in melius figuraret. Multitudo aũt hoĩm abducta ꝑ speciem opis: eum qui añ tẽpus tanq̃ homo honorat⁹ fuerat nũc deum estimauerũt. Et hec fuit vite humane deceptio. qm̃ aut effectui aut regibus deseruiẽtes hoĩes. incõicabile nomen lapidibus ⁊ ignis imposuerũt. Et nõ suffecerat errasse eos circa dei sciẽtiã: sed ⁊ ĩ magno viuẽtes inscie bello: tot ⁊ tã magna mala pacem appellãt. Aut enĩ filios suos sacrificãtes. aut obscura sacrificia faciẽtes aut insanie plenas vigilias habentes neq̃ vitam neq̃ nuptias mundas iam custodiũt: sed ⁊ alius alium ꝑ inuidiã occidit. aut adulterans ꝯtristat ⁊ om̃ia cõmixta sunt. sanguis. homicidium. furtuz ⁊ fictio. corruptio ⁊ infidelitas. turbatio ⁊ ꝑiuriũ: tumult⁹. bonorũ dei immẽoratio. aĩaꝝ inquinatio. natiuitatis immutatio. nuptiaꝝ incõstantia. inordinatio mechie ⁊ impudicitie. Infandorũ enĩ idoloꝝ cultura oĩs mali cã est. ⁊ initiũ ⁊ finis. Aut enĩ dum letant̃ insaniũt. aut certe vaticinant̃ falsa. aut viuũt iniuste. aut ꝑiurãt cito. Duz eniz cõfidunt in idolis q̃ sunt sine aĩa male iurãtes noceri se nõ sperãt. Utraq̃ ḡ ill' eueniẽt digne: qm̃ male senserũt de deo attẽdentes idolis. ⁊ iurauerũt iniuste ĩ idolo cõtemnẽtes iusticiaz. Non enim iurantium est virtus: sed peccãtium pena perambulat semper in iustorum preuaricationem.

XV

Tu autẽ deus noster. suauis ⁊ verus es: patiens ⁊ ĩ misericordia disponẽs oĩa. Et enĩ si peccauerimus tui sum⁹. sciẽtes magnitudinez tuam. ⁊ si nõ peccauerim⁹: scim⁹ quoniã apud te sum⁹ computati. Nosse eniz te cõsummata iusticia est. ⁊ scire iusticiam ⁊ virtutẽ tuã. radix est immortalitatis. Nõ enĩ in errorẽ induxit nos hoĩm male artis excogitatio nec vmbra picture. labor sine fructu. effigies sculpta ꝑ varios colores. cui⁹ aspect⁹ dat insensato cõcupiscẽtiam. ⁊ diligit mortue imaginis effigiem sine aĩa. Malorũ amatores digni sunt morte: qui spem hñt in talibus ⁊ qui faciũt illos. ⁊ q̃ diligũt. ⁊ q̃ colunt. Sed ⁊ figulus mollẽ terrã premens laboriose fingit ad vsus nr̃os vnũquodq̃ vas. ⁊ de eodẽ luto fingit q̃ mũda sunt ĩ vsum vasa. ⁊ similiter q̃ his sunt cõtraria. Horũ aũt vasorũ q̃s sit vsus. iudex est figulus. Et cũ labore vano deũ fingit de eodem luto. ille q̃ pauloante de terra factus fuerat. ⁊ post pusillum reducit se vnde acceptus est. repetitus anĩe debitum quaz habebat. Sed cura est illi nõ quia laboraturus est: nec qm̃ breuis illi vita est: sed cõcertatur aurificibꝰ ⁊ argẽtariis: sed ⁊ erarios imitatur. ⁊ gloriã ꝑfert: qm̃ res suꝑuacuas fingit. Cinis ẽ enĩ cor eius ⁊ terra suꝑuacua spes illius ⁊ luto vilior vita ei⁹: qm̃ ignorauit qui se finxit. ⁊ qui inspirauit illi animã que operatur. ⁊ qui insufflauit ei spirituz vitalem. Sed ⁊ estimauerunt lusum esse vitam nostram. ⁊ conuersationem vite compositam ad lucruz ⁊ oportere vndecunq̃ etiaz ex malo acquirere. Hic enĩ scit se suꝑ om̃es delinquere: qui ex terre materia fragilia vasa ⁊ sculptilia fingit. Om̃es enim insipientes ⁊ infelices supra modum anĩe sue suꝑbi sunt inimici populi tui. ⁊ imperãtes illi: qm̃ oĩa idola nationum deos estimauerũt quibus neq̃ oculorum visus est ad vidẽduz. neq̃ nares ad percipiẽdum spũm. neq̃ aures ad audiẽdum: neq̃ digiti manuum ad tractãdum: sed ⁊ pedes eorũ pigri ad ambulãduz. Hõ enĩ fecit illos. ⁊ q̃ spm̃ mutuat⁹ est: is finxit illos. Nẽo enĩ sibi similẽ hõ poterit deuz fingere. Cũ. n. sit

mortalis mortuuz fingit manibus ini/
quis. Melior enī est ipe his quos colit
qr ipe quidē vixit cuz esset mortalis: illi
autez nunq̄z. Sed ⁊ anīalia miserrima
colunt. Insensata enim comparata his
illis sunt deteriora. Sed nec aspectu a/
liquis ex his aīalibꝫ bona potest cōspice/
re. Effugerunt autem dei laudem ⁊ be/
nedictionem eius. XVI

Propter hec et his similia passi
sunt digne tormenta ⁊ ꝑ multi
tudinē bestiarū extermīati sunt
Pro quibꝫ tormētis bene disposuisti po
pulum tuum: quibus dedisti cōcupiscē/
tiam delectamēti sui nouū saporē escam
parans eis ortigometrā. vt illi quidem
cōcupiscētes escam ꝓpter ea q̄ illis ostē/
sa ⁊ missa sunt. etiā a necessaria concupi
scentia auerterent. Hi aūt in breui ino/
pes facti: nouā gustauerūt escam. Opor
tebat enī illis sine excusatiōe quidē sup
uenire interitū exercentibꝫ tyrānidem:
his autē tm̄ ostendere quēadmodū ini
mici eoꝝ exterminabant. Etenī cū illis
supuenit seua bestiaꝝ ira: morsibꝫ ꝑuer/
sorū colubrorū exterminabant. Sz nō
in perpetuuz tua ira permāsit: sed ad cor
reptionem in breui turbati sunt: signū
habētes salutis. ad commemorationez
mandati legis tue. Qui enī conuersus
est. nō ꝑ hoc quod videbat sanabat: sed ꝑ
te omniū saluatorē. In hoc autē ostēdi/
sti inimicis tuis: qr tu es qui liberas ab
omni malo. Illos enī locustarū et mu
scarū occiderūt morsus. ⁊ nō est inuēta
sanitas anīe illoꝝ: qr̄ digni erant ab hu
iusmodi exterminari. Filios autē tuos
nec draconū nec venenatoꝝ vicerūt dē/
tes. Misericordia enī tua adueniens sa
nabat illos. In memoria enī sermonū
tuoꝝ exterminabant. ⁊ velociter sanabā
tur: ne in altā incidētes obliuionem nō
possent tuo vti adiutorio. Etenim neq̄z
herba neq̄z malagma sanauit eos sed tu
us dn̄e sermo q̄ sanat omīa. Tu es dn̄e
qui vite ⁊ mortꝫ habes ptātem. ⁊ deducꝫ
vsq̄z ad portas mortꝫ ⁊ reducis. Hō aūt
occidit q̄dez ꝑ maliciā aīam suā. ⁊ cū ex/
ierit spūs nō reuertet. nec reuocabit a/
nimā q̄ recepta est: sed tuā manū effuge
re impossibile est. Negātes enī nosse te
impij ꝑ fortitudinē brachij tui flagella/
ti sunt nouis aquis ⁊ grandinibꝫ ⁊ plu/
uijs ꝑsecutionē passi. ⁊ ꝑ ignē ꝯsumma
ti. Quod eniz mirabile erat: in aq̄ q̄ oīa
extinguit: plus ignis valebat. Vindex
est enī orbis iustorū. Quodam enī tem
pore mansuetabat ignis: ne comburerē
tur que ad impios missa erāt animalia:
sed vt ipi videntes scirent: qm̄ dei iudi/
cio patiūtur persecutiōem. Et quodam
tempore. in aqua supra virtutē ignis ex
ardebat vndiq̄z: vt iniquam terre nati/
onem extermīaret. Pro quibꝫ angeloꝝ
esca nutriuisti populū tuū. ⁊ paratū pa/
nez de celo prestitisti ill' sine labore. om̄e
delectamētum in se hn̄tem. ⁊ om̄is sapo
ris suauitatam. Substantiā enī tuaz ⁊
dulcedinē tuā quā in filios habes osten
debas: ⁊ deseruiens vniuscuiusq̄z volun
tati. Ad quod quisq̄z volebat. cōuerteba
tur. Nix autez ⁊ glacies sustinebāt vim
ignis. ⁊ nō tabescebāt: vt scirent qm̄ fru
ctus inimicorum extermīabat ignis ar
dens ī grādine ⁊ pluuia coruscans. Hoc
aūt iteꝝ: vt nutrirētur iusti. ignis etiaz
sue virtutꝫ oblitus est. Creatura enī ti/
bi factori deseruiēs exardescit in tormē/
tum adūsus iniustos. ⁊ leuior fit ad bn̄/
faciendū ꝓ his qui in te confidūt. Pro
pter hoc ⁊ tūc oīa trāsfigurata oīm nu/
trici gr̄e tue deseruiebāt. ad volūtatē eo
rū qui a te desiderati sunt: vt scirēt filij
tui q̄s dilexisti dn̄e: qm̄ nō natiuitatis
fructus pascūt hoīes: sed sermo tuꝰ hos
qui in te crediderint. ꝯseruat. Qd̄ eniz
ab igne nō poterat extermīari. statiz ab
exiguo radio solis calefactū tabescebat:
vt notum om̄ibus esset. quoniaz oportz
preuenire solem ad benedictiōem tuaz.
⁊ ad ortuz lucis te adorare. Ingrati enī
spes tanq̄z hybernalis glacies tabescet. ⁊
disperiet tanq̄z aqua superuacua.

Magna sunt enī iudicia XVII
tua dn̄e. et inenarrabilia verba
tua: ꝓpter hoc indisciplinate aīe

errauerũt. Dũ enĩ persuasum habẽt ini qui posse dñari nationi sancte: vinculis tenebrarꝝ ⁊ lõge noctis compediti·inclu si sub tectis fugitiui·ppetue ꝓuidentie iacuerũt·⁊ dũ putant se latere in obscu ris peccatis·tenebroso oblionis velamẽ to dispsi sunt·pauẽtes horrẽde·⁊ cũ am miratione nimia ꝓturbati. Neqꝫ enĩ q̃ cõtinebat illos spelunca sine timore cu stodiebat:qm̃ sonit⁹ descẽdens ꝓturba bat illos·⁊ pśone tristes illis apparẽtes. pauorem illis pstabant. Et ignis quidẽ nulla vis poterat illis lumẽ ꝓbere:nec si derũ limpide flãme illũiare poterãt illaꝫ noctẽ horrẽdã. Apparebat aũt illis subi taneus ignis:timore plen⁹·⁊ timore p cussi illius q̃ nõ videbaꝯ faciei estimabãt deteriora esse q̃ videbanꝯ·⁊ magice artis appositi erant derisus·⁊ sapientie gloria coꝛreptio cũ cõtumelia. Illi enĩ qui p mittebãt timores·⁊ ꝓturbationes expel lere se ab aĩa languẽte:hi cũ derisu·ple ni timore languebãt. Naꝫ·⁊ si nihil eos ex monstris ꝓturbabat:transitu aĩali um·⁊ serpẽtiũ sibilatiõe cõmoti· treme bũdi ꝓbãt·⁊ aerẽ quẽ nulla rõne q̃s ef fugere posset·negãtes se videre. Frequẽ ter enĩ ꝓoccupãt pessima:redarguẽte cõ sciẽtia. Cũ sit enĩ timida nequicia:data est in oĩm condẽnationẽ. Semp enĩ p sumit seua ꝓturbata ꝓscia. Nihil enĩ est timor nisi pśumptiõis adiutoriũ:prodi tio cogitatiõis auxilioꝝ. Et dum ab in tro minor est expectatio: maiores putat potentiã eius cause de qua tormẽtũ pre stat. Illi aũt qui in potẽtẽ venere noctẽ ⁊ ab infimis ⁊ ab altissimis supuenien tẽ·eundẽ somnũ dormiẽtes aliq̃n mon strorꝝ eragitabanꝯ timore. aliq̃n aĩe defi ciebãt traductione. Subitane⁹ enĩ illis ⁊ insperatus timor supuenerat. Deinde si quisq̃ ex illis ocidisset:custodiebaꝯ in carcere sine ferro reclusus. Si enĩ rusti cus quis erat·aut pastor·aut agri labor oparius ꝓoccupatus esset: ineffugibilẽ sustinebat necessitatem. Una enim ca tena tenebrarũ omẽs erãt colligati. Si ue spiritus sibilans aut inter spissos ar borum ramos auiuꝫ sonus suauis· aut vis aque decurrentis nimiũ·aut sonus validus precipitaꝝ petraꝝ·aut ludentiũ aĩalium cursus insuisus·aut mugienti um valida bestiaꝝ vox·aut resonas de al tissimis mõtib⁹ echo:deficiẽtes faciebat illos pre timore. Omis enĩ orbis terra rũ limpido illuminabaꝯ lumine·⁊ non impeditis operib⁹ cõtinebaꝯ. Solis au tem illis suppsita erat grauis noctima go tenebraꝝ que supuentura illis erat Ipsi ergo sibi erãt grauiores tenebre.

Sanctis aũt tuis maxi XVIII ma erat lux·⁊ vocẽ quidem vocẽ inimici audiebant:sed figuram non videbant. Et quia non ⁊ ipsi eadeꝫ passi erant·magnificabãt te·⁊ qui ante lesi erant qꝝ non ledebanꝯ·gratias age bant tibi·⁊ vt esset differẽtia·te dẽũ pete bant. Propter qõ ignis ardentẽ colum nã ducẽ habuerũt ignotevie·⁊ solẽ sine lesura boni hospitij prestitisti. Digni q̃ dem illi carere luce·⁊ pati carcerem tene braꝝ qui inclusos custodiebant filios tu os·per quos incipiebãt incoꝛruptũ legis lumen seculo dari. Cum cogitarent iu stoꝝ occidere infantes·⁊ vno exposito fi lio sed liberato in traductionẽ illoꝝ mꝫ titudinem filioꝝ abstuliste·⁊ pariter il los perdidiste in aqua valida. Illa eniꝫ noꝛ ante cognita ea patrib⁹ nostris: vt vere scientes quib⁹ iuramentis credide rũt·aĩequiores essent. Suscepta est au tem a populo tuo sanitas quidem iusto storꝝ·iniustoꝝ aũt exterminatio. Sicut enĩ lesiste aduersarios nostros:sic·⁊ nos ꝓuocans magnificaste. Absconse eniꝫ sacrificabant iusti pueri bonorum: ⁊ iu stitie legem in concoꝛdiã dispsuerũt si militer bona ⁊ mala percepturos iustos patri oĩm decãtãtes laudes. Resonabat aũt incõueniẽs inimicoꝝ vox·⁊ flebilis audiebaꝯ planctus ploratoꝝ infantium Simili aũt pena suus cũ dño afflictus est·⁊ popularis homo regi similia passus Similiter ergo omnes vno noĩe moꝛ tis mortuos habebant innumerabiles Nec enim ad sepeliendum viui sufficie

bant: quãdo vno momẽto que erat pre
clarior natio illorũ exterminata est. De
omib⁹ enim nõ credentes ꝓpter benefi-
cia: tũc cum p̃mũ fuit exterminiũ prio-
genitoꝝ spopõderũt ꝑplm d̃i se esse. Cũ
enĩ quietũ silentiũ ꝯtineret omia ⁊ nox
in suo cursu mediuꝫ iter haberet. omni-
potẽs sermo tu⁹ dñe exiliens de celo a re
galib⁹ sedib⁹. durus debellator in mediã
exterminij terrã ꝓsiliuit: gladius accut⁹
insimulatũ imperiũ tuũ portans: ⁊ stãs
repleuit omĩa morte: ⁊ vsq̃ ad celũ atti
gebat stans in terra. Tũc cõtinuo visus
somnioꝝ maloꝝ turbauerũt illos et ti-
mores supuenerũt insperati. Et ali⁹ ali
bi proiectus semiuiu⁹ ꝓpter quam mo-
riebat̃ causam demõstrabat mortis. Vi
siones enĩ que illos turbauerũt hec pre
monebant. ne inscij quare mala patie-
bant̃: perirent. Tetigit aũt tũc et iustos
temptatio mortis. ⁊ cõmotõ in heremo
facta est multitudinis: sed non diu per-
mãsit ira tua. Properãs enĩ homo sine
querela depcari ꝓ ꝑplis proferens serui
tutis sue scutũ oratiõem: ⁊ per incẽsum
depcationem allegãs. restitit ire. ⁊ finez
imposuit necessitati: oñdens qm̃ tu⁹ est
famulus. Vicit aũt turbas non in vir-
tute corporꝫ nec armatura potẽtie: sed v̄-
bo illum qui se vexabat subiecit: iuramẽ
ta parentum ⁊ testamentũ cõmemorãs
Cum enĩ iam aceruatim cecidissent su-
per alterutꝝ mortui: interstitit: ⁊ ampu
tauit impetũ. ⁊ diuisit illam que ad vi-
uos ducebat viaꝫ. In veste enĩ poderis
quã habebat: tot⁹ erat orbis terrarum:
⁊ parentum magnalia in quattuor ordĩ
bus lapidum erãt sculpta. ⁊ magnificẽ-
tia tua in diademate capitis illius scri-
pta erat: his aũt cessit qui exterminabat
⁊ hec extimuit. Erat enĩ sola temptatio
ire sufficiens. XIX

IOpijs aũt vsq̃ in nouissimũ si
ne mĩa ira supueĩt. Presciebat
enĩ ⁊ futura illoꝝ: qm̃ cũ ipsi ꝑmisissent
vt se educerẽt. ⁊ cũ magna sollicitudine
premisissent illos ꝯseq̃bant̃ illos penitẽ
tie actus. Adhuc eniꝫ inter manus ha-
bentes luctũ. ⁊ deplorãtes ad monumẽ
ta mortuoꝝ. aliam sibi assumpserũt co-
gitationẽ inscientie. ⁊ quos rogãtes pro
iecerant: hos tanq̃ fugitiuos perseque-
bant̃. Ducebat enĩ illos ad huc finez di
gna necessitas: ⁊ hoꝝ que acciderant cõ-
memorationẽ amittebãt: vt q̃ deerant
tormẽtis. repleret punitio. ⁊ ꝑplis quidẽ
tuus mirabiliter transiret: illi autẽ no-
uam mortẽ inuenirent. Oĩs enĩ creatu
ra ad suũ genus ab initio refigurabatur
deseruiens tuis p̃ceptis: vt pueri tui cu
stodirent̃ illesi. Nam nubes castra eoruꝫ
obumbrabat. ⁊ ex aq̃ que ante erat. ter-
ra arida apparuit. ⁊ in mari rubro via si
ne impedimento. ⁊ campus germinãs
de profundo nimio per quem omĩs na-
tio transiuit. que tegebatur tua manu
videntes tua mirabilia ⁊ monstra. Tan
q̃ enim equi depauerunt escam: ⁊ tanq̃
agni exultauerunt magnificãtes te dñe
qui liberasti illos. Memores enĩ erãt ad
huc eoꝝ que in incolatu illoꝝ facta fue-
rant: quẽadmodum pro natiõe aĩaliuꝫ
eduxit terra muscas. ⁊ pro piscib⁹ eructa
uit fluui⁹ multitudinẽ ranarũ. Nouissi
me autem viderunt nouam creaturaꝫ
auium: cũ abducti cõcupiscentia postu-
lauerũt escas epulatiõis. In allocutio
ne enĩ desiderij ascendit illis de mari or-
tigometra. ⁊ vexationes peccatorib⁹ su-
peruenerũt non sine illis que ante facta
erant argumẽtis per vim fluminũ. Iu
ste enĩ patiebantur ꝑm suas nequitias.
Et enĩ detestabiliorẽ inhospitalitatez in
stituerunt. Alij quidem ignotos nõ re-
cipiebãt aduenas: alij autẽ bonos hospi-
tes in seruitutem redigebãt. Et nõ solũ
hec: sed ⁊ ali⁹ quidẽ respectus illoꝝ erat:
qm̃ inuiti recipiebant extraneos. Qui
aũt cum leticia receperũt hos qui eisdez
vsi erant institut̃: seuissimis afflixerũt
doloribꝫ. Percussi sunt aũt cecitate. sic
illi in foribꝫ iusti cũ subitaneis cooperti
essent tenebris. Vnusquisq̃ transitum
ostij sui querebat. In se enĩ elemẽta dũ
conuertũtur: sicut in organo qualitat̃
sonus ĩmutat̃ ⁊ oĩa suũ sonũ custodiũt

Unde estimari ex ipso visu certo potest Agrestia enī in aquatica cōuertebātur. ⁊ quecūq; erant natātia. in terra transibant. Ignis in aqua valebat supra suā virtutem ⁊ aqua extinguentis nature obliuiscebatur. Flamme ecōtrario corruptibiliuz aīalium nō vexauerunt carnes coambulātium: nec dissoluebant illam que facile dissoluebatur sicut glaties bonam escaz. In omībus enī magnificasti populū tuū dñe: ⁊ honorasti. ⁊ nō despexisti. in omni tempore ⁊ in omni loco assistens eis.

Explicit liber Sapientie. Incipit ꝓlogus libri Jesu filij syrach qui Ecclesiasticus appellatur. nō ꝯ ꝓlogꝰ hieronimi

Multorum nobis ⁊ magnorum per legem et ꝓphetas aliosq; q̄ secuti sunt illos sapīa demōstrata est: in q̄bꝫ oportet laudare israel doctrine ⁊ sapiētie causa: q̄ non solū ipos loquētes necesse est esse peritos: sed etiam extraneos posse ⁊ discētes ⁊ scribētes doctissimos fieri. Auus meꝰ iesus postq̄ se amplius dedit ad diligētiam lectiōis legis ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ alioꝝ libroꝝ qui nobis a parētibꝫ nostris traditi sunt. voluit ⁊ ipse scribere aliquid hoꝝ que ad doctrinaz ⁊ sapīam ꝑtinēt: vt desiderātes discere ⁊ illoꝝ periti fieri. magis magisq; attendāt animo. ⁊ ꝯfirmētur ad legitimā vitam. Hortor itaq; venire vos cū beniuolētia. ⁊ attentiore studio lectiōez facere. ⁊ veniā habere in illis in quibꝫ videmur sequētes imaginē sapīe. ⁊ deficere in verboꝝ cōpositiōe. Nā deficiēt vba hebraica quādo fuerīt trāslata ad alteraz linguā. Non aūt solū hec: sed ⁊ ipsa lex ⁊ ꝓphete. ceteraq; alioꝝ libroꝝ nō paruaz habent differētiam q̄n inter se dicūtur. Nam ī octauo ⁊ tricesimo anno tēporibꝫ. Ptolemei euergetis regis postq̄ ꝑueni in egyptū ⁊ cū multū temporis ibi fuissem. inueni ibi libros relictos non parue neq; contēnēde doctrine. Itaq; bonū ⁊ necessarium putaui ⁊ ipse aliquaz addere diligentiam ⁊ laborem interpretandi librum istuz. ⁊ multa vigilia attuli doctrinam in spacio temporis ad illa que ad finem ducūt librū istum dare. ⁊ illis qui volunt animum intēdere ⁊ discere quē admodū oporteat instituere mores qui ꝑm legem domini proposuerint vitam agere

Explicit prologus. Incipit liber Ecclesiasticus Capitulū I

Omnis sapiētia a domīo deo est. ⁊ cū illo fuit semper ⁊ est ante euum. Arenam maris ⁊ pluuie guttas ⁊ dies seculi quis dinumerauit? Altitudinē celi ⁊ latitudinem terre ⁊ profunduz abyssi quis dimensus est? Sapientiaz dei precedentem omīa quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia: ⁊ ītellectus prudentie ab euo. Fons sapiētie verbum dei in excelsis. ⁊ ingressus illius mandata eterna. Radix sapiētie cui reuelata est. ⁊ astutias illius quis agnouit? Disciplina sapiētie cui reuelata est ⁊ manifestata. ⁊ multiplicationē ingressus illius quis intellexit? Unus est altissimus. creator omnium omīpotēs. ⁊ rex potens. ⁊ metuendus nimis: sedens super thronū illius. ⁊ dñans deus. Ipse creauit illam in spiritusancto. ⁊ vidit ⁊ dinumerauit ⁊ mensus est. Et effudit illam super omīa opera sua. ⁊ super oēm carnem. ꝑm datū suū. ⁊ prebet illam diligentibꝫ se. Timor dñi gloria ⁊ gloriatio ⁊ leticia ⁊ corona exultatiōis. Timor dñi delectabit cor. ⁊ dabit leticiaz ⁊ gaudium in longitudinem dierum. Timēti dñm bene erit in extremis. ⁊ in die defunctionis sue bñdicetur. Dilectio dei honorabilis sapientia: quibus aūt apparuerit in visu. diligunt eam: in visione ⁊ in agnitione magnalium suoruz. Initium sapientie timor domini. ⁊ cum fidelibus in vulua concreatus est. ⁊ cum

electis feminis gradiẽ. ⁊ cũ iustis ⁊ fidelibꝫ agnoscitur. Timor dñi scie religiosi tas. Religiositas custodie ⁊ iustificabit cor: iocunditatez atq; gaudiũ dabit. Timẽti deũ bene erit. ⁊ in diebꝫ cõsolatiõis illius bñdicet. Plenitudo sapie timere deũ. ⁊ plenitudo a fructibꝫ illius. Dẽm domũ illius implebit a generatiõibꝫ. et receptacula a thesauris illi⁹. Corona sapiẽtie timor dñi: replens pacem ⁊ salutẽ fructũ. ⁊ vidit ⁊ dinumerauit eaz. Ultraq; aũt sunt dona dei. Sciam ⁊ intellectũ prudentie. sapia cõpartiet. ⁊ gloriam tenentiũ se exaltat. Radix sapiẽtie ẽ timere deũ. ⁊ rami illius longeui. In thesauris sapie intellect⁹ ⁊ scie religiositas: exercratio autẽ pctõribꝫ sapia. Timor dñi expellit peccatũ. Nã qui sine timore est. nõ poterit iustificari: iracundia enĩ aiosita/tis illius subuersio illius est. Usqz in tẽpus sustinebit patiẽs. ⁊ postea redditio iocũditatis. Bonus sensus vsqz in tempus abscondet verba illius. ⁊ labia multoz enarrabũt sensum illius. In thesauris sapie significatio discipline. execratõ autem peccatori cultura dei. Fili concupiscẽs sapiam cõserua iusticiam. ⁊ deus prebebit illaz tibi. Sapia enĩ ⁊ disciplina timor dñi. ⁊ quod beneplacitũ est illi fides ⁊ mansuetudo et adimplebit thesauros illius. Cõtumaz nõ fis. ⁊ incredibilis timori dei. ⁊ ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in cõspectu hoim. ⁊ non scandaliceris in labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas ⁊ adducas anime tue inhonorationẽ. et reuelet deus absconsa tua. ⁊ ĩ medio synagoge elidat te. qm̃ accessisti maligne ad dominum: ⁊ cor tuum plenum est dolo et fallacia.

II

Fili accedẽs ad seruitutem dei sta in iusticia ⁊ ĩ timore: ⁊ prepara aiam tuam ad temptationez. Depri/me cor tuũ ⁊ sustine: ⁊ inclina aurem tuam ⁊ suscipe verba intellectus: ⁊ ne festines in tempus obductionis. Sustine sustentationes dei: coniungere deo ⁊ sustine: vt crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe ⁊ in dolore sustine. et in humilitate tua patientiam habe: quoniã in igne probatur aurum ⁊ argentum: homies vero receptibiles in camino humiliationis. Crede deo ⁊ recuperabit te. ⁊ dirige viã tuam ⁊ spera in illum. Serua timorez illius: ⁊ in illo veteresce. Qui timetis dominũ sustinete misericordiaz eius: ⁊ nõ deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dñm credite illi: ⁊ non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dñm spera/te in illum: ⁊ in oblectationez veniet vobis misericordia. Qui timetis dominũ diligite illuz: ⁊ illuminabũtur corda vestra. Respicite filij nationes hominum ⁊ scitote: quia nullus sperauit in domiõ ⁊ cõfusus est. Quis. n. permãsit in mandatis eius. ⁊ derelictus est: Aut quis invocauit eum: ⁊ despexit illum: Quĩ pi⁹ ⁊ misericors est de⁹: ⁊ remittit in die tribulationis peccata: ⁊ protector est omibꝫ exquirentibꝫ se in veritate. Ue duplici corde. ⁊ labijs scelestis ⁊ manibꝫ male faciẽtibꝫ: ⁊ peccatori terrã ingrediẽti duabus vijs. Ue dissolutis corde. qui non credũt deo: ⁊ ideo nõ protegent ab eo. Ue hijs qui perdiderũt sustinẽtiã: ⁊ qui derelinquerũt vias rectas: ⁊ diuerterũt in vias prauas. Et quid facient cum inspicere ceperit dñs: Qui timẽt dñm nõ erũt incredibiles verbo illius: ⁊ qui diligunt illum conseruabunt verbũ illius. Qui timent dñm inquirent que beneplacita sunt ei: ⁊ qui diligunt eum replebũtur lege ipsius. Qui timent dominum preparabunt corda sua: et in cõspectu illius sanctificabũt aias suas. Qui timẽt dñm custodiũt mandata eius: ⁊ patientiam habebũt vsqz ad inspectionẽ illius. dicẽtes: Si penitentiam non egerimus incidemus in manus domini: ⁊ nõ in manus hominum. Sicõm enim magnitudinem illius sic ⁊ mia illi⁹ cum ipo est.

III

Filij sapie ecclesia iustoz ⁊ natio illoz obediẽtia ⁊ dilectio. Judicium patris audite filij: ⁊ sic facite vt salui fitis. Deus enim

honorauit patrem in filijs· ⁊ iudiciū matris exquirens firmauit in filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis· ⁊ cōtinebit se ab illis· ⁊ in oratione dierum exaudietur· ⁊ sicut qui thesauriçat· ita ⁊ qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum iocūdabit in filijs· ⁊ in die orationis sue exaudietur. Qui honorat pīem suuz vita viuet longiore· ⁊ qui obedit patri refrigerabit matrem Qui timet dīm honorat parentes· ⁊ q̄si dominis seruiet his qui se genuerunt in opere ⁊ in sermone et omī patientia. Honora pīez tuū vt supueniat tibi bī dictio a deo· ⁊ bñdictō illi in nouissimo manz. Bñdictō pīis firmat domos filiorū maledictō aūt matrz eradicat fundmī ta. Ne glorier in cōtumelia patris tui: non enīz est tibi gloria sed cōfusio. Gloria enī hoīs ex honore patris sui: ⁊ decus filij· pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui· ⁊ non contristes eum in vita illius· ⁊ si defecerit sensu· veniam da· ⁊ ne spernas eum in tua virtute. Elemosyna enī patrz non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonū· ⁊ in iusticia edificabit tibi ⁊ in die tribulationis cōmemorabit tui ⁊ sicut in sereno glaties· soluent peccata tua. Quā male fame est qui derelinquit pīem· ⁊ est maledictus a deo qui exasperat matrem. Fili in mansuetudine opa tua pfice· ⁊ sup hominuz gloriam diliges. Quātomagnus es hūilia te in oīb ⁊ coram deo inuenies gram: qm magna potētia dei soli· ⁊ ab humilib honorat. Altiora te ne quesieris· ⁊ fortiora te ne scrutat fueris: sed que precepit tibi de illa cogita semp· ⁊ in pluribz opib eius ne fueris curiosus. Nō est enī tibi necessariū ea que abscōdita sunt videre oculi tui. In superuacuis rebz noli scrutari multipliciter· ⁊ in pluribz eius opibus non eris curiosus. Plurima enī super sensum hominū ostensa sunt tibi. Multos enī supplantauit suspitio illoz· ⁊ in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum habebit male in nouissimo· ⁊ q̄ amat periculum· in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit successus· ⁊ prauum cor in illis scandalizabit. Cor nequam grauabitur in doloribus ⁊ peccator adijciet ad peccandu. Synagoge superbōrū non erit sanitas: frutex enī peccati eradicabitur in illis· ⁊ non intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapia· ⁊ auris bona audiet cum omī concupiscentia sapiam. Sapiens cor ⁊ intelligibile abstinebit se a peccatis· ⁊ ī operibus iusticie successus habebit. Ignez ardentem extinguit aqua· ⁊ elemosyna resistit peccatis· ⁊ deus prospector est eī qui reddit gratiam. Memint in posterum· ⁊ in tempore casus sui inueniet firmamentum. IIII

Fili elemosynaz pauperis ne defraudes· ⁊ oculos tuos ne trās uertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris· et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris· ⁊ non protrahas datuz angustianti. Rogationem cōtribulati ne abijcias· ⁊ nō auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos ꝓpter iram ⁊ nō relinquas querētibus tibi retro maledicere. Maledicētis enī tibi in amaritudine anime exaudietur deprecatio illius: exaudiet aūt eum qui fecit illum. Cōgregationi pauperuz affabilem te facito· ⁊ presbytero humilia animam tuā· ⁊ magnato humilia caput tuum. Declina pauperi fine tristicia aurem tuam· ⁊ redde debitum tuum· ⁊ respōde illi pacifice in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de mānu superbi· ⁊ non acide feras in anima tua In iudicando esto pupillis misericors vt pater· ⁊ pro viro matri illorum· ⁊ eritz tu velut filius altissimi obediens· ⁊ miserebitur tui magis q̄z mater. Sapientia filijs suis vitā inspirat· ⁊ suscipit inq̄ rētes se· ⁊ preibit in via iusticie. Et qui illam diligit· diligit vitam· ⁊ qui vigilauerint ad illam· cōplectentur placorem eius. Qui tenuerint illam· vitam hereditabunt· ⁊ quo introibit bñdicet deus

Qui seruiunt ei obsequẽtes erunt sancto ⁊ eos qui diligũt illaz · diligit deus. Qui audit illaz iudicabit gentes: ⁊ qui intuetur illam: permanebit confidens. Si crediderit ei: hereditabit illam · ⁊ eruut in cõfirmatione creature illorum quoniã in temptatione ambulat cum eo · ⁊ in primis eligit eum. Timorem et metum ⁊ pbationem inducet super illũ ⁊ cruciabit illũ in tribulatione doctrine sue donec tẽptet eũ in cogitatiõibus suis · ⁊ credat aĩe illius. Et firmabit illum ⁊ iter adducet directum ad illum · ⁊ letificabit illũ · ⁊ denudabit abscõsa sua illi · ⁊ thesauriçabit super illuz sciam ⁊ intellectuz iusticie. Si autez oberrauerit derelinquet eũ · ⁊ tradet eum in manꝰ inimici sui. Fili conserua tempus · ⁊ deuita a malo. Pro aĩa tua ne confundaris dicere verum. Est enĩ cõfusio adducẽs peccatũ · ⁊ ẽ cõfusio adducẽs gloriã ⁊ grãm Ne accipias faciem aduersus faciẽ tuaz nec aduersus aĩam tuã mendaciũ. Ne reuerearis primũ tuũ ĩ casu suo: nec retineas verbũ in tpe salutis. Non abstõdas sapiam tuã in decore suo. In lingua enĩ sapia dinoscitur · ⁊ sensus ⁊ scia ⁊ doctrina in verbo sensati: ⁊ firmamẽtum in opibꝫ iusticie. Nõ ꝺicas verbo veritatis vllo modo: ⁊ de mendacio ineruditiõis tue confundere. Non confundaris cõfiteri peccata tua: ⁊ ne subijcias te omi homini ꝓ peccato: Noli resistere ꝺ faciez potentis: nec coneris ꝺ ictuz fulmis. Pro iusticia agoniçare ꝓ aĩa tua · ⁊ vsqz ad mortẽ certa ꝓ iusticia: ⁊ deus expugnabit ꝓ te inimicos tuos. Noli citatꝰ esse in lingua tua · ⁊ inutilis ⁊ remissus ĩ opibus tuis. Noli esse sicut leo ĩ domo tua euertẽs domesticos tuos: ⁊ oppримens subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendũ ⁊ ad dandum collecta.

Noli attendere ad possessio V nes iniquas: ⁊ ne direris: est mihi sufficiens vita. Nihil enĩ proderit in tempore vindicte ⁊ obductiõis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscẽtiam cordis tui · ⁊ ne direris: Quo mõ potui: aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne direris. Peccaui: ⁊ quid mihi accidit triste? Altissimus enĩ est patiens redditor. De ꝓpitiato peccato noli esse sine metu: neqz adijcias peccatũ sup peccatum ⁊ ne dicas: Miseratio dñi magna est: multitudinis peccatoꝝ meoꝝz miserebit. Misericordia enĩ ⁊ ira ab illo cito proximant: ⁊ in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: ⁊ in tempore vindicte disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: nõ enim proderunt tibi in die obductionis ⁊ vindicte. Non ventiles te in omnez ventum · ⁊ non eas in omnem viaz. Sic enim omis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmꝰ in via dñi · ⁊ in veritate sensus tui ⁊ sciẽtia: ⁊ prosequat̃ te verbũ pacis ⁊ iusticie Esto mansuetus ad audiendum verbũ dei vt intelligas · ⁊ cuz sapiẽtia proferes responsum verum. Si est tibi intellectꝰ responde proximo: sin autez sit manus tua super os tuum: ne capiaris in verbo indisciplinato ⁊ confundaris. Honor ⁊ gloria in sermõe sensati: lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro invita tua · ⁊ lingua tua ne capiaris ⁊ confundaris. Super furẽ enim est cõfusio ⁊ penitẽtia · ⁊ denotatio pessima super bilinguez: susurratori autem odiuz ⁊ inimicitia ⁊ cõtumelia. Justifica pusillum ⁊ magnũ similiter. VI

Noli fieri pro amico · inimicus n proximo. Improperium enĩ et cõtumeliaz malus hereditabit · ⁊ ois peccator inuidus ⁊ bilinguis. Nõ te extollas in cogitatione aĩe tue velut taurus ne forte elidat̃ virtus tua ꝓ stultitiam ⁊ folia tua comedat · ⁊ fructus tuos perdat · ⁊ relinquaris velut lignũ aridum in deserto. Anima enim nequam dispdet qui se habet · ⁊ in gaudiũ inimicis dat illum ⁊ deducet in sortez impiorũ. Verbũ dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos ⁊ lingua eucharis in

bono homīe abundabit. Multi pacifici sint tibi ⁊ cōsiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicum in temptatiōe posside eum. ⁊ ne facile credas ei teipsuz Est enī amicus ꝑm tempus suuz: ⁊ nō permanebit in die tribulationis. Et est amic⁹ qui conuertit̄ ad inimicitiam. et est amicus qui odium ⁊ rixam ⁊ cōuicia denudabit. Est autem amic⁹ socius mē se. ⁊ n̄ ꝑmanebit ī die necessitat̄. Amic⁹ si ꝑmāserit fix⁹ erit tibi quasi coequalis et in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humilauerit se ꝯtra te. ⁊ a facie tua abscōderit se: vnanimen habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare ⁊ ab amicis tuis attende. Amicus fidel' ꝓtectō fortis: q̄ aūt inuenit illū: īuenit thesaur̄. Aīco fideli nlla ē cōparatō. ⁊ n̄ est digna ponderatio auri ⁊ argēti ꝯtra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamētū vite ⁊ immortalitatis. ⁊ q̄ metuūt dn̄m: inueniēt illū. Qui timet deum eque habebit amicitiā bonaz: qm̄ ꝑm illum erit amicus illius. Fili a iuuētute tua excipe doctrinam: ⁊ vsq̄z ad canos inuenies sapīaz. Quasi is qui arat ⁊ qui seminat accede ad eam: et sustine bonos fructus illius. In ope enī ipsius exiguuz laborabis ⁊ cito edes de generationib⁹ illius. Quam aspera est nimiuz sapīa indoctis homīb⁹: ⁊ nō permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: ⁊ nō demorabūtur proijcere illam. Sapiētia enī doctrine ꝑm nomen est eius: ⁊ nō est multis manifesta. Quibus autem cognita est permanet vsq̄z ad cōspectum dei. Audi fili ⁊ accipe ꝯsilium intellectus: ⁊ ne abijcias cōsilium meum. Inijce pedem tuuz in cōpedes illius: ⁊ in torques illius collum tuum. Subijce humerū tuum ⁊ porta illam. ⁊ ne accidieris vinculis eius. In omī animo tuo accede ad illam. ⁊ in oī virtute tua conserua vias eius. Inuestiga illam ⁊ manifestabit̄ tibi: ⁊ cōtinēs factus ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiem in ea. ⁊ cōuertetur tibi in oblectationez. Et erūt tibi compedes eius in protectionez fortitudinis: ⁊ bases virtutis ⁊ torques illius in stolam glorie. Decor enim vite est in illa. ⁊ vincula illius alligatura salutis. Stola glorie indues eam. ⁊ coronam gratulationis impones tibi. Fili si attenderis mihi. disces eaz: ⁊ si accomodaueris animum tuum sapiens eris: Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam: ⁊ si dilexeris audire. sapiens eris. In multitudine presbyterorū prudentium sta. ⁊ sapīe illorum ex corde cōiungere: vt omnem narrationez dei possis audire. ⁊ prouerbia laudis nō effugiant a te. Et si videris sensatum euigila ad eum: ⁊ gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in preceptis dei: ⁊ in mandatis illius maxime assiduus esto: ⁊ ipse dabit tibi cor: ⁊ ꝯcupiscētia sapīe dabit̄ tibi. VII

Noli facere mala. ⁊ non te apprehendent: discede ab iniq̄ ⁊ deficiēt mala abs te. Fili non semines mala in sulcis iniusticie: ⁊ non metes ea in septupluz. Noli querere ab homine ducatum: neq̄z a' rege cathedram honoris. Non te iustifices ante deuz qm̄ agnitor cordis ipse est: ⁊ penes regem noli velle videri sapiēs. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrūpere iniq̄tates: ne forte extimescas faciē potentis ⁊ ponas scandalum in agilitate tua. Nō pecces in multitudīe ciuitatis: nec te immittas in populum: neq̄z alliges duplicia peccata: Nec enī in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in anīo tuo Exorare ⁊ facere elemosynam ne despicias. Ne dicas in multitudine munerū meorum respiciet deus: ⁊ offerente me deo altissimo mūera mea suscipiet. Nō irrideas hoīem in amaritudine anīe: est enim qui humiliat ⁊ exaltat circumspector deus. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum neq̄z in amicuz similiter facias. Noli velle mentiri omne mendaciū: assiduitas enī illius nō est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum. ⁊ non iteres verbum in

oratione tua. Non oderis laboriosa opa & rusticationē creatā ab altissimo. Non te reputes in multitudie indisciplinato rū. Memēto ire qm̄ nō tardabit. Nūi lia valde spm̄ tuum: qm̄ vindicta carnis impij ignis & vermis. Noli puaricari i amicū pecuniā differētem: neq; fratrez charissimū auro spreueris. Noli discedere a mliere sensata & bona quā sortit⁹ es in timore dñi: gra enī verecūdie illi⁹ sup aurum. Non ledas seruum in veritate opantem: neq; mercēnarium dantem aiam suā. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi aia tua: & nō defraudes illum libertate. neq; inopem derelinq̄s illuz. Pecora tibi sunt attende illis: & si sunt vtilia. pseuerent apud te. Filii tibi sunt. erudi illos. & curua illos a puericia eorum. Filie tibi sunt. serua corpus illa rū. & non oñdas hilarem faciem tuā ad illas. Trade filiam & grande opus feceris: & hoī sensato da illam. Mulier si est tibi fm aiam tuam. non proijcies illaz: & odibili nō credas te in toto corde tuo Honora patrem tuum. & gemitus matris tue ne obliuiscar̄. Memēto quoniam nisi per illos natus nō fuisses: et retribue illis quomodo et illi tibi. In tota aia tua time dominum & sacerdotes illius sanctifica. In omī virtute dilige eum qui te fecit. & ministros eius ne derelinquas. Honora deum ex tota ania tua. & honorifica sacerdotes. & propurga te cum brachijs: Da illis partem sicut mandatum est tibi primitiarum & purgationis: & de negligētia tua purga te cū paucis. Datum brachiorum tuor̄. & sacrificium sanctificationis offeres dño: & initia sanctorum. & pauperi porrige manum tuam vt perficiatur ppitiatio & benedictio tua. gratia datus in conspectu⁹ omīs viuentis. & mortuo nō prohibeas gratiam. Nō desis plorantibus in cōsolatione: & cum lugentibus ambula. Nō te pigeat visitare infirmum: ex his enī in dilectione firmaberis. In omnibus operibꝫ tuis memorare nouissima tua. & in eternum non peccabis. VIII

Non litiges cum homie potēte: ne forte incidas in man⁹ illius. Non contēdas cū viro locuplete: ne forte ꝺ te ꝓstituat litem tibi. Multos enī ꝓdidit aurū & argētuz. & vsq; ad cor regum extēdit & cōuertit. Nō litiges cuz hoie liguato. & nō strues in ignem illius ligna. Nō cōices homī indocto: ne male de ꝓgenie tua loquat. Ne despicias hoiem auertētem se a pctō: neq; improperes ei. Memēto qm̄ oēs in corruptione sum⁹. Ne spernas hoiem in sua senectute: etenī ex nob senescūt. Noli ō mortuo inimico tuo gaudere: sciēs qm̄ oēs morim̄: & in gaudiū volum⁹ venire. Ne despicias narratiōem ꝓbyterorꝫ sapientiū. & in ꝓuerbijs eorum conuersare. Ab ipsis enī disces sapiaz & doctrinā intellectus: & seruire magnatis sine q̄rela. Nō te ptereat narratio senior̄: ipsi enī didicerunt a patribꝫ suis. Qm̄ ab ipsis disces intellectū. & in tpe necessitatis dabis rñsum. Non incendas carbones peccatorꝫ arguēs eos. & ne incendaris flamma ignis pctorꝫ illorꝫ. Ne ꝺ facie stes cōtumelioſi: ne sedeat quasi insidiator ori tui. Noli fenerari hoī fortiori te: q; si feneraueris quasi perditū habe. Non spō deas sup vtutē tuā: q; si spoponderis q̄si restituens cogita. Non iudices cōtra iudicē: qm̄ fm q; iustum est iudicat. Cum audace nō eas i via: ne forte grauet mala sua in te. Ipse enī fm voluntatem suā vadit: & simul cū stulticia ipsius peries. Cū iracūdo nō facias rixam. & cū audace nō eas in deſtū: qm̄ quasi nihil est ante illum sanguis. & vbi nō est adiutoriū elidet te. Cū fatuis ꝓsiliū ñ habeas. nō enī poterūt diligere nisi que eis placent Coram extraneo ne facies ꝓsiliū nescis enī quid pariet. Nō omī hoī cor tuū manifestes: ne forte inferat tibi gratiaz falsam & conuitietur tibi. IX

Non celes mulierem sinus tui: ne ostendat super te malicias doctrine nequam. Non des mulieri potestatem aīe tue: ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. Ne respicias

mulierem multiuolaz:ne forte incidas
in laqueos illius. Cum saltatrice ne as/
siduus sis nec audias illam:ne forte pe/
reas in efficacia illius. Virginem ne cō
spicias:ne forte scādaliçeris in decore il
lius. Ne des fornicarijs aīam tuam ī vl
lo:ne perdas te ⁊ hereditatez tuā. Noli
circūspicere in vicis ciuitatis:nec ober/
raueris in plateis illius. Auerte faciem
tuā a muliere compta:⁊ ne circūspicias
speciem alienam. Propter speciem mu
lieris mlti perierunt ⁊ ex hoc ꝯcupiscētia
quasi ignis exardescit. Oīs mulier que
est fornicaria quasi stercus in via ab oī/
bus ꝑtereūtib⁹ cōculcabit. Speciē mu/
lieris alieni multi ammirati·reprobi fa
cti sunt:colloquium enī illius q̄si ignis
exardescit. Cum aliena muliere ne sede
as oīo:nec accūbas cum ea super cubitū
⁊ nō alterceris cuz illa in vino · ne forte
declinet cor tuum in illam et sanguine
tuo labaris in perditionem. Ne derelin
quas amicum antiquuz: nouus·n·non
erit similis illi. Vinum nouū amic⁹ no
uus: Veterascat.⁊ cum suauitate bibes
illud. Non çeles gloriā ⁊ opes peccatoris
nō enim scis que futura sit illius subū/
sio. Non placeat tibi iniuria iniustoruz:
sciens qm̄ vsqz ad inferos non placebit
impius. Lōge abesto ab hoīe potestatez
habente occidendi·⁊ nō suspicaberis tīo
rem mortis. Et si accesseris ad illum no
li aliquid cōmittere:ne forte auferat vi
tam tuam. Cōmunionem mortis scito
qm̄ in medio laqueoꝝ ingredieris·⁊ su/
per dolentiuz arma ambulabis. Scdm
virtutē tuam caue te a proximo tuo·et
cum sapientib⁹ ⁊ prudentib⁹ tracta. Vi
ri iusti sint tibi conuiue·⁊ in timore dei
sit tibi gloriatio·⁊ in sensu sit tibi cogi/
tatus dei·⁊ omnis enarratio tua in pre/
ceptis altissimi. In manu artificum o/
pera laudabūtur ⁊ prīcipes populi in sa
piētia sermonis sui:in sensu vero senio
rum verbū. Terribilis ē in ciuitate sua
homo linguosus:et temerari⁹
in verbo suo odibilis erit. X
Vdex sapiens iudicabit popu/
lum suum ⁊ prīcipatus sensati stabilis
erit. Scdm iudicem populi·sic ⁊ mini/
stri eius·⁊ qualis rector est ciuitatis:ta/
les ⁊ inhabitātes in ea. Rex insipiēs p/
det populū suū·⁊ ciuitates inhabitabū/
tur per sensuz prudētium. In manu dī
potestas terre·⁊ execrabilis oīs iniq̄tas
gētium·⁊ vtilem rectorem suscitabit in
tempus super illam. In manu dei pote
stas hominis·⁊ super faciem scribe impo
net honorem suum. Oīs iniurie ꝓximi
ne memineris:⁊ nihil agas in operibus
iniurie. Odibilis coram deo est ⁊ hoīb⁹
sup̄bia·⁊ execrabilis oīs iniquitas gēti/
um. Regnum a gente in gētem trasfer/
tur propter iniusticias ⁊ īiurias ⁊ cōtu/
melias ac diuersos dolos. Auaro autez
nihil est scelestius. Quid superbis ter/
ra ⁊ cinis? Nihil est iniquius q̄z amare
peccuniam. Hic enim ⁊ aīam suaz vena
lem habet:qm̄ in vita sua proiecit inti/
ma sua. Omīs potētatus breuis vita:
languor prolixior grauat medicuz. Bre/
uem languorem ꝑcidit medicus: sicut
⁊ rex hodie est ⁊ cras morietur. Cuz enī
morietur homo hereditabit serpētes et
bestias ⁊ vermes. Initium sup̄bie hoīs
apostatare a deo:qm̄ ab eo qui fecit illuz
recessit cor eius qm̄ initium omīs pecca
ti est sup̄bia. Qui tenuerit illam adim/
plebitur maledictis·⁊ subuertet euz in
finem. Propterea exhonorauit dn̄s cō/
uentus maloꝝ·⁊ destruxit eos vsqz in fi
nē. Sedes ducū sup̄boꝝ destruxit deus·
⁊ sedere fecit mites pro eis. Radices gē
tium sup̄barū arefecit deus ⁊ plantauit
humiles ex ipsis gētib⁹. Terras gētiuz
euertit dn̄s·⁊ ꝑdidit eas vsqz ad funda
mētuz. Arefecit de⁹ ex ipsis ⁊ disꝑdidit
eos·⁊ cessare fecit memoriā eoꝝ a terra.
Memoriā sup̄boꝝ ꝑdidit deus: ⁊ reliq̄t
memoriā hūiliū sensu. Nō est creata ho
mīb⁹ sup̄bia:neqz iracūdia nationi mu/
lierū. Semē hoīm honorabit hoc qd̄ ti/
met deū:semen aūt hoc exhonorabit qd̄
ꝑterit mādata dn̄i. In medio fratrum
rector illoꝝ in honore:⁊ q̄ timēt dn̄m e/
rūt in oculis illi⁹. Gloria diuitū hono/

ratorum et pauperũ timor dei est. Non despicere hoiem iustũ paupem: ⁊ nõ magnificare virũ peccatorẽ diuitẽ. Magn⁹ est iudex ⁊ potens est in honore: ⁊ nõ est maior illo qui timet deũ. Seruo sensato liberi seruiẽt: ⁊ vir prudẽs ⁊ disciplinatus non murmurabit correptus ⁊ in scius nõ honorabitur. Noli extollere te in faciẽdo opere tuo: ⁊ noli cũctari in tẽpore angustie. Melior est qui operatur ⁊ abundat in omib⁹: q̃ qui gloriatur et eget pane. Fili in mãsuetudine serua animã tuam: ⁊ da illi honorem ſm meritum suum. Peccãtem ĩ aĩam suam q̃s iustificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriat̃ per disciplinaz ⁊ timorem suũ: ⁊ est homo qui honorificat̃ ꝓpter substãtiã suam. Qui autẽ gloriat̃ in paupꝛtate: quãtomagis in substãtia? Et qui gloriatur in suba: paupertatẽ vereatur. XI

Sapiẽtia humiliati exaltabit caput illi⁹: ⁊ in medio magnatoꝝ cõsedere illũ faciet. Nõ laudes virum in specie sua: neq; spernas hoiem in visu suo. Breuis in volatilib⁹ apis ⁊ initiũ dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris vnq̃: nec in die honoris tui extollaris. Qm̃ mirabilia opa altissimi soli⁹: ⁊ gloriosa ⁊ abscõsa ⁊ inuisa opa illi⁹. Multi tyrãni sederũt ĩ throno et insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide: et glorisi traditi sunt in manus alteroruz. Priusq̃ interroges ne vituperes quenq̃: ⁊ cũ interrogauer⁹ corripe iuste. Priusq̃ audias ne rñdeas verbũ: ⁊ ĩ medio senioꝝ ne adijcias loqui. De ea re que te nõ molestat ne certer⁹: ⁊ ĩ iudicio peccãtiũ ne ꝯsistas. Fili ne in mltis sint act⁹ tui ⁊ si diues fueris nõ er⁹ ĩmunis a delicto. Si n secutus fueris nõ apprehẽdes: ⁊ nõ effugies si p̃curreris. Est homo laborãs ⁊ festinãs ⁊ dolens impius: ⁊ tãtomagis nõ abundabit. Est homo marcidus egens recupatione plus deficiẽs virtute: ⁊ abundans paupertate ⁊ ocul⁹ dei respexit illum in bono: ⁊ erexit euz ab humilitate ipsius: ⁊ exaltauit caput ei⁹ ⁊ mirati sunt in illo multi ⁊ honorauer̃t deuz. Bona ⁊ mala vita ⁊ mors paupertas ⁊ honestas: a deo sunt. Sapiẽtia disciplina ⁊ scĩa legis apud dñm: dilectio ⁊ vie bonoꝝ apud ip̃m. Error ⁊ tenebre peccatorib⁹ cõcreata sunt: qui aũt exultãt in malis consenescũt in malo. Datio dei ꝑmanet iustis ⁊ profectus illius successus habebit in eternũ. Est qui locupletatur parce agendo: ⁊ hec est pars mercedis illi⁹ in eo q̃ dicit: inueni req̃em mihi ⁊ nũc mãducabo de bonis meis solus: ⁊ nescit q̃ tp̃s pretereat illum ⁊ mors appropinquet: ⁊ reliquat oĩa aliis ⁊ moriatur. Sta in testamẽto tuo ⁊ in illo colloquere: ⁊ in ope mãdatorum tuoꝝ veterasce. Ne manseris in opibus peccatoꝝ. Confide aũt in deo: ⁊ mane in loco tuo. Facile est enĩ in oculis dei subito honestare paupem. Bñdictio dei in mercedẽ iusti festinat: ⁊ in honore veloci ꝓcessus illi⁹ fructificat. Ne dicas: q̃d est mihi op⁹: ⁊ q̃ erũt mihi ex hoc bona? Ne dicas. Sufficiẽs mihi sum: ⁊ quid ex h̃ pessimabor? In die bonoꝝ ne immemor sis maloꝝ: ⁊ in die maloruz ne ĩmemor sis bonoꝝ: quoniam facile est corã deo ĩ die obitus retribuere vnicuiq; ſm vias suas. Malicia hore obliuiõez facit luxurie magne: ⁊ ĩ fine hoĩs denudatio opeꝝ illius. Ante mortem ne laudes hominẽ quenq̃: qm̃ in filijs suis agnoscitur vir. Nõ oẽm hoĩem inducas in domum tuã multe enĩ sunt insidie dolosi. Sicut eĩ eructant p̃cordia fetẽtium: ⁊ sicut ꝑdix inducitur in caueam: ⁊ vt caprea in laq̃um: sic ⁊ cor supboꝝ ⁊ sic̃ ꝓspector vidẽs casum ꝓximi sui. Bona enĩ in mala conuertẽs insidiatur: ⁊ ĩ electis ĩponet maculam. Ab scintilla enĩ vna auget̃ ignis ⁊ ab vno doloso augetur sanguis: homo vero peccator sanguini insidiat̃. Attende tibi a pestifero: fabricat eniz mala: ne forte inducar super te subsannatiõem ĩ perpetuum. Admitte ad te alienigenaz et subuertet te in turbine et abalienabit te a vijs proprijs. XII

# Ecclesiasticus

Si benefeceris scito cui feceris. et erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto ⁊ inuenies retributionem magnam: ⁊ si non ab ipso certe a domino. Non est enim ei bene qui assiduus est in malis. ⁊ elemosynas nõ danti: quoniã ⁊ altissim⁹ odio habet peccatores. ⁊ misert⁹ ẽ penitẽtib⁹. Da misericordi. ⁊ ne suscipias peccatorẽ ⁊ impijs ⁊ peccatorib⁹ redde vindictam custodiens eos in diem vindicte. Da bono ⁊ ñ receperis peccatorem. Benefac humili. ⁊ nõ dederis impio. Prohibe panes illi dare: ne in ipsis potẽtior te sit. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quecũq; feceris illi. quoniam ⁊ altissim⁹ odio habet peccatores. ⁊ impijs reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus. et nõ abscõdetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius: in tristicia ⁊ in malicia illius amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in eternum. Sicut enim eramentum erugi/nat nequicia illius. Et si humiliat⁹ vadat curuus. abijce animum tuum. ⁊ custodi te ab illo. Non statues illuz penes te nec sedeat ad dexteram tuam. ne conuersus stet in loco tuo. ne forte conuersus in locũ tuũ inquirat cathedraaz tuam ⁊ in nouissimo cognoscas ꝟba mea ⁊ in sermonib⁹ meis stimuleris. Quis miserebitur incãtatori a serpẽte percusso. ⁊ oĩb⁹ qui appropiant bestijs? Sic et qui comitatur cuz viro iniquo. ⁊ obuolutus est in peccatis eius. Una hora tecum permanebit. Si aũt declinaueris nõ supportabit. In labijs suis indulcat inimicus. ⁊ in corde suo insidiat̃ vt subuertat te in foueam. In oculis suis lachrymatur ininic⁹ ⁊ si inuenerit temp⁹ nõ satiabitur sanguine. ⁊ si incurrerint tibi mala inuenies euz illic priorem: et quasi adiuuãs suffodiet plantas tuas: Caput suũ mouebit et plaudebit mãu et multa susurrans commutabit vultum suum.

XIII

Qui tetigerit picem. inq̃nabitur ab ea. ⁊ qui cõicauerit superbo induet superbiam. Pondus sup̃ se tollit qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam. Quãdo eniz se colliserint confringetur. Diues iniuste aget ⁊ fremebit. pauper autem lesus tacebit. Si largit⁹ fueris. assumet te. ⁊ si non habueris. derelinquet te. Si habes conuiuet tecum ⁊ euacuabit te. ⁊ ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris. supplantabit te ⁊ subridens spem dabit narrans tibi omnia bona. et dicet: quid opus est tibi et confundet te in cibis suis. donec te exinaniat bis ⁊ ter. ⁊ in nouissimo deridebit te. Postea videns derelinquet te. et caput suũ mouebit ad te. Humiliare deo: et expecta manus eius. Attende ne seductus in stulticia humilieris. Noli esse humilis in sapiẽtia tua. ne humiliatus ĩ stulticiam seducar̃. Aduocat⁹ a potẽtiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis ne impingaris. ⁊ ne lõge sis ab eo: ne eas in obliuionẽ. Ne retineas ex equo loqui cũ illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela temptabit te. ⁊ subridens. interrogabit te de abscõditis tuis. immitis anim⁹ illius. cõseruabit verba tua. ⁊ non parcet de malicia ⁊ de vinculis. Caue tibi ⁊ attende diligẽter auditui tuo: qm̃ cum subuersione tua ambulas. Audiens vero verba illa quasi in somnis vide. ⁊ vigilabis. Omni vita tua dilige deuz. ⁊ inuoca illũ in salute tua. Om̃e aĩal diligit simile sibi: sic ⁊ oĩs hõ ꝓximũ sibi. Omis caro ad similẽ sibi ꝯiunget̃: ⁊ oĩs hõ sili sui sociabit̃. Si cõicabit lupus agno aliqñ: sic peccator iusto. Que cõmunicatõ sancto hoĩ ad canẽ: aut q̃ ꝑs bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in heremo: sic ⁊ pascua diuitũ sunt pauperes. Et sic abomĩatio ẽ sup̃bo hũilitas: sic ⁊ execratio diuit̃ paup̃. Diues cõmotus ꝯfirmat̃ ab aĩcis suis: humil' aũt cũ ceciderit expellet̃ ⁊ a notis. diuiti d̃cepto multi recupatores. Locutus est sup̃ba. ⁊ iustificauerũt illũ. Humilis d̃ceptus

est: insup̄ ⁊ arguit̄. Locutus est sensate. ⁊ nō est datus ei locus. Diues locutus est ⁊ omēs tacuerūt. ⁊ verbū illius vsq̄ ad nubes perducent. Pauper locutus ē ⁊ dicūt: Quis est hic? Et si offenderit: subuertent illuz. Bona est suba cui nō est peccatū in ꝯscīa. ⁊ nequissima paup̄tas in ore impij. Cor hoīs immutat faciē illius siue in bona siue in mala. Vestigium cordis boni ⁊ faciez bonam difficile inuenies. ⁊ cum labore.

XIIII

Beatus vir qui nō est lapsus verbo ex ore suo. ⁊ nō est stimulatus in tristicia d̄licti. Felix qui non habuit animi sui tristiciam: ⁊ nō excidit ab spe sua. Viro cupido ⁊ tenaci sine ratione est suba: ⁊ homī liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex aīo suo iniuste aliis ꝯgregat. ⁊ in bonis illius alius luxuriabit̄. Qui sibi nequā est. cui alij bonus erit? Et nō iocundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet. nihil est illo nequius ⁊ hec redditio est malicie illius. Et si benefecerit: ignorāter ⁊ nō volens facit. ⁊ ī nouissimo manifestat maliciā suaz. Nequā est oculus liuidi. ⁊ auertēs faciem suam. et despiciens aniam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non satiabit̄ donec ꝯsumat arefaciēs aīam suam. Oculus malus ad mala. ⁊ non satiabitur pane indigens. et in tristicia erit sup̄ mēsaz suā. Fili si habes bñfac tecum. et deo dignas oblationes offer. Memor esto qm̄ mors nō tardat. ⁊ testamētū inferoꝝ: qꝛ demōstratum ē tibi. Testamētum enī huius mūdi morte morieť. Ante mortez bene fac amico tuo. ⁊ ſm vires tuas exporrigēs da pauperi. Nō defrauderis a die bono: ⁊ p̄ticula bone diei nō te pretereat. Nonne aliis relinquens dolores ⁊ labores tuos? In diuisione sortis da et accipe et iustifica animam tuam. Ante obitum tuuz operare iusticiam: quoniā non est apud inferos inuenire cibum. Omnis caro sicut fenum veterascet. ⁊ sicut foliuz fructificans in arbore viridi. Alia generantur ⁊ alia deijciuntur: sic generatio carnis ⁊ sanguinis. alia finitur. ⁊ alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: ⁊ qui illud operatur ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur: ⁊ qui operatur illud honorabitur in illo Beatus vir qui in sapiētia morabitur. ⁊ qui in iusticia sua meditabitur. ⁊ ī sensu cogitabit circumspectiōem dei. Qui cogitat vias illius in corde suo. ⁊ in absconsis suis intelligens: vadēs post illaz quasi inuestigator. ⁊ in vijs illius consistens. Qui respicit per fenestras illius. ⁊ in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius. ⁊ in parietibꝰ illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius. ⁊ requiescēt ī casula illius bona per euum. Statuet filios suos sub tegmīe illius: ⁊ sub ramis eiꝰ morabit̄. Protegetur sub tegmine illius a feruore. ⁊ in gloria eius requiescet

XV

Qui timet deum faciet bona: et qui continens est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata et quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vite et intellectus. et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur. et continebit illum et non confundetur. et exaltabit illum apud proximos suos. Et ī medio ecclesie ap̄iet os eius. et adimplebit eum spiritu sapientie et intellectus et stola glorie vestiet illum. Iocunditatem et exultationez thesauricabit super illuz. ⁊ nomine eterno hereditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam: et homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non videbunt eam: longe enim abest a superbia ⁊ dolo. Viri mēdaces non erunt illius memores. ⁊ viri veraces īueniēt̄ in illa ⁊ successum habebunt vsq̄ ad inspectionem dei. Nō est speciosa laus in ore peccatoris qꝛ non est a domino missus: qm̄ a deo profecta est sapientia. Sapiētie enim dei astabit laus. ⁊ in ore fideli abūdabit. ⁊ dñator dabit eam illi. Non dixeris per deum abest: que enī odit. ne

feceris. Non dicas. ille me implanauit: nõ enĩ necessarij sunt ei homĩes impij. Omne execramẽtum erroris odit dñs ⁊ nõ erit amabile timẽtibus eum. Deꝰ ab initio cõstituit hoĩem: ⁊ reliquit illũ in manu cõsilij sui. Adiecit mandata et precepta sua. Si volueris mandata cõseruare. cõseruabũt te: ⁊ in ꝑpetuum fidez placitã seruare. Apposuit tibi aquã ⁊ ignem: ad qđ volueris porrige manuz tuam. Ante hoĩem vita ⁊ mors: bonũ et malũ. Quod placuerit ei dabit̃ illi. qm̃ multa sapĩa dei. ⁊ fortis in potẽtia: videns oẽs sine intermissiõe. Oculi dñi ad timẽtes eum. ⁊ ipse agnoscit oẽm opam hoĩs. Nemini mãdauit ĩpie agere et nemini dedit spatiũ peccandi. Nõ enĩ concupiscit multitudinẽ filioꝝ infidelium et inutilium.

XVI

Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicent̃. nec oblecter̃ sup ipsos si nõ est timor dei in illis. Non credas vite illoꝝ. ⁊ ne respexeris in labores eoꝝ. Melior est enĩ vnus timẽs deuz: q̃z mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs: q̃z relinq̃re filios ĩpios. Ab vno sensato inhabitabitur patria. ⁊ a tribus impijs deseretur. Multa talia vidit oc̃lus meus: ⁊ fortiora hoꝝ audiuit auris mea. In synagoga peccãtiuz exardebit ignis ⁊ in gẽte incredibili exardescet ira. Non exorauerũt ꝓ pctis suis antiqui gigantes. qui destructi sunt cõfidẽtes sue virtuti. ⁊ nõ pepcit peregrinatiõi illoꝝ: sed percussit eos ⁊ execratus est eos pre sup bia verbi illoꝝ. Nõ misertꝰ est illis gentem totaz perdẽs ⁊ extollẽtem se ĩ peccatis suis. Et sicut sexcenta milia pedituz qui cõgregati sunt in duritia cordis sui ⁊ si vnus fuisset ceruicatꝰ miruz si fuissz immunis. Misericordia enĩ ⁊ ira est cũ illo: potens exoratio ⁊ effundens iram. Scđm mĩam suã: sic correctio illius: hominẽ ꝟm opa sua iudicat. Nõ effugiet in rapina peccator. ⁊ nõ retardabit sufferentia mĩam facientis. Omĩs mĩa faciet locũ vnicuiq̃z ꝟm meritũ operũ suoꝝ ⁊ ꝟm intellectum peregrinationis ipsiꝰ. Non dicas: A deo abscondar. et ex summo quis mei memorabitur. In populo magno non agnoscar. Que est enim anima mea in tam immensa creatura? Ecce celum ⁊ celi celorũ. abyssus ⁊ vniuersa terra ⁊ que in eis sunt in cõspectu illius commouebũtur: montes simul ⁊ colles ⁊ fundamẽta terre. ⁊ cum cõspexerit illa deus tremore cõcutiẽtur. Et in omĩbꝰ his insensatum est cor: ⁊ omẽ cor intelligit̃ ab illo. ⁊ vias illius quis ĩtelligit?. Et procella quã nec oculus vidit homĩs? Nam plurima illius opa sunt ĩ absconsis: sed opera iusticie eius quis enũciabit: aut quis sustinebit. Longe eĩ est testamẽtum a quibusdã. ⁊ interrogatio hoĩm in cõsummatiõe est. Qui minoratur corde cogitat inania. ⁊ vir imprudẽs ⁊ errans cogitat stulta. Audi me fili ⁊ disce disciplinam sensus. ⁊ in verb̃ meis attende in corde tuo. ⁊ dicaz in eq̃tate disciplinam: ⁊ scrutabor enarrare sapiẽtiam. ⁊ in verbis meis attende ĩ corde tuo. ⁊ dico in equitate spiritus: virtutes quas posuit deus in opera sua ab initio. ⁊ in veritate enuncio scientiaz eius. In iudicio dei opera ipsius ab initio. et ab institutione hominum ipsorum distinxi partes illorum: ⁊ initia eorum in gentibus suis. Ornauit in eternuz opera illoꝝ: nec esurierunt nec laborauerũt ⁊ nõ destiterũt ab operibus suis. Vnusquisq̃z ꝓximum sibi nõ angustiabit vsq̃z in eternum. Nõ sis incredibilis verbo illius. Post hec deus in terram respexit ⁊ impleuit illam bonis suis. Anima autẽ omĩs vitalis denũciauit ante faciem ipsius: ⁊ in ipsa iterum reuersio illorum.

XVII

Deus creauit de terra hoĩem. ⁊ ꝟm imaginem suaz fecit illũ. Et iterũ cõuertit illum in ipsam. ⁊ ꝟm se vestiuit illũ ꝟtute. Numerũ dierum ⁊ tempꝰ dedit illi: ⁊ dedit illi potestatem eoꝝ que sunt sup terraz. Posuit timorẽ illiꝰ sup oẽm carnem. ⁊ dñatꝰ est bestiarũ ⁊ volatiliũ. Creauit ex ipo adiutoriũ sil̃e sibi: ꝯsiliũ ⁊ lĩguã ⁊ oculos ⁊ aures ⁊ cor dedit ill̃ excogitãdi ⁊

disciplina intellect⁹ repleuit illos. Crea
uit illis sciam spiritus: sensu impleuit
cor illorum. ⁊ mala ⁊ bona ostēdit illis.
Posuit oculum ipsorum super corda il
lorum ostēdere illis magnalia operum
suorum vt nomen sanctificationis col/
laudent ⁊ gloriari in mirabilibus illius
vt magnalia enarrent operum eius. Ad
didit illis disciplinam: ⁊ legem vite he/
reditauit illos. Testamentum eternuz
cōstituit cum illis. ⁊ iusticiam ⁊ iudicia
sua ostendit illis. Et magnalia honoris
eius vidit oculus illorum. ⁊ honorez vo
cis audierunt aures illoruz. ⁊ dixit illis
attendite ab omni iniquo. Et manda/
uit illis vnicuiqz de proximo suo. Vie il
lor coram illo sunt semper. nō sunt ab/
sconse ab oculis ipsius. In vnamquā/
qz gētem preposuit rectorem. ⁊ pars dei
israel facta est manifesta. Et oīa opera il
lorum velut sol in conspectu dei. ⁊ oculi
eius sine intermissione inspicientes in
vijs eoruz. Non sunt absconsa testamē
ta ꝓpter iniquitatem illorum. et omēs
iniq̄tates eorum in ꝯspectu dei. Elemo/
syna viri quasi sacculus cum ipso: ⁊ gra
tiam homīs quasi pupillaz cōseruabit.
⁊ postea resurget ⁊ retribuet illis retri/
butionem vnicuiqz in caput ipsoꝝ. ⁊ cō
uertet in inferiores partes terre. Peni
tentibus autez dedit viam iusticie. ⁊ cō/
firmauit deficiētes sustinere. ⁊ destina/
uit illis sortem veritatis. Cōuertere ad
dn̄m ⁊ relinq̄ pctā tua. p̄care an̄ faciē do
mini ⁊ minue offendicula. Reu̇tere ad
dn̄m. ⁊ au̇tere ab iniusticia tua ⁊ nimis
odito exec̄tionē. ⁊ cog̊sce iusticias ⁊ iudi
cia dei. ⁊ sta ī sorte ꝓpositiōis ⁊ or̄onis al
tissimi dei. In ꝑtes vade seculi sci: cum
Ve corone superbie ebrios effraim
ꝛ flori decidenti glorie exultatio
nis eius: qui erāt in vertice val
lis pinguissime errātes a vino. Ecce va
lidus ꝛ fortis dñs: sicut impet⁹ grandi-
nis turbo cōsurgens: sicut impet⁹ aqua
rū multarū inundantiū: ꝛ emissarum su
per terram spatiosam. In manibus cōculca-
bitur corona superbie ebriorū effraim Et
erit flos decidens glorie exultatiōis ei⁹.
qui est super verticem vallis pinguium
quasi temperaneū ante maturitatem au
tumni. Quod cū aspexerit videns: statī
vt manu tenuerit: deuorabit illud. In
die illa erit dominus exercituum corona
glorie: ꝛ sertum exultatiōis residuo po-
puli sui: ꝛ spiritus iudicij sedenti sup iu
dicium: et fortitudo reuertentibus de bel
lo ad portā. Clerū hi q̄q̄ pre vino nesci-
runt ꝛ p̄ ebrietate errauerūt. Sacerdos
ꝛ pphēta nescierūt pre ebrietate: absorti
sunt a vino: errauerunt in ebrietate: ne
scierūt videntē: ignorauerūt iudicium.
Omnes enī mense replete sunt vomitu
sordiū q̄q̄ ita vt nō esset loc⁹ vltra. Quem
docebit scientiā ꝛ quem intelligere faciet
auditum: Ablactatos lacte: auulsos ab
vberibus. q̄ manda remāda: manda re-
manda: expecta reexpecta: expecta reexpe
cta: modicū ibi: modicū ibi. In loquela
enī labij ꝛ lingua altera loquet ad popu
lum istū: cui dixit. Hec est requies mea
reficite lassum: ꝛ hoc est refrigerium meū: ꝛ
noluerūt audire. Et erit eis verbum dñi
manda remanda: manda remāda: expe-
cta reexpecta: expecta reexpecta: modicum
ibi: modicū ibi: vt vadant ꝛ cadāt retror-
sum ꝛ cōterātur ꝛ illaqueentur ꝛ capiā-
tur. Propter hoc audite verbū dñi viri
illusores: qui dñamini super populum
meū qui est in hierusalē. Dixistis enim
Percussimus fedus cū morte: ꝛ cum in-
ferno fecimus pactum. Flagellum inun
dans cū transierit: nō veniet super nos
quia posuimus mendaciū spem nostram
ꝛ mēdacio protecti sumus. Idcirco hec
dicit dñs deus. Ecce ego mittam in fun-
damentis sion lapidem: lapidem probā-
tum: angularem preciosum: in fundamē
to fundatū. Qui crediderit: nō festinet
Et ponam in pondere iudicium: ꝛ iusti-
ciam in mensura. Et subuertet grando
spem mendacij: ꝛ protectionem aque in
undabunt: ꝛ delebitur fedus vestrū cum
morte: ꝛ pactum vestrum cum inferno
non stabit. Flagellum inundans cum
transierit: eritis ei in conculcationem.
Quādocunq̄ pertransierit: tollet vos:
q̄m mane diluculo ptransibit in die ꝛ
nocte: ꝛ tantūmodo sola vexatio intelle
ctum dabit auditui. Coangustatum est
enim stratū: ita vt alter decidat: ꝛ pallium
breue vtrūq̄ opire nō potest. Sicut in
in mōte diuisionū stabit dñs: sic ꝛ valle

que est in gabaon irascet. vt faciat opus
suū. Alienū opus ei⁹: vt opet opus suū
Peregrinū est op⁹ eius ab eo. Et nunc
nolite illudere: ne forte cōstringant vin
cula vestra. Cōsummatiōez enī ⁊ abbre/
uiationē audiui a dño deo exercituū su/
per vniūsam terrā. Auribꝫ ꝑcipite ⁊ au/
dite vocē meā: attēdite ⁊ audite eloqui/
um meū. Nūquid tota die arabit arans
vt serat: proscindet ⁊ sartiet humū suā?
Nōne cū adeq̄uerit faciē ei⁹. seret gith:
⁊ ciminū sparget: ⁊ ponet triticū ꝑ ordi/
nem ⁊ hordeū ⁊ miliū ⁊ viciam in finibꝫ
suis? Et erudiet illū in iudicio: deus su/
us docebit illū. Nō enī in serris tritura
bit gith: nec rota plaustri sup ciminum
circūibit: sꝫ in virga excutiet gith: ⁊ cimi
nū ī baculo panis aūt cōminuet. Clerū
nō in perpetuū triturās triturabit illū:
neqꝫ vexabit eū rota plaustri: nec vngul
suis cōminuet eū. Et hoc a dño deo exer
cituū exiuit vt mirabile faceret consiliū
⁊ magnificaret iusticiā. XXIX

Ve ariel. Ariel ciuitas quā expu/
gnauit dauid. Addit⁹ est annus
ad annum: solennitates euolu/
te sunt. Et circūuallabo ariel: et erit tri/
stis ⁊ merens: ⁊ erit mihi quasi ariel. Et
circūdabo quasi spheram in circūitu tuo
⁊ iaciam ꝯtra te aggerem: et munimēta
ponam in obsidionē tuā Humiliaberis
de terra loqueris: ⁊ de humo audiet elo
quium tuuꝫ. Et erit quasi phitonis de
terra vox tua: ⁊ de humo eloquiū tuum
musitabit. Et erit sicut puluis tenuis.
multitudo ventilantiū te: ⁊ sicut fauilla
pertransiens multitudo eorū qui cōtra
te preualuerūt. Eritqꝫ repente cōfestim
a dño exercituū visitabitur in tonitruo
⁊ cōmotione terre ⁊ voce magna turbi/
nis ⁊ tempestatis: ⁊ flāma ignis deuorā/
tis. Et erit sicut somniū visiōis noctur
ne multitudo omniū gentiū qui dimi/
cauerūt cōtra ariel: ⁊ oēs qui militaue/
rūt ⁊ obsederūt et preualuerūt adūsus
eam. Et sicut somniat esuriens ⁊ come
dit. cū aūt fuerit expgefact⁹ vacua ē aīa
eius. Et sicut somniat sitiens ⁊ bibit: ⁊
postq̄ꝫ fuerit expergefactus lassus adhuc
sitit: ⁊ aīa eius vacua est: sic erit multi
tudo omniū gentiū q̄ dimicauerūt con
tra montez sion. Obstupescite ⁊ ammi/
ramini: fluctuate ⁊ vacillate inebriami/
ni: ⁊ nō a vino. mouemini ⁊ nō in ebrie/
tate: qm̄ miscuit vobis dñs spūm sopo/
ris. Claudet oculos vr̄os: ꝓphetas ⁊ prī
cipes vestros: qui vidēt visiones operi/
et. Et erit vobis visio oīm sicut verba
libri signati: quem cū dederint sciēti lit/
teras. dicent lege istū: ⁊ rn̄debit: nō pos/
sum. signat⁹ est enī. Et dabit liber nesci
enti litteras: diceturqꝫ ei:. lege: ⁊ respon
debit. nescio lr̄as. Et dixit dñs. Eo q̄ ap
propinquat ꝓpl's iste ore suo: ⁊ labijs su
is glorificat me. cor aūt ei⁹ longe ē a me
⁊ timuerūt me mandato hoīm ⁊ doctri/
nis: ideo ecce ego addaꝫ: vt ammiratio/
nem faciam ꝓpl'o huic miraculo grandi
⁊ stupendo. Peribit enī sapiētia a sapiē
tibus eius: ⁊ intellectus prudentiū ei⁹
abscondetur. Ve qui profundi estis cor
de: vt a dño abscondatis consiliū: quoꝝ
sunt in tenebris opera. ⁊ dicunt: Quis
videt nos: ⁊ quis nouit nos? Peruer/
sa est hec vestra cogitatio: quasi si lutum
ꝯtra figuluꝫ cogitet. ⁊ dicat opus facto/
ri suo. nō fecisti me. ⁊ figmētum dicat fi
ctori suo: nō ītelligꝫ. Nōne adhuc in mo
dico ⁊ in breui cōuertet libanus in cher
mel: et chermel in saltum reputabitur?
Et audient in die illa surdi verba libri:
⁊ de tenebris ⁊ caligine oculi cecoruꝫ vi
debunt. Et addent mites in dño leticiā
⁊ pauperes homines in sancto israel ex/
ultabunt. quoniam defecit qui preuale/
bat. consummatus est illusor: et succisi
sunt oīes qui vigilabant sup iniquita
tem: qui peccare faciebant hoīes in ver/
bo: ⁊ arguentem in porta supplantabant
⁊ declinauerūt frustra a iusto. Propter
hoc hec dicit dñs ad domū iacob. qui re/
demit abraam. Non modo cōfundetur
iacob. nec modo vultus eius erubescet
sed cuꝫ viderit filios suos opera manu/
um mearum: in medio sui sanctificātes
nomē meū: ⁊ sanctificabūt sanctū iacob

⁊ deum israel predicabunt: ⁊ scient errā
tes spiritu intellectum: ⁊ musitatores
discent legem. XXX

Ve filij desertores dicit dñs vt fa
ceretis consiliū: ⁊ nō ex me: ⁊ or
diremini telam ⁊ nō per spiritū
meū. vt adderetis peccatū sup peccatuz
qui ambulatis vt descēdatis in egyptū
⁊ os meū nō interrogastis: sperātes au
xiliuz in fortitudine pharaonis: ⁊ habē
tes fiduciam in vmbra egypti: ⁊ erit vo
bis fortitudo pharaonis in confusionē
⁊ fiducia vmbre egypti in ignominiam
Erant enim in tamnis principes tui: et
nuncij tui vsq; ad anes puenerūt. Oēs
cōfusi sunt sup populo qui eis prodesse
non potuit. Non fuerūt in auxiliū: et in
aliquā vtilitatem: sed in cōfusionē et in
opprobrium. Onus iumētorum austri
In terra tribulatiōis ⁊ anguste. leena
⁊ leo. ex eis vipera ⁊ regulus volans: por
tantes super hūeros iumētorum diuiti
as suas: ⁊ sup gibbum camelor thesau
ros suos: ad pplm qui eis prodesse non
poterit. Egyptus enī frustra ⁊ vane au
xiliabit. Ideo clamaui sup hoc: superbia
tm̄ est: quiesce. Nunc ingressus scribe ei
sup burū: ⁊ ī libro diligēter exara illud:
⁊ erit ī die nouissimo in testimoniū vsq;
in eternū. Populus enī ad iracūdiā
puocans est: ⁊ filij mēdaces. filij nolen
tes audire legē dei. Qui dicūt videtibꝰ
nolite videre: ⁊ aspiciētibꝰ nolite aspice
re nob ea q̄ recta sunt. Loquimini nob
placentia: videte nobis errores: auferte
a me viam: declinate a me semitā: cessет
a facie nostra scūs israel. Propterea hec
dicit sctūs israel. Pro eo q̄ reprobastis
verbū hoc: ⁊ speraſtis ī calumnia ⁊ in tu
multu: ⁊ innixi estis super eo: pterea e
rit vob iniquitas hec. ficut interruptio
cadens: ⁊ requisita ī muro excelso Quo
niam subito dū non speratur veniet cō
tritio eius: ⁊ cōminuet sicut conteritur
lagena figuli cōtritione pualida: ⁊ non
inueniet de fragmētis eius testa in qua
portetur igniculus de incēdio: aut hau
riatur pauꝰ aque de fouea: quia hec dicit
dñs deus israel: Si reuertamini ⁊ qui
escatz: salui eritis. In silentio ⁊ ī spe erit
fortitudo vestra. Et noluistis: ⁊ dixistis,
Nequaq̄: sed ad equos fugiem⁹. Ideo
fugietis. Et sup veloces ascēdem⁹. Ideo
velociores erūt qui psequent vos. Mil
le hoīes a facie terroris vni⁹: ⁊ a facie ter
roris q̄uinq; fugietz: donec relinquami
ni q̄si malus nauis in vertice montis: ⁊
q̄si signū sup collē. Propterea expectat
dñs vt misereat vestri: ⁊ ideo exaltabit
parcens vobis q̄ deus iudicij dñs. Bea
ti oēs qui expectant eū. Populus eni si
on habitabit in hierusalē. Plorans ne
quaq̄ plorabis: miserans miserebit tui
Ad vocē clamoris tui statim vt audierit
respōdebit tibi. Et dabit tibi dñs panē
artū ⁊ aquā breuē: ⁊ nō faciet auolare a
te vltra doctorē tuū: ⁊ erūt oculi tui vi
dentes preceptorē tuū: ⁊ aures tue audi
ent verbū post terguz monētis. Hec est
via: ambulate in ea: ⁊ nō declinetis neq;
ad dexterā neq; ad sinistrā. Et cōtamina
bis laminas sculptiliū argenti tui: ⁊ ve
stimentū cōflatilis auri tui: ⁊ dispерges
ea sicut immūdiciā mēstruate. Egrede
re dices ei. Et dabit pluuia semini tuo
vbicūq; semiaueris in terra: ⁊ panis fru
gū terre erit vberrimus ⁊ pinguis. Pa
scent in possessiōe tua in die illo agnus
spatiose: ⁊ tauri tui ⁊ pulli asinor q̄ ope
rant terram. cōmixtū migma comedet
sicut in area ventilatū est. Et erūt super
oīem montem excelsum: ⁊ super oēs
collem eleuatum riui currentiuz aqua
rum. in die interfectionis multorū: cus
ceciderint turres. Et erit lux lune sicut
lux solis: ⁊ lux solis erit septēpliciter. sic
lux septem dierū in die qua alligauerit
dñs vulnus populi sui: ⁊ percussurā pla
ge eius sanauerit. Ecce nomen dñi ve
nit de longinquo: ardens furor eius: et
grauis ad portandū. Labia eius repleta
sunt indignatione: et lingua eius quasi
ignis deuorans. Spiritus ei⁹ velut tor
rens inundans vsq; ad mediuz colli. ad
perdendas gentes in nihilū: ⁊ frenū erit
roris q̄ erat ī maxillis pplor. Canticū

erit vobis sicut vox scīficate solēnitatis
⁊ leticia cordis. sicut q̄ pergit cū tibia vt
intret ī montem dñi ad fortez israel. Et
auditam faciet dñs gl'iam vocis sue: et
terrorem brachij sui ostendet ī cōmina-
tione furoris: ⁊ flamma ignis deuoran-
tis. Allidet in turbīe: ⁊ in lapide grandi
nis. A voce enī dñi pauebit assur virga
percussus: ⁊ erit transitus virge funda-
tus quā requiescere faciet dñs sup̄ euz.
in tympanis ⁊ citharis. ⁊ ī bellis p̄cipu-
is expugnabit eos. Preparata ē enī ab
heri tophet: a rege p̄parata profunda et
dilatata. Nutrimēta eius ignis: ⁊ ligna
multa: flatus dñi sicut torrens sulphu
ris succēdens eam.

XXXI

Vequi descēdunt ī egyptum ad
auxilium in eq̄s sperantes: ⁊ ha
bentes fiduciam super quadrig̃
q̄r multe sunt ⁊ super eq̄tibus q̄r preua
lidi nimis: ⁊ nō sunt cōfisi super sanctuz
israel ⁊ dñm nō req̄sierunt. Ip̄e autem
sapiens adduxit malū. ⁊ verba sua nō ab
stulit. Et cōsurget ɔtra domū pessimoꝝ
⁊ cōtra auxiliū operantiū iniq̄tatē. Egy-
ptus homo ⁊ nō deus: ⁊ equi eorum ca-
ro: ⁊ nō spūs. Et dñs inclinabit manuz
suam ⁊ corruet auxiliator: ⁊ cadet cui p̄-
statur auxiliū. simulq̄ om̄es cōsument̄
q̄r hec dicit dñs ad me. Quomō si rugi-
at leo ⁊ catulus leonis sup̄ predam suaz
cū occurrerit ei multitudo pastorū. a vo
ce eorū nō formidabit: ⁊ a multitudine
eorū nō pauebit: sic descēdet dñs exerci-
tuum vt prelietur sup̄ montem sion et
super collem eius. Sicut aues volātes
sic proteget dñs exercituū hierusalez. p̄
tegens ⁊ liberans trāsiēs ⁊ saluans. Cō
uertimini sicut ī profundū recesseratis
filij israel. In die eī illa abijciet vir ido-
la argenti sui: ⁊ idola auri sui q̄ fecerunt
vobis manus vestre ī peccatū: ⁊ cadet as
sur in gladio nō viri: ⁊ gladius nō hoīs
vorabit eū: ⁊ fugiet nō a facie gladij: ⁊ iu
uenes eius vectigales erunt: ⁊ fortitu-
do eius a terrore transibit: ⁊ pauebunt
fugientes principes eius. Dixit dñs. cu
ius ignis est in sion: ⁊ caminus eius in
hierusalem.

XXXII

Ecce in iusticia regnabit rex: et
principes in iudicio preerunt.
Et erit vir sicut q̄ absconditur
a vento: ⁊ celat se a tempestate: sicut riui
aquarū in siti: ⁊ vmbra petre prominen
tis in terra deserta. Nō caligabūt oculi
videntiū: ⁊ aures audientiū diligenter
auscultabunt: et cor stultoruz intelliget
scientiam: ⁊ lingua balboꝝ velociter loq̄
tur ⁊ plane. Nō vocabitur vltra is q̄ in-
sipiens est. princeps: neq̄ fraudulētus
appellabit̄ maior. Stultus enī fatua lo
quetur: ⁊ cor eius faciet iniq̄tatem: vt p̄
ficiat simulatiōez: ⁊ loquat̄ ad dñz frau-
dulenter: ⁊ vacuam faciat aīam esurien
tis: ⁊ potū sitienti auferat. Fraudulenti
vasa pessima sunt. Ip̄e enī cogitatiōes
cōcinnabit ad p̄dendos mites in s̄mo-
ne mēdacij: cū loqueret̄ paup̄ iudicium
Princeps vero ea q̄ digna sunt prīcipi.
cogitabit: ⁊ ip̄e sup̄ duces stabit. Mulie
res opulente surgite: ⁊ audite vocē me-
am: filie cōfidentes p̄cipite auribus elo
quium meū. Post dies ⁊ annos: ⁊ vos
cōturbemini cōfidentes. Cōsummata ē
enim vindemia. collectio vltra nō veni
et. Obstupescite opulente. conturbami
ni cōfidentes: exuite vos ⁊ confundemi
ni: accingite lumbos vestros. Sup̄ vbe-
ra plangite: sup̄ regione desiderabili: su-
per vinea fertili. Sup̄ humuz p̄pl'i mei
spine ⁊ vepres ascēdent: q̄ntomagis su-
per om̄es domos gaudij ciuitatis exul-
tantis: Dom⁹ enī dimissa est. multitu-
do vrbis relicta ē: tenebre ⁊ palpatio fa-
cte sūt sup̄ spelūcas vsq̄ ī eternū. Gau-
diū onagroꝝ pascua gregū: donec effun
datur super nos spūs de excelso. Et erit
desertum ī chermel: et chermel in saltuz
reputabitur. ⁊ habitabit in solitudīe iu
dicium: ⁊ iusticia in chermel sedebit. Et
erit opus iusticie pax: ⁊ cult⁹ iusticie silē
tiuz: ⁊ securitas vsq̄ in sempiternū. Et
sedebit populus meus in pulcritudine
pacis. ⁊ in tabernacul' fiducie ⁊ ī requie
opulenta. Grādo autem in descensiōe
saltus: et hūilitate hūiliabitur ciuitas.

Beati q̄ seminat⁹ sup oēs aq̄s: immittē
tes pedē bouis ⁊ asini. XXXIII

Ve qui predaris. Nōne ⁊ ip̄e pre
daberis? Et qui spernis: nonne
⁊ ip̄e sperneris? Cū consumma
ueris depredationē. dep̄daberis: cuz fati
gatus desieris cōtemnere cōtemneris.
Dn̄e miserere nr̄i: te enim expectamus
esto brachiuz nostrū ī mane: ⁊ salus no
stra in tempe tribulatiōis. A voce ange
li fugerūt populi: ⁊ ab exaltatiōe tua dis
perse sunt gentes. Et cōgregabūtur spo
lia vestra sicut colligitur bruchus: velut
cū fosse plene fuerint de eo. Magnifica
tus est dn̄s qm̄ habitauit in excelso: im
pleuit sion iudicio ⁊ iusticia: ⁊ erit fides
in tēporibus suis. Diuitie salutis sapiē
tia ⁊ scientia: timor dn̄i ip̄e est thesaurus
eius. Ecce vidētes clamabunt foris: an
geli pacis amare flebūt. Dissipate sunt
vie. cessauit transiens per semitam: irri
tum factuz est pactū: proiecit ciuitates:
nō reputauit hoīes. Luxit ⁊ elāguit ter
ra. confusus est libanus ⁊ obsorduit. Et
factus est saron sicut desertū: ⁊ concussa
est basan ⁊ carmelus. Nūc cōsurgam di
cit dn̄s: nūc exaltabor ⁊ nūc sublimabor.
Concipietis ardorez ⁊ parietis stipulaz
spūs vester vt ignis vorabit vos: ⁊ erūt
ppl̄i q̄si de incendio cinis: spine cōgrega
te igni cōburētur. Audite qui longe est⁹
que fecerim ⁊ cognoscite vicini fortitu
dinem meā. Conterriti sunt ī sion pec
catores: possedit tīor hypocritas. Quis
poterit habitare de vobis cuz igne deuo
rante? aut quis habitabit ex vobis cum
ardoribus sempiternis? Qui ambulat
in iusticijs: ⁊ loquitur veritatem: q̄ pro
ijcit auariciam ex calūnia: ⁊ excutit ma
nus suas ab omni munere. Qui obtu
rat aures suas ne audiat sanguinem. et
claudit oculos suos ne videat malum?
Iste in excelsis habitabit. munimēta sa
xorū sublimitas eius. Panis ei dat⁹ est
aque eius fideles sunt. Regem in deco
re videbūt: oculi eius cernent terraz de
longe. Cor tuū meditabit̄ timorē. Vbi
est litteratus? vbi leg⁹ verba ponderās?
vbi est doctor paruulorū? Populū im
prudentē nō videbis. populū alti sermo
nis: ita vt nō possis intelligere disertitu
dinez lingue eius: in quo nulla est sapi
entia. Respice sion ciuitatem solennita
tis nostre. Oculi tui videbūt hierusalē
habitationē opulentā tabernaculuz qd̄
nequaq̄z transferri poterit. nec auferen
tur claui ei⁹ in sempiternū: ⁊ om̄is funi
culi ei⁹ nō rumpent̄. qz solummodo ibi
magnificus est dn̄s noster. Locus fluui
orū riui latissimi ⁊ patētes. nō transibit
sup euz nauis remigū: neq̄z trieris ma
gna transgredieť eū. Dn̄s enī iudex no
ster: dn̄s legifer noster: dn̄s rex noster.
Ip̄e saluabit nos. Laxati sunt funiculi
tui: sed nō preualebūt. Sic erit malus
tuus vt dilatare signū nō queas. Tunc
diuident̄ spolia p̄darū multaruz: claudi
diripient rapinā. nec dicet vicinus. elā
gui. Populus qui habitat in ea: aufere
tur ab eo iniquitas. XXXIIII

Accedite gētes ⁊ audite: ⁊ popu
li attēdite: audiat terra ⁊ pleni
tudo eius orbis ⁊ om̄e germen
eius. qz indignatio dn̄i super om̄is gen
tes: ⁊ furor sup vniuersam maliciā eoꝝ
Interfecit eos: ⁊ dedit eos in occisionē
Interfecti eorum proijcientur: et de ca
daueribus eorū ascēdet fetor. Tabescēt
montes a sanguine eoruz: ⁊ tabescet oīs
militia celorū: ⁊ complicabūtur sicut li
ber celi: ⁊ om̄is militia eoꝝ defluet sicut
defluit folium de vinea ⁊ de ficu: qm̄ in
ebriatus est in celo gladius meus. Ecce
sup idumeā descendet: ⁊ sup populuz in
terfectiōis mee ad iudiciuz. Gladi⁹ dn̄i
repletus est sanguine: incrassatus ē adi
pe de sanguine agnoꝝ ⁊ hircorū: ⁊ de san
guine medullatoruz arietum. Victima
enī dn̄i in bosra: et interfectio magna in
terra edom. Et descēdent vnicornes cū
eis: ⁊ tauri cū potentib⁹. Inebriabitur
terra eorū sanguine: ⁊ humus eorū adi
pe pinguiū. qz dies vltiōis dn̄i: annus
retributiōis iudicij sion. Et cōuertent̄
torrentes eis in picem: ⁊ humus ei⁹ in
sulphur. Et erit terra ei⁹ in picē ardētē

nocte ⁊ die: non extinguetur in sempiternū. Ascendet fumus eius a generatione in generationem: desolabit in secula seculorū. Nō erit trānsiens per eam: ⁊ possidebūt eam onocrotalus ⁊ ericius: ⁊ ibis ⁊ corvus habitabūt in ea. Et extēdetur super eā mēsura vt redigat ad nihilū ⁊ pondericulū in desolatione. Nobiles eius non erūt ibi: regem poti⁹ inuocabūt: ⁊ omnes principes eius erūt in nihilū. Et orietur in domibus eius spine ⁊ vrtice ⁊ paluirus in munitionibus eius: ⁊ erit cubile draconū: ⁊ pascua struthionū: ⁊ occurrēt demonia onocentauris: ⁊ pilosus clamabit alter ad alterū. Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requiē. Ibi habuit foueam erinacius ⁊ enutriuit catulos: ⁊ circūfodit et fouit in vmbra eius. Illic cōgregati sunt milui: alter ad alterū. Requirite diligēter in libro dñi ⁊ legite: vnū ex eis nō defuit: alter alterū nō quesiuit: qz quod ex ore meo pcedit ille mandauit: ⁊ spiritus eius ipe congregauit ea: ⁊ ipe misit eis sortem ⁊ manus eius diuisit eam illis in mensuram. Usqz in eternū possidebūt eam: in generatione ⁊ generationē habitabunt in ea.

XXXV

Letabitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exultabit solitudo: ⁊ florebit q̄si lilium. Germinans germinabit: ⁊ exultabit letabūda ⁊ laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbūt gloriā dñi: ⁊ decorē dei nostri. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite: Pusillanimes cōfortamini ⁊ nolite timere. Ecce deus noster vltiōem adducet retributionis: deus ipe veniet ⁊ saluabit nos. Tūc aperient oculi cecorū ⁊ aures surdorū patebūt. Tūc saliet sicut ceruus claudus ⁊ aperta erit lingua mutorū: qz scisse sūt in deserto aque: ⁊ torrētes in solitudine ⁊ que erat arida i stagnū: ⁊ sitiens i fontes aquarū. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant: orietur viror calami ⁊ iunci: ⁊ erit tibi semita: ⁊ via sancta vocabitur. Non transibit per eam polluti: ⁊ hec erit vobis directa via: itavt stulti nō errent per eam. Nō erit ibi leo ⁊ mala bestia nō ascendet per eaz: nec inuenietur ibi. Et ambulabūt qui liberati fuerint ⁊ redempti a dño: cōuertētur et venient in sion cū laude: ⁊ leticia sempiterna super caput eorū. Gaudiū ⁊ leticiam obtinebūt: ⁊ fugiet dolor ⁊ gemit⁹

Et factum est in quartodecimo anno regis ezechie: ascendit sennacherib rex assyriorū super oēs ciuitates iuda munitas: ⁊ cepit eas. Et misit rex assyriorū rapsacen de lachis in hierusalem: ad regem ezechiam in manu graui: et stetit i aqueductu piscine superioris: i via agri fullonis. Et egressus est ad eū eliachim filius helchie qui erat super domum: et sobna scriba: et ioahe filius asaph acommētarius. Et dixit ad eos rapsaces. Dicite ezechie: Hec dicit rex magnus: rex assyriorū: Que est ista fiducia qua confidis: aut quo cōsilio vel fortitudine rebellare disponis? Super quez habes fiduciam: quia recessisti a me? Ecce confidis super baculū harūdineum ptractuz istum super egyptum: cui si innisus fuerit homo: intrabit in manū eius ⁊ perfodet eam: sic pharao rex egypti oīb⁹ qui confidūt in eo. Q⁹ si respōderis mihi: in dño deo nostro cōfidimus: nonne ipe est cuius abstulit ezechias excelsa et altaria: ⁊ dixit iude ⁊ hierusalem coram altari isto adorabitis? Et nūc tradet te domino meo regi assyriorum: et dabo tibi duo milia equorum: nec poteris ex te prebere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Q⁹ si confidis in egypto: in quadriga ⁊ i equitibus: ⁊ nunc nunquid sine domio ascēdi ad terram istam vt disperderem eaz? Dominus dixit ad me: ascende sup terram istam: ⁊ disperde eam. Et dixit eliachim: et sobna: et ioahe ad rapsacen. Loquere ad seruos tuos syra lingua: intelligimus enīz: ne loquaris ad nos iudaice in auribus pli q̄ est sup murū. Et dixit ad eos rapsaces. Nunqd ad dñm tuum

et ad te misit me dñs me⁹. vt loquerer oia verba ista: et nõ pot⁹ ad viros qui sedent in muro vt comedãt stercora sua et bibant vrinã pedũ suoz vobiscũ: Et stetit rapsaces: et clamauit voce magna iudaice et dixit: Audite verba regis magni regis assyriozũ. Hec dicit rex. Nõ vos seducat ezechias. qz nõ poterit eruere vos et nõ vobis tribuat fiduciã ezechias super dño dicẽs: Eruens liberabit nos dominus: nõ dabit̃ ciuitas ista in manu regis assyriozũ. Nolite audire ezechiam. Hec enĩ dicit rex assyrioz. Facite mecũ bñdictiõez: et egredimini ad me et comedite vnusquisqz vineã suaz: et vnusquisqz ficum suã: et bibite vnusquisqz aquaz cisterne sue donec veniã et tollam vos ad terram que est vt terra vĩa terram frumẽti et vini: terrã panum et vineaz. Nec cõturbet vos ezechias. dicẽs: dñs liberabit nos. Nũquid liberauerũt dij gentiũ vnusquisqz terrã suaz de manu regis assyriozuz: Vbi est deus emath et arfath: Vbi est deus sepharuaim: Nũquid liberauerũt samariaz de manu mea: Quis est ex oĩbus dijs terrarũ istarũ qui eruerit terrã suã de manu mea: vt eruat dominus hierusalẽ de manu mea: Et siluerũt et nõ responderũt ei verbuz. Mandauerat enĩ rex dicens: ne respondeatis ei. Et igressus est eliachim filius helchie qui erat sup domũ: et sobna scriba: et ioahe filius asaph acõmẽtarijs. ad ezechiã scissis vestibus et nunciauerũt ei verba rapsacis.

## XXXVII

Et factũ est cum audisset rex ezechias scidit vestimẽta sua: et obuolutus est sacco: et intrauit in domum dñi Et misit eliachim qui erat sup domuz: et sobnam scribaz et seniores de sacerdotibus opertis saccis. ad esaiaz filiũ amos prophetam: et dixerũt ad eũ: Hec dicit ezechias. Dies tribulationis et coreptiõis: et blasphemie dies hec: qz venerunt filij vsqz ad partum: et virt⁹ nõ est pariendi. Si quo modo audiat dñs deus tuus verba rapsacis quẽ misit rex assyriozuz dñs suus ad blasphemandum dñm deum viuẽtem: et exprobrãduz sermonibus quos audiuit dñs deus tuus Leua ergo oratiõem pro reliquijs que reperte sunt. Et venerũt serui regis ezechie ad esaiaz. et dixit ad eos esaias. Hec dicetis dño vestro. Hec dicit dñs: Ne timeas a facie verboz que audisti: quibus blasphemauerũt pueri regis assyriozuz me. Ecce ego dabo ei spiritum et audiet nuncium: et reuertetur ad terrã suam: et corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autẽ rapsaces et inuenit regem assyriozũ preliantez aduersus lobna. Audierat enim quia profectus esset de lachis: et audiuit de tharacha rege ethiopie dicẽtes: egressus est vt pugnet contra te. Quod cum audisset misit nuncios ad ezechiam dicens: Hec dicetis ezechie regi iude loquẽtes: Non te decipiat deus tuus in quo tu cõfidis dicens: nõ dabitur hierusalem in manu regis assyriozũ: Ecce tu audisti oĩa que fecerunt reges assyriozũ oĩbus terris quas subuerterũt: et tu poteris liberari. Numquid eruerũt eos dij gentiũ quos subuerterũt patres mei: goçan et haran et rezeph et filios eden qui erãt in thalassar: Vbi est rex emath et rex arfath et rex vbi sepharuaim ana et aua: Et tulit ezechias libros de manu nuncioz et legit eos: et ascendit in domum dñi: et expandit eos coram dño. Et oravit ad dñm dicens: Domine exercituum deus israel qui sedes super cherubin. tu es de⁹ solus oĩm regnoz terre. tu fecisti celum et terrã Inclina domine aurem tuã et audi: aperi oculos tuos et vide: et audi oĩa verba sennacherib que misit ad blasphemãdũ deum viuẽtem. Vere enim dñe desertas fecerũt reges assyriozũ: terras et regiones earum: et dederũt deos earũ igni: nõ enĩ erant dij sed opera manuũ hoĩm. lignum et lapis: et comminuerũt eos. Et nũc domine de⁹ noster salua nos de manu eius: et cognoscant oĩa regna terre: qz tu es dominus solus. Et misit esaias filius amos ad ezechiam dicẽs. Hec dicit dominus deus israel Pro quibus rogasti

me de sennacherib rege assyriorꝫ: hoc est verbum qđ locutus est dñs super eum. Despexit te ⁊ subsannauit te virgo filia sion: post te caput mouit filia hierusalē Cui exprobrasti: ⁊ quem blasphemasti ⁊ super quem exaltasti vocem tuam: ⁊ leuasti altitudinem oculorꝫ tuorꝫ: Ad sanctū israel. In manu seruorꝫ tuorꝫ exprobrasti dño: ⁊ dixisti: In multitudine q̄drigarꝫ mearꝫ ego ascendi altitudinem montiū: iuga libani: ⁊ succidam excelsa cedrorꝫ eius: ⁊ electas abietes illius ⁊ introibo altitudinem summitatis eꝰ saltū carmeli eius. ego fodi ⁊ bibi aquā: et siccaui vestigio pedis mei oēs riuos aggerū: Nūquid non audisti que olim fecerim ei: ex diebꝫ antiquis ego plasmaui illud ⁊ nūc adduxi: ⁊ factū est in eradicationem colliū cōpugnātiū: ⁊ ciuitatū munitarꝫ. Habitatores earū breuiata mān ꝯtremuerūt ⁊ confusi sunt · facti sunt sicut fenū agri: ⁊ gramē pascue: et herba tectorꝫ que exaruit anteq̄ matureſceret Habitationē tuā ⁊ egressum tuum: ⁊ introitū tuū ego cognoui ⁊ insaniā tuam cōtra me. Cū furores aduersum me superbia tua ascendit in aures meas. ꝓponā ergo circulū in naribꝫ tuis: ⁊ frenū in labijs tuis: ⁊ reducam te in via p quam venisti. Tibi autem hoc erit signum. Comede hoc anno que sponte nascuntur: ⁊ in anno secundo pomis vescere: In anno autē tertio seminate ⁊ metite ⁊ plātate vineas: ⁊ comedite fructus earū. Et metet id qđ saluatus fuerit de domo iuda ⁊ qđ reliquū est radicem deorsum · et faciet fructum sursum: qm de hierlm exibūt reliquie: ⁊ saluatio de mōte sion. Zelus dñi exercituū faciet istud. ꝓpterea hec dicit dñs de rege assyriorꝫ. Non intrabit ciuitatem hanc ⁊ non iaciet ibi sagittam ⁊ nō occupabit eam clypeus: ⁊ nō mittet in circuitu eius aggerem: In via qua venit: p eam reuertet ⁊ ciuitatē hanc nō ingredietur dicit dñs. Et protegam ciuitatem istam vt saluem eam: propter me ⁊ propter dauid seruum meum: Egressus est autem angelus domini ⁊ percussit in castris assyriorum centum octogintaquinq̄ milia. Et surrexerunt mane ⁊ ecce omēs cadauera mortuorum. Et egressus est ⁊ abijt: Et reuersus est sennacherib rex assyriorꝫ ⁊ habitauit in niniue. Et factum est cum adoraret in templo nesrach deum suum: adramelech ⁊ sarasar filij eius percusserūt eum gladio fugeruntq̄ in terram ararath ⁊ regnauit asaraddon filius eius p eo. XXXVIII

In diebꝫ illis egrotauit ezechias vsq̄ ad mortem: ⁊ introiuit ad eum esaias filius amos propheta ⁊ dixit ei. Hec dicit dominus: Dispone domui tue q̄ morieris tu ⁊ nō viues. Et cōuertit ezechias faciem suam ad parietem ⁊ orauit ad dñm: et dixit: Obsecro domine memento queso qūo ambulauerim coram te in veritate ⁊ in corde perfecto ⁊ qđ bonū est in oculis tuis · fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad esaiam dicēs: Vade ⁊ dic ezechie. Hec dicit dñs de⁹ dauid patris tui: Audiui orationem tuam ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā sup dies tuos quindecim annos: ⁊ de manu regis assyriorꝫ eruam te ⁊ ciuitatem istam: ⁊ protegā eā: Hoc autē tibi erit signū a dño: q̄ faciet dñs verbū hoc quod locutus est: Ecce ego reuerti faciam vmbram lineaꝝ p quas descenderat in horologio achaz in sole retrorsum · decem lineis. Et reuersus est sol decē lineis p grad⁹ q̄s descēderat: Scriptura ezechie regis iuda cū egrotasset ⁊ cōualuisset de infirmitate sua: Ego dixi in dimidio dierꝫ meorꝫ · vadaz ad portas inferi: Quesiui residuū annorꝫ meorum Dixi nō videbo dñm deum in terra viuentiū · nō aspiciam hoīem vltra ⁊ habitatorem quietis. Generatio mea ablata est ⁊ cōuoluta est a me q̄si tabernaculū pastoris. ꝓcisa est velut a texēte vita mea: dū adhuc ordirer succidit me: De mane vsq̄ ad vesperam finies me sperabam vsq̄ ad mane. Quasi leo sic contriuit omia ossa mea. De mane vsq̄ ad vesperam finies me: Sicut pullus hirūdinis

sic clamabo: meditabor vt columba. At
tenuati sunt oculi mei suspiciētes in ex
celsuz. Dñe vim patior: responde ꝓ me.
Quid dicam aut quid rñdebit mihi cū
ipse fecerit? Recogitabo tibi oēs annos
meos in amaritudīe aīe mee: Dñe si sic
viuit̄: ⁊ ī talib⁹ vita spūs mei: Corripi-
es me ⁊ viuificab̄ me: ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti
aīam meā vt nō periret ꝓiecisti post ter-
gū tuū oīa peccata mea. Quia nō infer-
nus ꝯfitebit̄ tib. ineq; mors laudabit te
nō expectabūt q̄ descēdūt ī lacū ꝟitatem
tuā. Viuēs viuēs ipse ꝯfitebit̄ tibi sicut
⁊ ego hodie. Pr̄ filijs notā faciet ꝟitatē
tuā. Dñe saluū me fac. ⁊ psalmos nr̄os
cātabim⁹ cūctis dieb⁹ vite nr̄e in domo
dñi. Et iussit esaias vt tollerēt massam
de ficis ⁊ cataplasmarēt sup̄ vulnus et
sanaret̄. Et dixit eçechias. Quod erit si
gnū q̄ ascēdaz in domū dñi? XXXIX

In tp̄e illo misit merodach ba-
ladam fili⁹ baladā rex babylōis
libros ⁊ munera ad eçechiā. Au
dierat enī q̄d egrotasset ⁊ conualuisset.
Letat⁹ est aūt sup̄ eis eçechias: et oñdit
eis cellaz aromatū ⁊ argēti ⁊ auri ⁊ odo-
ramētoꝝ ⁊ vngēti optimi ⁊ oēs apothe-
cas suppellectilis sue. ⁊ vniuersa que in
uēta sunt in thesauris ei⁹. Non fuit ver
bū q̄d nō oñderet eis eçechias in domo
sua. ⁊ in oī ptāte sua. Introiuit aūt esai
as ꝓpheta ad eçechiam regem ⁊ dixit ei:
Quid dixerūt viri isti. ⁊ vñ venerūt ad
te? Et dixit eçechias. De terra lōginq̄ ve
nerūt ad me d̄ babylōe. Et dixit. Quid
viderūt in domo tua? Et dixit eçechias
Oīa q̄ in domo mea sunt viderūt. Non
fuit res quā non ostenderim eis in the-
sauris meis. Et dixit esaias ad eçechiaz
Audi verbū dñi exercituū: Ecce dies ve
niēt ⁊ auferent̄ oīa que ī domo tua sunt
⁊ que thesauriçauerūt patres tui vsq; ad
diem hanc in babylonē. Non relinquet̄
quicq̄ dic̄ domin⁹. Et de filijs tuis qui
exibunt de te quos genueris tollent. et
erunt eunuchi in palatio regis babylo-
nis. Et dixit eçechias ad esaiam. Bonū
verbum domini quod locut⁹ est: Et di-
xit. Fiat tantum pax ⁊ veritas in diebus
meis.

XL

Consolamini cōsolamini popu-
le me⁹. dicit de⁹ vester. Loquimi
ni ad cor hierusalem ⁊ aduoca-
re eam. quoniā completa est malicia ei⁹
dimissa est iniquitas illius. Suscepit
de manu domini duplicia ꝓ omib⁹ pec-
catis suis. Vox clamātis in deserto. Pa
rate viam dñi. rectas facite in solitudīe
semitas dei nr̄i. Omīs vallis exaltabit̄
⁊ oīs mons ⁊ collis hūiliabit̄. ⁊ erūt pra
ua indirecta ⁊ aspa in vias planas. Et
reuelabit̄ gloria dñi et videbit oīs caro
pariter q̄ os dñi locutū est. Vox dicēt̄
Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omīs
caro fenū. ⁊ oīs gloria eius q̄si flos agri
Exiccatū est fenum ⁊ cecidit flos. q̄ spi-
ritus dñi sufflauit in eo. Vere fenuz est
ppl's. Exiccatū est fenū ⁊ cecidit flos. ver
bum aūt dñi manet in eternū. Super
montē excelsuz ascende tu qui euangeli
ças sion: exalta in fortitudine vocē tuaz
qui euangeliças hierl'm. Exalta noli ti-
mere. Dic ciuitatib⁹ iude. Ecce deus ve
ster. Ecce dñs deus in fortitudine veni-
et ⁊ brachiū eius dñabit̄. Ecce merces
eius cū eo. ⁊ opus illius coraz illo. Sic
pastor gregē suuz pascet in brachio suo
cōgregabit agnos: ⁊ in sinu suo leuabit
feras ip̄e portabit. Quis mensus est pu
gillo aquas. ⁊ celos palmo ponderauit?
Quis appendit trib⁹ digitis molē terer
⁊ librauit in pondere mōtes colles. ⁊ ī sta
tera? Quis adiuuit spm̄ dñi. aut quis
cōsiliarius eius fuit ⁊ oñdit illi? Cum q̄
inijt ꝯsiliū ⁊ instruxit eū ⁊ docuit euz se-
mitā iusticie. ⁊ erudiuit eū scientia. ⁊ vi
am prudentie ostēdit illi? Ecce gentes
quasi stilla situle. ⁊ quasi momentuz sta
tere reputate sunt. Ecce insule q̄si pul-
uis exiguus. ⁊ libanus non sufficiet ad
succendēduz. ⁊ aīalia eius nō sufficient
ad holocaustum. Omnes gentes quasi
non sint. sic sunt coram eo. ⁊ quasi nihi
lum ⁊ inane reputate sunt ei. Cui ergo
similez fecistis deum? aut quā imaginē

ponetis ei? Nunquid sculptile cōflabit faber aut artifex auro figurabit illud et laminis argenteis argentarius? Forte lignū ⁊ īputribile elegit artifex sapiēs querit quō statuat simulacrū q̄ nō moueatur. Nūquid nō scietis? Nūquid nō audistis? Nūquid nō annūciatū est vob ab initio? Nūquid nō intellexistis fundamenta terre? Qui sedet sup gyrū terre: ⁊ hītatores ei⁹ sunt q̄si locuste. Qui extēdit velut nihili celos: ⁊ expandit eos sic̄ tabernaculū ad inhabitandū. Qui dat secretor scrutatores quasi non sint iudices terre velut inanes fecit. Et qui dem neq̄ plantato: neq̄ sato: neq̄ radicato ī terra trunco eor. Repēte flauit ī eos: ⁊ aruerūt: ⁊ turbo quasi stipulaz auferet eos. Et cui assimilastis me ⁊ adeq̄stis dicit sanctus: Leuate in excelsuz oculos vr̄os: ⁊ videte q̄s creauit hec. Qui educit in numero militiā eor: ⁊ oīs ex noīe vocat. Pre multitudine fortitudinis ⁊ robreis virtutisq̄ ei⁹: neq̄ vnū reliquū fuit. Quare dicis iacob ⁊ loquer̄ israel: abscondita est vita mea a dño: ⁊ a deo meo iudiciū meū trāsibit. Nūquid nescis: aut nō audisti? Deus sempiternus dñs qui creauit temīos terre: ⁊ nō deficiet neq̄ laborabit: nec est inuestigatio sapie ei⁹. Qui dat lasso vt utē ⁊ his qui nō sunt fortitudinē ⁊ robur multiplicat. Deficient pueri ⁊ laborabūt: ⁊ iuuenes in infirmitate cadent. Qui autē sperant in dño mutabūt fortitudinem assumēt pennas sic̄ aquile. current ⁊ non laborabūt: ābulabūt ⁊ nō deficiēt. XLI

Taceant ad me insule: et gentes mutent fortitudinē. Accedant et tūc loquant̄: simul ad iudicium ꝓpinquem⁹. Quis suscitauit ab ori ente iustum: vocauit eū vt sequeret̄ se? Dabit in conspectu eius gētes: ⁊ reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius. sicut stipulam vento raptam. arcui eius. Persequetur eos: trāsibit in pace: semita in pedib⁹ eius non apparebit. Quis hec operatus est ⁊ fecit: vocās generationes ab exordio? Ego dom⁹ primus ⁊ nouissimus ego sum: Videt insule ⁊ timuerūt. extrema terre obstupuerunt: ⁊ appropinquauerūt ⁊ accesserunt. Vnusquisq̄ proximo suo auxiliatur: ⁊ fratri suo dicet cōfortare. Confortauit faber erarius percutiēs malleo eū qui cudebat tunc temporis: dicens glutino bonum est: ⁊ cōfortauit eum clauis vt nō moueatur? Et tu israel serue meus iacob quem elegi. semen abraaz amici mei: in quo apprehendi te. ab extremis terre ⁊ a longinquis eius vocaui te: ⁊ dixi tibi. Seruus me⁹ es tu. elegi te ⁊ nō abieci te. Ne timeas quia ego tecū sum ne declines q̄ ego de⁹ tuus. Cōfortaui te auxiliatus sum tibi: ⁊ suscepit te dextera iusti mei. Ecce ꝓfundent̄ ⁊ erubescēt omnes qui pugnāt aduersuz te. Erunt quasi nō sint: ⁊ peribūt viri qui ꝓtradicunt tibi. Queres eos: ⁊ non inuenies viros rebelles tuos: ⁊ erūt quasi nō sint ⁊ veluti ꝓsumptio bomīs bellātis adūsum te: q̄ ego dñs deus tuus apprehendēs manuz tuā dicēsq̄ tibi. Ne timeas ego adiuui te. Noli timere vermis iacob: qui mortui estis ex israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dñs: ⁊ redēptor tu⁹ sanctus isr̄l. Ego posui te q̄si plaustruz triturās nouum: habēs rostra serrātia. Triturabis mōtes ⁊ cōminues: ⁊ colles quasi puluerē pones. Clentilabis eos ⁊ vētus tollet: ⁊ turbo dispget eos: ⁊ tu exultabis in dño: in sancto isr̄l letaberis. Egeni ⁊ paupes querunt aquas ⁊ non sunt lingua eor siti aruit. Ego dñs exaudiam eos: deus isr̄l: non derelinquaz eos. Aperiam in supinis collib⁹ flumīa: ⁊ in medio campor fontes. Ponam deserтū in stagna aquar: ⁊ terrā inuiaz in riuos aquar. Dabo in solitudinē cedrū ⁊ spinam ⁊ myrtum ⁊ lignū olyue. Ponam in deserto abietem vlmum ⁊ buxū simul vt videant ⁊ sciant ⁊ recogitent ⁊ intelligāt pariter: quia manus domini fecit hec: ⁊ sanctus israel creauit illud. Prope facite iudicium vestrum dicit dominus: afferte si quid forte habetis dixit rex iacob. Accedant ⁊ nuncient vobis

quecũq; ventura sunt. Priora que fue-
runt nunciate: ⁊ ponemus cor nostrum
⁊ sciemus nouissima eorũ ⁊ que ventu-
ra sunt indicate nobis. Annũciate que
ventura sunt in futurũ: ⁊ sciemus q̃r dij
estis vos. Bene quoq; aut male si pote-
stis facite ⁊ loq̃mur ⁊ videam⁹ simul. Ec-
ce vos estis ex nihilo ⁊ opus vestrũ ex eo
q̃d non est. Abominatio e qui elegit vos
Suscitaui ab aquilone: ⁊ veniet ab or-
tu solis. Vocauit nomẽ meum: ⁊ addu-
cet magistratus quasi lutuz: ⁊ velut pla-
stes conculcans humum. Quis annũ-
ciauit ab exordio vt sciamus ⁊ a princi-
pio vt dicamus: iust⁹ es. Non est annũ-
ciãs neq; predicẽs. neq; audiens sermo-
nes vr̃os. Prim⁹ ad sion dicet. ecce ad-
sum. ⁊ hierusalẽ euãgelistã dabo. Et vi-
di. ⁊ non erat ex istis quisq̃ qui iniret cõ-
siliũ. ⁊ interrogatus respõderet verbuz
Ecce omẽs iniusti. ⁊ vana opa eor̃. ven-
tus ⁊ inane simulacra eor̃. XLII

Ecce seruus meus. suscipiã euz
electus me⁹. complacuit sibi in
illo anima mea. Dedi spirituz
meũ super eum. iudiciũ gentib; profe-
ret. Nõ clamabit. neq; accipiet personaz
nec audiet̃ vox ei⁹ foris. Calamũ quassa-
tum nõ ꝯteret ⁊ linũ fumigans nõ exti-
guet. In ṽitate educet iudiciũ: nõ erit
tristis neq; turbulẽtus donec ponet in
terra iudiciũ ⁊ legez eius insule expecta-
bunt. Hec dicit dñs deus creans celos
⁊ extendens eos. firmãs terram ⁊ q̃ ger-
minãt ex ea. dans flatuz ꝑplo qui est su-
per terram. ⁊ spiritũ calcãtib; eam. Ego
dominus vocaui te in iusticia. ⁊ apprehẽ-
di manũ tuã. ⁊ seruaui te. Et dedi te in
fedus populi. in lucem gentiũ vt aperi-
res oculos cecor̃. ⁊ educeres de conclu-
sione vinctũ: de domo carceris sedẽtes
in tenebris: Ego dñs. hoc est nomẽ me-
um. Gloriã meam alteri nõ dabo. ⁊ lau-
dem meã sculptilib;. Que prima fuer̃t
ecce venerũt. noua q̃z ego annũcio. ante
q̃z oriantur audita vobis faciã. Cantate
domino canticum nouuz. laus eius ab
extremis terre. Qui descenditis in ma-
re ⁊ plenitudo eius: insule. et habitato-
res earum. Leuetur desertum ⁊ ciuita-
tes eius. in domib; hĩtabit cedar. Lau-
date habitatores petre: de vertice mon-
tium clamabũt. Ponent dño gloriam.
⁊ laudem eius in insulis nunciabunt.
Dñs sicut fortis egredie t̃ sicut vir pre-
liator suscitabit çelũ. Vociferabit̃ ⁊ cla-
mabit. super inimicos suos cõfortabit̃
Tacui. semp̃ silui: patiens fui. sicut par-
turiens loquar. Dissipabo et absorbebo
simul. desertos faciam montes ⁊ colles
⁊ omne germen eor̃ exiccabo. Ponã flu-
mina in insulas. ⁊ stagna arefaciã. Et e-
ducam cecos in viaz quã nesciũt. ⁊ in se-
mitis quas ignorauerũt ambulare eos
faciam. Ponã tenebras coram eis in lu-
cem ⁊ praua in recta. Hec verba feci eis
⁊ nõ dereliqui eos. Cõuersi sunt retror-
sum. Cõfundant̃ ꝯfusione qui cõfidũt
in sculptili. qui dicũt conflatili: vos dij
nostri. Surdi audite ⁊ ceci intuemini
ad videndum. Quis cec⁹ nisi seru⁹ me-
us. ⁊ surdus nisi ad quem nuncios me-
os misi? Quis cecus nisi qui venunda-
tus est? Et quis cecus nisi seru⁹ domini
Qui vides mlta. nõne custodies? Qui
apertas habes aures. nõne audies? Et
dñs voluit vt sanctificaret eum. ⁊ ma-
gnificaret legem ⁊ extolleret. ipse autez
populus dirept⁹ et vastatus. Laqueus
iuuenũ omnes. ⁊ in domib; carcerũ ab-
sconditi sunt. Facti sunt in rapinaz. nec
est qui eruat. in direptionem. nec ẽ qui
dicat: redde. Quis est in vobis qui au-
diat h̃ attẽdat ⁊ auscultet futura? Quis
dedit ĩ direptionẽ iacob. ⁊ isrl̃ vastãtib;
Nõne dñs ipe cui peccauim⁹? Et nolue-
rũt in vijs ei⁹ ambulare. ⁊ nõ audierũt
legem eius. Et effudit sup̃ eũ indigtio-
nem furoris sui ⁊ forte bellũ. ⁊ cõbussit
eum iu circũitu ⁊ nõ cognouit ⁊ succen-
dit eum ⁊ nõ intellexit. XLIII

Et nunc hec dicit dñs creans te
iacob: ⁊ formãs te israel. Noli ti-
mere q̃r redemi te. et vocaui te
nomine tuo. Meus es tu. Cum trãsie-
ris per aquas. tecum ero. ⁊ flumina nõ

operiēt te. Cū ambulaueris in igne nō
combureris: ⁊ flamma nō ardebit in te
qꝛ ego domin⁹ deus tuus sanctus israel
saluator tuus. Dedi ꝓpitiationem tuā
egyptū: ⁊ ethiopiā ⁊ saba pro te. Ex quo
honorabilis fact⁹ es ī oculis meis ⁊ glo
riosus: ego dilexi te: Et dabo homīes ꝓ
te: ⁊ ꝓplos pro aīa tua. Noli timere quia
ego tecū sum. Ab oriente adducā semē
tuū ⁊ ab occidente cōgregabo te. Dicaz
aquilōi da: ⁊ austro. noli ꝓhibere. Affer
filios meos d̄ longinquo. ⁊ filias meas
ab extremis terre. Et omnez qui inuo/
cat nomen meū. in gloriam meam crea/
ui euz: formaui eū ⁊ feci eū. Educ foras
ꝓplm cecū ⁊ oculos habentem: surdū. et
aures ei sunt. Omēs gentes cōgregate
sunt simul: ⁊ collecte sunt trib⁹. Quis
in vobis annūciet istud: ⁊ que prīa suut
audire vos faciet? Dent testes eoꝝ ⁊ iu
stificent̄: ⁊ audiant ⁊ dicant. Clere vos
testes mei dicit dn̄s: ⁊ seruus me⁹ quez
elegi: vt sciatis ⁊ credatis mihi: ⁊ intelli
gatis quia egoipse sum. Ante me non ē
formatus deus: ⁊ post me non erit. Ego
sum. ego sum dn̄s: ⁊ nō est absqꝫ me sal
uator. Ego annūciaui ⁊ saluaui: auditū
feci: ⁊ non fuit in vobis alienus. Clos
testes mei dicit dn̄s: et ego deus. Et ab
initio egoipse: ⁊ nō est qui de māu mea
eruat. Operabor: et quis auertet illud?
Hec dicit dn̄s redemptor vester sanct⁹
israel. Propter vos emisi ī babylonez: ⁊
detraxi vectes vniuersos ⁊ chaldeos in
nauib⁹ suis gl'iantes. Ego dn̄s scūs vr̄
creās isrl': rex vr̄. Hec dic̄ dn̄s q̄ dedit in
mari viā: ⁊ ī aq̄s torrētib⁹ semitā. Qui
eduxit quadrigam ⁊ equum: agmē ⁊ ro/
bustum. Simul obdormierunt nec re
surgent: contriti sunt quasi linum: ⁊ ex
tincti sunt. Ne memineritis prioꝝ: ⁊ an
tiqua ne intueamini. Ecce ego facio no
ua: ⁊ nūc orientur: vtiqꝫ cognoscetis ea:
Ponam in deserto viam: ⁊ in inuio flu
mina. Et glorificabit me bestia agri. dra
cones ⁊ strutiones: quia dedi in deserto
aquas: ⁊ flumina in inuio. vt darem po
tum populo meo electo meo. Populū
istum formaui mihi: laudez meam nar
rabit: Non me inuocasti iacob nec labo/
rasti in me israel. Non obtulisti mihi a/
rietez holocausti tui ⁊ victimis tuis nō
glorificasti me: Non te seruire feci in ob
latione. nec laborem tibi prebui in thu/
re. Non emisti mihi argento calamum
⁊ adipe victimarū tuarū non inebriasti
me. Cleruntamē seruire me fecisti ī pec
catis tuis prebuisti mihi laborem in ini
quitatibus tuis. Ego sum. ego sum ipe
qui deleo iniquitates tuas propter me
⁊ peccatorum tuorum non recordabor.
Reduc me in memoriam ⁊ iudicemur
simul: narra si quid habes vt iustificeris
Pater tuus primus peccauit ⁊ interp̄/
tes tui preuaricati sunt in me. Et con/
taminaui principes sanctos: dedi ad in/
ternitionez iacob: ⁊ israel in blasphemi/
am.

XLIIII

Et nunc audi iacob serue meus
⁊ israel quez elegi. Hec dicit do
minus faciens ⁊ formans te: ab vtero
auxiliator tuus. Noli timere serue me⁹
iacob: ⁊ rectissime quem elegi. Effundā
enim aquas super sitiētem. ⁊ fluenta su
per aridaz. Effundam spūm meū super
semen tuū: ⁊ benedictionem meam sup̄
stirpem tuam: ⁊ germinabunt inter her
bas quasi salices iuxta preter fluentes
aquas. Iste dicit domine ego suz: ⁊ ille
vocabit in nomine iacob. Et hic scribet
manu sua domino: ⁊ in nomīe israel assi
milabit̄. Hec dicit dn̄s rex israel ⁊ redē/
ptor eius dn̄s exercituū. Ego primus ⁊
⁊ ego nouissimus: ⁊ absqꝫ me non est de
us. Quis similis mei? Clocet ⁊ annūci
et: ⁊ ordinem exponat mihi. Ex quo con
stitui mihi populum antiquū. Clentu/
ra ⁊ q̄ futura sunt annūciet eis. Nolite
timere: neqꝫ cōturbemini. Ex tūc audi/
re te feci: ⁊ annūciaui. Clos estis testes
mei. Nūquid est deus absqꝫ me: ⁊ forma
tor quem ego nō nouerim? Plaste ido
li oēs nihil sunt: ⁊ amantissima eoꝝ nō
ꝓderūt eis. Ipsi sunt testes eoꝝ. qꝛ non
vidēt neqꝫ intelligūt: vt cōfundantur.
Quis formauit deū: ⁊ sculptile cōflauit

ad nihil vtile; Ecce oēs participes eius cōfundent. Fabri enī sunt ex hoīb. Cōueniēt eni oēs: stabūt ⁊ pauebūt: ⁊ confundent simul. Faber ferrarius lima operatus est: in prunis ⁊ in malleis formauit illud: ⁊ operatus est in brachio fortitudinis sue. Esuriet ⁊ deficiet nō bibet aquā ⁊ lassescet. Artifex lignarius extēdit normam: formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus: ⁊ in circino tornauit illud: ⁊ fecit imaginem viri quasi speciosum hominē habitantem in domo. Succidit cedros: tulit ilicem ⁊ quercum que steterat inter ligna saltus. Plantauit pinū quā pluuia nutriuit: ⁊ facta est hominib in focum. Sūpsit ex eis ⁊ calefactus est: ⁊ succendit et coxit panes: de reliquo autez opatus est deum ⁊ adorauit: fecit sculptile: ⁊ curuatus est ante illud. Mediū eius cōbussit igni ⁊ de medio ei⁹ carnes coxit. Comedit pulmētum ⁊ saturatus est. ⁊ calefactus est ⁊ dixit. Eiah calefactus sum. vidi focū. Reliquū aūt eius deum fecit et sculptile sibi. Curuat ante illud. ⁊ adorat illud ⁊ obsecrat. diceus. Libera me quia deus meus es tu. Nescierūt neq; intellexerūt. Obluti enī sunt ne videant oculi eoꝝ. ⁊ ne intelligāt ī corde suo. Nō recogitāt in mente sua. neq; cognoscūt neq; sentūt vt dicant. Medietatē eius combussi igni ⁊ coxi super carbones eius panes. coxi carnes ⁊ comedi. ⁊ d reliquo eius idolum faciam: Ante truncū ligni pcidam: Pars eius cinis est. Cor insipiens adorabit illud. ⁊ nō liberabit aīaz suam. neq; dicet: forte mendaciū est in dextera mea. Memento hoꝝ iacob ⁊ israel. qm̄ seruus me⁹ es tu. Formaui te. seruus me⁹ es tu isrl. nō obliuiscaris mei Deleui vt nubem iniquitates tuas. ⁊ q̄ si nebulā peccata tua. Reuertere ad me qm̄ redemi te. Laudate celi qm̄ miaz fecit dñs. iubilate extrema terre. Resonate mōtes laudationē. saltus ⁊ oē lignuz ei⁹. Qm̄ redemit dñs iacob. ⁊ israel gloriabit. Hec dicit dñs redēptor tuus. et formator tu⁹ ex vtero. Ego sum dñs faciens omnia. extendēs celos solus. stabiliens terram ⁊ nullus mecum. Irrita faciens signa diuinoꝝ. ⁊ ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum ⁊ scientiam eorū stultam faciens. Suscitans verbum serui sui. ⁊ cōsiliū nunciorum suoꝝ complens. Qui dico hierusalez habitaberis. ⁊ ciuitates iude edificabimini. ⁊ deserta eius suscitabo. Qui dico profundo desolare. ⁊ flumina tua arefaciam. Qui dico cyro pastor meus es ⁊ oēm voluntatē meaz cōplebis. Qui dico hierl'm edificaberis. ⁊ templo fundaberis. XLV

Hec dicit dñs christo meo cyro ⁊ cui⁹ apprehēdi dexterā vt subiiciā ante faciem eius gentes et dorsa regum vertam. Et aperiam coraz eo ianuas. ⁊ porte non claudent. Ego ante te ibo. ⁊ gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram ⁊ vectes ferreos cōfringam. Et dabo tibi thesauros absconditos. ⁊ arcana secretoꝝ vt scias q̄ ego dñs. qui voco nomen tuū de⁹ israel. Propter seruū meuz iacob ⁊ israel electum meū. Et vocaui te noīe tuo. assimulaui te. ⁊ non cognouisti me. Ego dñs. ⁊ nō est amplius. Extra me non est deus. Accinxi te. ⁊ non cognouisti me. vt sciāt hi qui ab ortu solis ⁊ qui ab occidente. qm̄ absq; me nō est deus. Ego dñs ⁊ non est alter. formās lucem. ⁊ creans tenebras faciens pacem. ⁊ creans maluz. Ego dominus. faciēs oīa hec. Rorate celi desup ⁊ nubes pluant iustuz. aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem. ⁊ iusticia oriatur simul. Ego dñs creaui eū. Ve qui cōdicit factori suo. testa de samijs tre. Nūquid dicet lutuz figulo suo. quid facis ⁊ opus tuū absq; manibus ē? Ve qui dicit patri quid generas. et mulieri quid parturis? Hec dicit dñs scūs israel. plastes eius. Interrogate me. sup filios meos et super opus manuuz mearum mandate mihi. Ego feci terrā et hominem super eaz creaui. Ego ⁊ manus mee tetenderūt celos. et omni militie eorum mandaui. Ego suscitaui eū

ad iusticiã: ⁊ oẽs vias ei⁹ dirigã. Ip̄e edi
ficabit ciuitatẽ meã: ⁊ captiuitatẽ meaꝫ
dimittet: nõ in p̄cio neqꝫ in muneribꝫ di
cit dominus deus exercituum. Hec di/
cit dominus. Labor egypti ⁊ negociatio
ethiopie ⁊ sabaim viri sublimes: ad te
transibunt ⁊ tui erunt. Post te ambu/
labunt: vincti manicis pergent: ⁊ te ado
rabũt teqꝫ dep̄cabunt̄. Tantuꝫ in te est
deus: ⁊ non est de⁹ absqꝫ te. Vere tu es
deus absconditus: deus israel saluator.
Confusi sunt ⁊ erubuerũt omẽs simul
abierũt in confusione fabricatores erro
rũ. Israel saluatus est in dño salute et̄/
na. Non confundemini ⁊ non erubesce/
tis vsqꝫ in seculum seculi: quia hec dicit
dominus creãs celos. Ipse de⁹ formãs
terram ⁊ faciens eam: ipse plastes eius.
Non in vanum creauit eam. vt habita/
retur formauit eam. Ego dñs ⁊ non est
alius. Non in abscõdito locut⁹ suꝫ: in lo
co terre tenebroso. Non dixi semĩ iacob
frustra: querite me. Ego dñs loquẽs iu
sticiam. annũcians recta. Congregami/
ni ⁊ venite: et accedite simul qui saluati
estis ex gentibꝫ. Nescierunt qui leuant
signuꝫ sculpture sue: ⁊ rogant dñm nõ
saluantem. Annũciate ⁊ venite: ⁊ consi/
liamini simul. Quis auditum fecit hoc
ab initio? Et tunc p̄dixi illud: Nũquid
non ego dñs: ⁊ non est vltra deus absqꝫ
me? Deus iustus ⁊ saluans non est pre
ter me. Conuertimini ad me ⁊ salui eri
tis oẽs fines terre quia ego deus ⁊ non
est alius. In memetipso iuraui. egredie
tur de ore meo iusticie verbuꝫ: ⁊ non re/
uertet̄. qꝛ mihi curuabit̄ omne genu: ⁊
iurabit omĩs lingua. Ergo in dño dicet
Mee sunt iusticie ⁊ imperiũ. Ad euꝫ ve/
nient: ⁊ confundent̄ oẽs qui repugnãt
ei. In dño iustificabit̄ ⁊ laudabitur om
ne semen israel.

XLVI

Confractus est bel. contritus est
nabo: facta sunt simulacra eoruꝫ
bestijs ⁊ iumẽtis. Onera vestra
graui pondere vsqꝫ ad lassitudinem con
tabuerunt: ⁊ contrita sunt simul. Nõ po
tuerunt saluare portantez: ⁊ anima eoꝝ
in captiuitatem ibit. Audite me dom⁹
iacob: ⁊ omne residuum domus israel.
Qui portamini a meo vtero: qui gesta/
mini a mea vulua. Vsqꝫ ad senectã ego
ipse: ⁊ vsqꝫ ad canos ego portabo. Ego fe
ci ⁊ ego feraꝫ. ego portabo ⁊ saluabo. Cui
assimilastis me ⁊ adequastis: ⁊ compara
stis me ⁊ fecistis similem? Qui confer/
tis aurum de sacculo: ⁊ argentũ statera
ponderatis. Conducentes artificem vt
faciat deum ⁊ p̄cidunt ⁊ adorant. Por/
tant illum in humeris gestantes: ⁊ po/
nentes in loco suo. Et stabit: ac de loco
suo non mouebit̄. Sed ⁊ cuꝫ clamaue/
rint ad eum non audiet: de tribulatiõe
non saluabit eos: Mementote istud et
cõfundamini redite preuaricatores ad
cor. Recordamini prioris seculi. quoni
am ego sum deus ⁊ non est vltra deus:
nec est similis mei annũciãs ab exordio
nouissimuꝫ: ⁊ ab initio que necdũ facta
sunt dicens: Consilium meum stabit:
⁊ omnis voluntas mea fiet: Vocans ab
oriente iustum ⁊ de terra longinqua vi
rum voluntatis mee. Et locutus sum
⁊ adducam illud: creaui et faciam illud.
Audite me duro corde: qui longe estis
a iusticia. Prope feci iusticiam meaꝫ: nõ
elongabitur: ⁊ salus mea non morabit̄.
Dabo in siõ salutẽ ⁊ in israel gloriã meã

XLVII

Descende: sede in pul
uere virgo filia babylon: sede in
terra. Non est solium filie chal/
deoꝝ: quia vltra nõ vocaberis mollis et
tenera. Tolle molam ⁊ mole farinaꝫ: de
nuda turpitudinem tuam. Discooperi
humeruꝫ reuela crura: transi flumina.
Reuelabit̄ ignominia tua: ⁊ videbitur
opprobrium tuum. Vltionem capiam
⁊ non resistet mihi homo. Redemptor
noster dominus exercituum: nomen il/
lius sanct⁹ israel. Sede tacens ⁊ intra
in tenebras filia chaldeoꝝ: quia non vo
caberis vltra domina regnorum: Irat⁹
sum super populuꝫ meum: contamina/
ui hereditatem meam: ⁊ dedi eos in ma
nu tua. Non posuisti eis misericordias
Super senez aggrauasti iugum tuum

valde:⁊ dixisti. In sempiternuz ero do/
mina. Non posuisti hec super coz tuum
neqz recordata es nouissimi tui. Et nũc
audi hec delicata:⁊ habitans confidẽter
que dicis in corde tuo :ego suz:⁊ non ẽ
preter me amplius. Non sedebo vidua:
⁊ ignorabo sterilitatez. Veniẽt tibi duo
hec subito in die vna sterilitas⁊ vidui/
tas. Vniuersa venerunt super te ꝓpter
multitudinem maleficiorũ tuorũ⁊ pro
pter duriciam incantatoꝝ tuoꝝ velxmẽ
tem. Et fiduciã habuisti in malicia tua
⁊ dixisti: Non est qui videat me. Sapiẽ
tia tua⁊ sciẽtia tua hec decepit te. Et di/
xisti in corde tuo. Ego sum:⁊ preter me
non est altera. Veniet super te malũ: et
nescies ortũ eius:⁊ irruet super te cala/
mitas quã nõ poteris expiare. Veniet
sup te repẽte miseria quã nescies. Sta
cum incantatoribꝫ tuis⁊ cũ multitudi/
ne maleficioꝝ tuoꝝ in quibꝫ laborasti ab
adolescentia tua:si forte quid prosit ti/
bi:aut si possis fieri fortior. Defecisti in
multitudine ꝯsiliorꝝ tuoꝝ. Stent⁊ sal/
uent te augures celi qui contemplabã/
tur sidera⁊ supputabant menses: vt ex
eis annũciarent ventura tibi. Ecce facti
sunt quasi stipula:ignis combussit eos
Non liberabunt animã suam de manu
flamme:non sunt prune quibus calefi/
ant:nec focus vt sedeant ad eum. Sic
facta sunt tibi:in quibuscũqz laborae/
ras. Negociatores tui ab adolescentia
tua:vnusquisqz in via sua errauerunt.
Non est qui saluet te. XLVIII

Audite hec domus iacob qui vo
camini nomĩe israel:⁊ de aquis
iuda existis:qui iuratis in noĩe
dñi:⁊ dei israel recordamini :nõ in veri/
tate⁊neqz in iusticia. De ciuitate enĩ san
cta vocati sunt:⁊ sup deũ isrl' cõstabiliti
sunt. Dñs exercituũ nomẽ eius. Prio/
ra extunc annũciaui⁊ ex ore meo exiẽrt
⁊ audita feci ea:repẽte opatus sum⁊ ve
nerũt. Sciui enĩ qz durus es tu:⁊ ner/
uus ferreus ceruix tua:⁊ frons tua erea
Predixi tibi extũc:anteqz venirent indi
caui tibi:ne forte diceres. Idola mea fe
cerunt hec:⁊ sculptilia mea⁊ conflatilia
mandauerũt ista. Que audisti vide om
nia. Vos autem non annũciastis. Au/
dita tibi feci noua extunc⁊ conũsata sũt
que nescis. Nunc creata sunt⁊ nõ extũc
⁊ ante diem:⁊ nõ audisti ea:ne forte di/
cas:ecce ego cognoui eã. Neqz audisti neqz
cognouisti neqz extunc aperta est auris
tua. Scio enĩ quia preuaricãs preuarica
beris:⁊ trãsgressorem ex vtero vocaui te
Propter nomen meũ longe faciam fu
rorez meũ:⁊ laude mea infrenabo te ne
intereas. Ecce excoxi te sed nõ quasi ar/
gentũ:elegi te i camino paupertatiꝫ. Pro
pter me propter me faciam:vt nõ blas/
phemer⁊ gloriam meam alteri non da/
bo. Audi me iacob:⁊ israel quem ego vo
co. Egoipse:ego prim⁹ ⁊ ego nouissim⁹
Manus ẽz mea fundauit terram:⁊ de/
xtera mea mensa est celos. Ego vocabo
eos:⁊ stabunt simul. Cõgregamini oẽs
vos⁊ audite. Quis de eis annũciauit hĩ
Dñs dilexit eum:faciet voluntatẽ suaz
in babylone:⁊ brachiũ suũ in chaldeis.
Ego locutus sum⁊ vocaui eum:adduxi
euz⁊ directa est via eius. Accedite ad
me:⁊ audite hec. Nõ a principio in asco/
dito locutus sum. Ex tpe anteqz fieret
ibi eram:⁊ nunc dñs deus misit me et
spũs eius. Hec dicit dñs deus redem/
ptor tuus sanctus israel. Ego dñs de⁹
tuus doceus te vtilia:gubernãs te i via
qua ambulas. Vtinam attendisses mã
data mea. Facta fuisset sicut flumẽ pax
tua:⁊ iusticia tua sicut gurgites maris.
Et fuisset quasi harena semen tuum:et
stirps vteri tui vt lapilli eius. Non in/
terisset et non fuisset attritum nomen
eius a facie mea. Egredimini de baby/
lone:fugite a chaldeis. In voce exulta/
tionis annunciate:auditam facite hec
⁊ efferte illud vsqz ad extrema terre. Di
cite. Redemit dominus seruum suum
iacob. Non sitierunt in deserto cuz ẽdu/
ceret eos. Aquam de petra produxit eis
⁊ scidit petram⁊ fluxerunt aque. Non
est pax impijs dicit dominus.

XLIX

Audite insule ⁊ attendite popu-
li delonge. Dñs ab vtero voca
uit me: de ventre matris mee re
cordatus est nominis mei. Et posuit os
meum quasi gladiũ acutum: in vmbra
manus sue ꝓtexit me. ⁊ posuit me sicut
sagittã electã. In pharetra sua abscon-
dit me: ⁊ dixit mihi. Seruus meus es
tu israel: qꝛ in te glorificabor. Et ego di-
xi: In vacuũ laboraui: sine causa ⁊ vane
fortitudinem meaꝫ cõsumpsi. Ergo iu-
diciũ meũ cum dño ⁊ opus meũ cũ deo
meo. Et nũc hec dicit dñs formans me
ex vtero seruũ sibi: vt reducaꝫ iacob ad
eum. ⁊ israel non congregabit̃. Et glori
ficatus sum in oculis dñi: ⁊ deus meus
factus est fortitudo mea. Et dixit: Paꝝ
est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tri-
bus iacob: ⁊ feces isrl̃ cõuertendas. De
di te in lucem gentiũ: vt sis salus mea
vsqꝫ ad extremũ terre. Hec dicit dñs. re
demptor israel. sanctus eius: ad ꝯtẽpti
bilem aĩam ad abominatam gentez: ad
seruũ dñoꝝ: Reges videbũt ⁊ ꝯsurgent
principes ⁊ adorabũt ꝓpter dñm qꝛ fide
lis est: ⁊ scm̃ israel qui elegit te. Hec dic̃
dñs: In tp̃e placito exaudiui te: ⁊ in die
salutis auxiliatus suꝫ tui. Et seruaui te
et dedi te in fedus ꝓpl̃i vt suscitares ter
ram ⁊ possideres hereditates dissipatas
vt diceres his qui vincti sunt. exite. et
his qui in tenebris reuelamini. Sup
vias pascent̃ ⁊ in oĩbꝫ planis pascua eo
rũ. Non esuriẽt neqꝫ sitiẽt: ⁊ nõ ꝑcutiet
eos est⁹ ⁊ sol: qꝛ misꝛator eoꝝ reget eos: ⁊
ad fontes aquaꝝ potabit eos. Et ponaꝫ
omẽs montes meos in viam: ⁊ semite
mee exaltabunt̃. Ecce isti de longe veni-
ent: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ isti d̃
terra australi. Laudate celi ⁊ exulta ter-
ra: iubilate montes laudẽ: quia cõsola-
tus est dñs ꝓpl̃m suũ: ⁊ pauperũ suoruꝫ
miserebitur. Et dixit siõ: dereliquit me
dñs: ⁊ dñs oblit⁹ est mei. Nũquid obli-
uisci potest mulier infantez suũ: vt non
miseratur filio vteri sui? Et si illa obli-
ta fuerit: ego tamen non obliuiscar tui
Ecce in manibus meis descripsi te: mu
ri tui coram oculis meis semper. Tene
runt structores tui destruentes te. ⁊ dis
sipantes a te exibunt. Leua in circũitu
oculos tuos ⁊ vide: omnes isti congre-
gati sunt: venerunt tibi. Viuo ego dicit
dñs. quia omnibꝫ his velut ornamen-
to vestieris ⁊ circũdabis tibi eos quasi
sponsa. Quia deserta tua ⁊ solitudines
tue ⁊ terra ruine tue: nunc angusta erũt
pre habitatoribꝫ ⁊ longe fugabunt̃ qui
absorbebant te. Adhuc dicent in auribꝫ
tuis filij sterilitatis tue: Angustus ẽ mi
hi locus: fac spatium mihi vt habitem.
Et dices in corde tuo. Quis genuit mi
hi istos? Ego sterilis ⁊ nõ pariens trãs-
migrata ⁊ captiua: ⁊ istos quis enutri-
uit? Ego destituta ⁊ sola: ⁊ isti vbi hic e-
rant? Hec dicit dominus deus. Ecce le-
uabo ad gentes manum meam: ⁊ ad po-
pulos exaltabo signum meũ. Et offerẽt
filios suos in vlnis: ⁊ filias suas super
humeros portabũt. Et erunt reges nu
tricij tui: ⁊ regine nutrices tue. Vultu
in terra demisso adorabunt te: ⁊ pulue-
rem pedum tuoruꝫ lingent. Et scies qꝛ
ego dñs: super quo non cõfundent̃ qui
expectant eum. Nunquid tollet̃ a forti
preda: aut quod captum fuerit a robu-
sto saluuꝫ esse poterit? Quia hec dicit do
minus. Equidem et captiuitas a forti
tolletur: ⁊ quod ablatum fuerit a robu-
sto saluabit̃. Eos vero qui iudicauerũt
te ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego salua-
bo. Et cibabo hostes tuos carnibꝫ suis: ⁊
quasi musto sanguine suo inebriabunt̃
Et sciet omĩs caro qꝛ ego dñs saluans
te: ⁊ redemptor tuus fortis iacob. L

Hec dicit dñs. Quis est hic liber
repudij matris vestre: quo di-
misi eam? Aut quis est creditor
meus: cui vendidi vos? Ecce enĩ in iniq̃
tatibus vr̃is venditi estis ⁊ in sceleribꝫ
vestris dimisi matrem vestram: quia ve
ni ⁊ non erat vir: vocaui ⁊ non erat qui
audiret. Nunquid abbreuiata ⁊ paruu
la facta est manus mea vt nõ possim re-
dimere. aut non est in me virtus ad libe
randũ? Ecce in increpatione mea desertũ

faciam mare:ponam flumina in siccum
Cõputrescent pisces sine aqua:& mori/
entur in siti. Induam celos tenebris &
saccum ponam operimẽtum eor. Dñs
dedit mihi linguam eruditam:vt sciam
sustẽtare eum qui lassus est verbo. Eri/
git mane.mane erigit mihi aurẽ:vt au/
diam quasi magistrum. Dominus de⁹
aperuit mihi aurem:ego autem nõ con
tradico:retrorsum nõ abij. Corpus me
um dedi percutientibus·& genas meas
vellẽtibus. Faciẽ meam non auerti ab
increpantibus & cõspuẽtib⁹ in me. Do/
minus deus auxiliator meus:& ideo nõ
sum confusus. Ideo posui faciẽ meam vt
petram durissimam:& scio quoniã non
cõfundar. Iuxta ẽ q iustificat me. Quis
contradicet mihi:Stem⁹ simul. Quis
est aduersarius me⁹. Accedat ad me. Ec
ce dominus deus auxiliator me⁹. Quis
est qui condemnet me:Ecce omnes q̃si
vestimẽtum conterentur:& tinea come/
det eos. Quis ex vobis timẽs dominuz
audiens vocem serui sui:Quis ambu/
lauit in tenebris & non est lumẽ ei. Spe
ret in nomine domini:et innitatur sup
deum suũ. Ecce vos omnes accẽdentes
ignẽ accincti flammis. Ambulate in lu/
mine ignis vestri:& in flãmis quas suc/
cendistis. De manu mea factum est hoc
vobis. In doloribus dormietis. LI

Audite me qui sequimini quod
iustum est:& queritis dominuz.
Attendite ad petram vnde exci
si estis & ad cauernam laci de qua precisi
estis. Attendite ad abraam patrem ve/
strum:& ad saram que peperit vos. Quia
vnũ vocaui eũ:& bẽdixi ei:& multiplica
ui eum. Consolabitur ergo domin⁹ siõ
& consolabitur omẽs ruinas ei⁹. Et po/
net desertum eius quasi delitias:& soli/
tudinem eius quasi hortũ domini. Gau
dium & leticia inuenietur in ea:gratiar
actio & vox laudis. Attẽdite ad me popu
lus meus:& tribus mea me audite:Quia
lex a me exiet:& iudicium meum in lucẽ
populorum requiescet. Prope est iustus
meus:egressus est saluator meus:& bra
chia mea populos iudicabũt. Me insu/
le expectabunt.& brachium meum susti
nebunt. Leuate in celum oculos vestros
& videte sub terra deorsum:quia celi sic
fumus liquescent:& terra sicut vestimẽ/
tum atteretur:& habitatores eius sicut
hec interibunt. Salus autem mea in
sempiternum erit:& iusticia mea nõ defi
ciet. Audite me qui scitis iustum:popu
lus meus lex mea in corde eorum. No/
lite timere opprobriũ hominum:& blas/
phemias eorum ne metuatis. Sicut ei
vestimentum sic comedet eos vermis:
& sicut lanã sic deuorabit eos tinea. Sa
lus aũt mea in sempiternũ erit:& iusti/
cia mea in generationes generationum.
Cõsurge cõsurge induere fortitudinem
brachium dñi. Consurge sicut in diebus
antiquis:in generationib⁹ seculorum.
Nũquid nõ tu percussisti superbũ·vulne
rasti draconem:Nunquid nõ tu siccasti
mare:aquam abyssi vehementis:Qui
posuisti profundum maris viam·vt trã/
irent liberati. Et nunc qui redempti sunt
a domino·reuertentur·venient in sion
laudantes·& leticia sempiterna super ca
pita eor. Gaudium & leticiam tenebũt·
fugiet dolor & gemitus. Ego egoipse cõ/
solabor vos. Quis tu vt timeas ab hõie
mortali & a filio hominis·qui quasi fenũ
ita arescet·& oblitus es domini factoris
tui qui tetendit celos & fundauit terram
et formidasti iugiter tota die a facie fu/
roris ei⁹ qui te tribulabat· & parauerat
ad perdendum. Vbi nunc est furor tri/
bulantis:Cito veniet gradiens ad ape/
riendum·& non interficiet vsq̃ ad inter
nitionem· nec deficiet panis eius. Ego
autem sum dominus deus tuus qui
conturbo mare & intumescunt fluctus
eius·dominus exercituum nomen me
um. Posui verba mea in ore tuo:& in um
bra manus mee protexi te·vt plãtes ce/
los & fundes terram·& dicas ad sion·po
pulus meus es tu. Eleuare eleuare·cõ
surge hierusalem·que bibisti de manu
domini calicem ire eius. Vsq̃ ad fundũ
calicis soporis bibisti· et potasti vsq̃ ad

feces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit. & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit. Duo sunt que occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te? Vastitas et contritio & fames et gladius. Quis consolabit te? Filij tui proiecti sunt. dormierunt in capite omnium viarum sicut oryx illaqueatus. pleni indignatione domini. increpatione dei tui. Idcirco audi hec pauperecula. et ebria non a vino. Hec dicit dominator tuus dominus. & deus tuus qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis. fundum calicis indignationis mee. Non adijciam vt bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt & dixerunt anime tue incuruare vt trānseam. & posuisti vt terrā corpus tuum. & quasi viā trānseuntibus. LII

Consurge consurge induere fortitudine tua sion. Induere vestimentis glorie tue hierusalez ciuitas sancti quia non adijciet vltra vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. Excutere de puluere. consurge. sede hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia sion. quia hec dicit dominus: Gratis venundati estis. & sine argento redimemini. Quia hec dicit dominus deus. In egyptum descendit populus meus in principio. vt colonus esset ibi & assur absque vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic dicit dominus: Quoniam ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius iniq agunt dicit dominus. & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa. quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quā pulcri super montes pedes annūciantis & predicantis pacem: annūciantis bonum. predicantis salutē. dicētis. Sion regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum. Leuauerunt vocem: simul laudabūt: quia oculo ad oculū videbūt cū conuerterit dns sion. Gaudete et laudate simul deserta hierlm: quia consolat' est dns plm suū. redemit hierlm. Parauit dominus brachiū scm suū in oculis oīm gētiū. & videbūt oēs fines terre salutare dei nri. Recedite recedite exite inde. polutū nolite tāgere. Exite de medio eius mūdamini q fertis vasa dni. Qm nō in tumultu exibitis. nec in fuga pperabitis Precedet enī vos dns. & congregabit vos deus isrl. Ecce intelliget puer meus. & exaltabitur & eleuabit & sublimis erit valde Sic obstupuerūt sup te mlti. sic inglorius erit int' viros aspect' eius. & forma eius int' filios hoīm. Iste aspget gētes multas. sup ipm continebūt reges os suum. Quia qbs nō est narratū de eo vidērūt. & q nō audierūt contēplati sunt. LIII

Quis credidit auditui nro & brachiū dni reuelatū e? Et ascēdet sic gultū coram eo. & sic radix de terra sitiēti. Nō e spes ei neq decor. Et vidim' & non erat aspectus & desideraui mus eum despectū & nouissimū virorū virū dolor & sciētē infirmitatē. Et qsi absconditus vultus eius et despectus. vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipe tulit. et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum: et percussum a deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus e propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq in viam suam declinauit: et posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus e quia ipe voluit: & nō aperuit os suū. Sic ouis ad occisionē ducet: et q fiagn' coram tondēte se obmutescet: & nō apiet os suū De angustia et de iudicio sublatus est: Generationē ei' quis enarrabit: Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura: & diuites pro morte sua. eo q iniquitatem nō fecerit neq dolus fuerit i ore ei' et dns voluit conterere eū in infirmitate. Si posuerit ppeccato animam suā videbit semē lon-

geuū. ⁊ volūtas dñi in manu eius diri-
getur. Pro eo ꝙ laborauit aīa ei⁹: vide-
bit ⁊ saturabitur. In sciētia sua iustifi-
cabit ipse iustus seruus meus multos
⁊ iniquitates eoruz ipse portabit. Ideo
disptiam ei plurimos ⁊ fortiuz diuidet
spolia: pro eo ꝙ tradidit in mortem ani-
maz suā: ⁊ cuz sceleratis reputatus est
Et ipse peccata multorum tulit: et pro
trāsgressoribus rogauit. LIIII

Lauda sterilis que non paris: de
canta laudem ⁊ hinni que non
pariebas: qm̄ multi filij deserti
magis q̄z eius que habebat virū dicit do
min⁹. Dilata locū tētorij tui: ⁊ pelles ta
bernaculoꝝ tuoꝝ extēde. Ne parcas. Lō
gos fac funiculos tuos: et clauos tuos
consolida. Ad dexteram enī ⁊ leuam pe-
netrabis: ⁊ semē tuum gentes heredita
bit: ⁊ ciuitates desertas inhabitabit. No
li timere: quia non confunderis neq̄z e-
rubesces. Non enī te pudebit. qꝛ ꝯfusio-
nis adolescētie tue obliuisceris: ⁊ op-
probrij viduitatis tue non recordaberꝫ
amplius. Quia dñabit̄ tui qui fecit te:
dñs exercituū nomen eius: ⁊ redēptor
tuus sanctus israel: deus omīs terre vo
cabit̄. Quia vt mulierē derelictaz ⁊ me
rentē spū vocauit te dñs: ⁊ vxorē ad ado
lescentia abiectā. Dixit deus tuus. Ad
punctum in modico dereliqui te: ⁊ ī mi
serationibus magnis cōgregabo te. In
momēto indignationis abscondi faci-
em meam parūper a te: ⁊ in mīa sempit̄
na misertus sum tui. Dixit redēptor tu
us dñs. Sicut in diebꝫ noe istud mihi
est: cui iuraui ne inducerez aquas dilu-
uij vltra supra terram. sic iuraui vt nō
irascar tibi ⁊ non increpem te. Montes
enī cōmouebunt̄ ⁊ colles cōtremiscent
misericordia aūt mea nō recedet a te: et
fedus pacis mee nō mouebit̄. Dixit mi
serator tuus dñs. Paupcula tēpestate
cōuulsa absq̄z vlla ꝯsolatione. ecce ego
sternam per ordinē lapides tuos. ⁊ fun
dabo te in sapphyris. Et ponam iaspidē
propugnacula tua. ⁊ portas tuas in lapi
des sculptos. ⁊ omnes terminos tuos
in lapides desiderabiles. Uniuersos fi-
lios tuos doctos a domino ⁊ multitudi
nem pacis filijs tuis ⁊ in iusticia funda
beris. Recede ꝓcul a calumnia. quia nō
timebis: ⁊ a pauore. quia non appropin
quabit tibi. Ecce accola veniet. qui non
erat mecum. aduena quondam tu⁹ ad-
iūgetur tibi. Ecce ego creaui fabruz suf
flantem in igne prunas. ⁊ proferentem
vas in opus suum. ⁊ ego creaui interfe
ctorē ad dispdendū. Omne vas quod
victū est ꝯtra te non diriget̄. ⁊ oēm lin-
guam resistentē tibi. in iudicio iudicab̄.
Hec est hereditas seruorū domini. ⁊ iu-
sticia eorum apud me dicit dñs. LV

Omnes sitientes venite ad aq̄s
⁊ qui nō habetis argentū. ꝓpera
te. emite ⁊ comedite. Venite e-
mite absq̄z argento ⁊ absq̄z vlla commu
tatione. vinū ⁊ lac. Quare appenditis
argentū nō in panibꝫ. ⁊ laborez vr̄m nō
in saturitate? Audite audiētes me ⁊ co-
medite bonum. ⁊ delectabitur in crassi-
tudine anima vestra. Inclinate aurem
vestram ⁊ venite ad me. audite. et viuet
anima vestra. ⁊ feriam vobiscum pactuz
sempiternum. misericordias dauid fide
lis. Ecce testem populis dedi eum. du-
cem ac preceptorem gentibus. Ecce gē-
tem quam nesciebas vocabis ⁊ gentes
que non cognouerunt te ad te current
propter dominum deum tuuz ⁊ sanctū
israel. quia glorificauit te. Querite dñz
dum inuenire pōt. inuocate eū duz ꝓpe
est. Derelinquat impius viam suam. ⁊
vir iniquus cogitationes suas. ⁊ reuer-
tatur ad dñm ⁊ miserebitur eius. ⁊ ad
deum nostruz quoniā multus est ad ig-
scendū. Nō enī cogitationes mee cogi-
tationes vestre. neq̄z vie vr̄e vie mee di
cit dñs. Quia sicut exaltantur celi a ter
ra. sic exaltate sunt vie mee a vijs vr̄is.
⁊ cogitatiōes mee a cogitationibus ve-
stris. Et quomodo descēdit imber ⁊ nix
de celo et illuc vltra non reuertitur. sed
inebriat terrā ⁊ īfundit eā ⁊ germinare
eā facit. ⁊ dat semē serēti. ⁊ panez come-
dēti. sic erit ꝟbū meū qđ egredie t̄ de ore

meo. Non reuertetur ad me vacuū. sed faciet quecūq; volui ⁊ ꝓsperabitur ī his ad que misi illud. Quia in leticia egrediemini. ⁊ in pace deducemini. Mōtes ⁊ colles cantabūt coram vobis laudem ⁊ omīa ligna regionis plaudent manu Pro saliūcula ascendet abies. ⁊ pro vrtica crescet myrtus. Et erit dn̄s noīatus in signū eternū qđ non auferet̄. LVI

Hec dicit dn̄s. Custodite iudicium ⁊ facite iusticiam. qꝛ iuxta est salus mea vt veniat. ⁊ iusticia mea vt reuelet̄. Beatus vir qui facit hoc. ⁊ filius hom̄is qui apprehēdet istud Custodiens sabbatum ne polluat illud custodiens manus suas. ne faciat omē malū. Et nō dicat filius aduene qui adheret dn̄o dicēs: Separatiōe diuidet me dn̄s a populo suo. Et non dicat eunuchus. ecce ego lignum aridū. Quia hec dicit dn̄s eunuchis. Qui custodierint sabbata mea ⁊ elegerint que ego volui ⁊ tenuerīt fedus meū. dabo eis in domo mea ⁊ in muris meis locū. ⁊ nomē melius a filijs ⁊ filiabꝫ. Nomen sempiternum dabo eis qđ non peribit. Et filios aduene qui adherent domino vt colant eum. ⁊ diligāt nomē eius vt sint ei ī seruos. omnez custodiētez sabbatū ne polluat illud. ⁊ tenentem fedus meū. adducam eos in mōtez scm̄ meū. et letificabo eos in domo oratiōis mee. Holocausta eoꝝ ⁊ victime eoꝝ placebūt mihi super altari meo. qꝛ dom⁹ mea domus orōnis vocabit̄ cūctis ppl'is. ait dn̄s de⁹ qui cōgregat dispsos isrl'. Adhuc ꝯgregabo ad eū cōgregatos eius. Oēs bestie agri venite ad deuorandū. vniuerse bestie salt⁹ Speculatores eius ceci oēs. nescierunt vniuersi. canes muti non valentes latrare. videntes vana. dormiētes ⁊ amātes somnia. ⁊ canes impudentissimi nescierūt saturitatē. Ipsi pastores ignorauerūt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerūt. vnusquisq; ad auariciam suam a summo vsq; ad nouissimum. Venite sumamus vinum: ⁊ impleamur ebrietate: et erit sicut hodie sic et cras: et multo amplius. LVII

Iustus perit ⁊ non est qui recogitet in corde suo: ⁊ viri misericordie colligunt̄: qꝛ non est qui intelligat. A facie enī militie collect⁹ est iustus. Veniet pax: requiescet in cubili suo. q̄ ambulauit in directiōe sua. Vos aūt accedite huc filij auguratricis: semē adulteri ⁊ fornicarie. Sup quē lusistis Sup quez dilatastis os: ⁊ eiecistis linguam: Nūquid nō vos filij scelesti. semē mēdax. Qui cōsolamini in dijs subter omne lignū frōdosum. immolātes paruulos in torrentibꝫ: subter eminentes petras. In ptibꝫ torrētis pars tua: hec est sors tua. Et ipsis effudisti libamen: obtulisti sacrificium. Nūquid sup his nō indignabor: Sup mōtem excelsuz ⁊ sublimē posuisti cubile tuū: ⁊ illuc ascēdisti vt immolares hostias. Et post ostium ⁊ retro postem posuisti memoriale tuū. quia iuxta me discooꝑuisti ⁊ suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuum ⁊ pepigisti cum eis fedus. Dilexisti stratum eorum manu aperta ⁊ ornasti te regio vnguento: et multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos ꝓcul: ⁊ humiliata es vsq; ad inferos. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti. quiescā. Vitam manus tue inuenisti. Propterea nō rogasti. Pro quo sollicita timuisti: qꝛ mētita es ⁊ mei nō es recordata: neq; cogitasti in corde tuo. qꝛ ego tacēs ⁊ q̄si nō vidēs: ⁊ mei oblita es. Ego annūciabo iusticiā tuā: ⁊ opa tua nō proderūt tibi. Cū clamaueris liberēt te ꝯgregati tui. Et oēs eos auferet vent⁹: tollet aura. Qui aūt fiduciā hz mei hereditabit terrā: ⁊ possedebit montē scm̄ meū: ⁊ dicā. Vliaz facite. ꝑbete iter: declinate de semita: auferte offēdicl'a de via ppl'i mei Quia hec dicit excelsus ⁊ sublimis habitans eternitatem: ⁊ sanctum nomen eius in excelso et in sancto habitans: et cum contrito et humili spiritu: vt viuificet spirituz humiliū ⁊ viuificet cor cōtritoruz. Non enim in sempiternū litigabo neq; vsq; ad finē irascar. qꝛ spūs a

facie mea egredietur: ⁊ flatus ego faciaz
Propter iniquitatem auaricie eius ira
tus sum: ⁊ percussi eum. Abscondi ⁊ in/
dignatus sum. Et abijt vag⁹ in via cor
dis sui. Vias eius vidi ⁊ sanaui eum: ⁊
reduxi eum ⁊ reddidi consolationes ip/
si ⁊ lugentibꝫ eius. Creaui fructum la/
biorum pacem: pacem ei qui longe est:
⁊ qui prope dixit dominus: ⁊ sanaui eum
Impij autem quasi mare feruens qꝫ
quiescere non potest: et redundant flu/
ctus eius in conculcationem et lutum
Non est pax impijs dicit dñs deus.

Clama ne cesses: qsi tuba exalta vocem tuam: et an/ LVIII
nuncia populo meo scelera eor
⁊ domui iacob peccata eor. Me etenī de
die in diem querunt: ⁊ scire vias meas
volunt: quasi gens que iusticiaz fecerit:
⁊ que iudiciuz dei sui non dereliquerit.
Rogant me iudicia iusticie: ⁊ appropin/
quare deo voluut. Quare ieiunauim⁹ ⁊
nō aspexisti: humiliamus animas nras
⁊ nescisti: Ecce in die ieiunij vri inueni
tur voluntas vra: ⁊ oēs debitores vros re
petitis. Ecce ad lites ⁊ ad cōtentiones ie/
iunatis: ⁊ percutit⁹ pugno impie. Nolite
ieiunare sicut vsqꝫ ad hāc diē vt audiat
in excelso clamor vester. Nūquid tale est
ieiuniū qꝫ elegi: p diē affligere hominē
aiam suā: Nūquid cōtorquere quasi cir
culū caput suū: ⁊ saccū ⁊ cinerē sternere
Nūquid istud vocabis ieiuniū: ⁊ diem
acceptabilem dño: Nonne hoc est ma/
gis ieiunij qꝫ elegi: Dissolue colliga/
tiones impietatis: solue fasciculos de/
primētes. Dimitte eos qui ꝓfracti sunt
liberos: ⁊ omē onus dirūpe. Frange esu
rienti panem tuū: ⁊ egenos vagosqꝫ in/
duc in domū tuā. Cum videris nuduz
operi eū: ⁊ carnē tuā ne despexeris. Tūc
erūpet quasi mane lumē tuū: ⁊ sanitas
tua citius orieꝫ. Et anteibit faciē tuā iu
sticia tua: ⁊ gl'ia dñi colliget te. Tūc inuo
cabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis: ⁊ dicet
ecce adsuz. Si abstuleris de medio tui
catenam ⁊ desieris extendere digitum: ⁊
loqui quod nō prodest. Cum effuderis
esurienti animam tuam: ⁊ animam af/
flictam repleueris: orietur in tenebris
lux tua: ⁊ tenebre tue erunt sicut meri/
dies. Et requiem tibi dabit dñs de⁹ tu/
us semper: ⁊ implebit splendoribꝫ ani/
mam tuam: ⁊ ossa tua liberabit. Et eris
quasi hortus irriguus: ⁊ sicut fons aq̄e
cuius non deficient aque. Et edificabū
tur in te deserta seculorum fundamen/
ta generationis ⁊ generationis suscita/
bis. Et vocaberis edificator sepium: ati/
tens semitas in quietem. Si auerteris
a sabbato pedem tuum: facere voluntā/
tem tuam in die sancto meo. ⁊ vocabe/
ris sabbatum delicatum ⁊ sanctum dñi
glorioſum: ⁊ glorificaueris eū dū nō fa
cis vias tuas ⁊ nō inuenit voluntas tua
vt loquaris ꝓmonē: tūc delectaberis su/
per dño: ⁊ sustollam te sup altitudines
terre: et cibabo te hereditate iacob ptris
tui. Os enim dñi locutum est. LIX

Ecce nō est abbreuiata manus
dñi vt saluare nequeat: neqꝫ ag
grauata est auris eius vt non
exaudiat: sed iniq̄tates vre diuiserūt in
ter vos ⁊ deū vrm: ⁊ pcta vra abscōdert
faciez ei⁹ a vobis ne exaudiret. Manus
enim vre pollute sunt sanguine: ⁊ digiti
vri iniquitate. Labia vestra locuta sunt
mendaciuz: ⁊ lingua vra iniq̄tatē fatur.
Non est qui inuocet iusticiā: neqꝫ ē qui
iudicet vere: sed confidūt in nihilo: et lo
quūtur vanitates. Conceperunt labore
⁊ pepererūt iniquitatē. Ova aspidū fu/
perunt: ⁊ telas aranee texuerūt. Qui co
mederit de ouis eor morietꝫ: ⁊ quod cō/
fotū est erūpet in regulū. Tele eorū nō
erūt in vestimentū: neqꝫ operient opib⁹
suis. Opa eor opa inutilia: ⁊ op⁹ iniq̄ta
tis in manib⁹ eor. Pedes eor ad malū
currūt: ⁊ festināt vt effundāt sanguinez
innocētē. Cogitatiōes eor cogitationes
inutiles. Vastitas ⁊ ꝓtritio in vijs eor
Viā pacis nescierūt: ⁊ nō ē iudiciū i gres/
sib⁹ eor. Semite eor icuruate sūt eis
oīs q̄ calcat in eis ignorat pacē. Propter h⁹
elōgatū est iudiciū a nob: ⁊ nō apprehē/
det nos iusticia. Expectauimus lucē et

ecce tenebre. spleudorem. ⁊ in tenebris
ambulauimus. Palpauimus sicut ce-
ci parietem. ⁊ quasi absq; oculis attre-
ctauimus. Impegimus meridie quasi
in tenebris. in caliginosis quasi mortui
Rugiemus quasi vrsi omēs. ⁊ quasi co
lumbe meditantes gememus. Expecta
uimus iudicium ⁊ nō est. salutem ⁊ elō
gata est a nobis. Multiplicate sunt enī
iniquitates nr̄e coram te. ⁊ peccata nr̄a
rn̄derūt nob̄. Quia scelera nr̄a nobiscū
⁊ iniquitates nr̄as cognouim⁹. peccare
⁊ mētiri ɔtra dn̄m. ⁊ aūsi sumus ne ire-
mus post tergum dei nr̄i vt loq̄remur
calūniam ⁊ trāsgressiōem. Cōcepimus
⁊ locuti sum⁹ de corde verba mēdacij: et
cōuersum est retrorsum iudiciū. ⁊ iusti-
cia longe stetit. Quia corruit in platea
veritas. ⁊ equitas nō potuit ingredi. Et
facta est veritas ī obliuione. ⁊ qui reces-
sit a malo. prede patuit. Et vidit dn̄s. ⁊
malū apparuit in oculis eius. q̄ nō est
iudiciuz. Et vidit deus q̄ non est vir. ⁊
aporiatus est q̄ nō est qui occurrat. Et
saluauit sibi brachium suum. ⁊ iusticia
eius ipsa cōfirmauit eū. Indutus est iu
sticia vt lorica. ⁊ galea salutis in capite
ei⁹. Indut⁹ est vestimētis vltionis ⁊ op
tus est q̄si pallio celi: sicut ad vindictaz
quasi ad retributionem indignationis
hostib⁹ suis ⁊ vicissitudinē inimicis su-
is. Insulis vicem reddet. Et timebunt
qui ab occidente. nomē dn̄i: ⁊ qui ab or
tu solis gloriā eius. Cū venerit q̄si flu-
uius violentus quē spūs dn̄i cogit: et
venerit sion redemptor: ⁊ eis qui rede-
unt ab iniq̄tate in iacob dicit dn̄s. Hoc
fedus meuz cum eis dicit dn̄s. Spūs
meus qui est in te ⁊ verba mea que po-
sui in ore tuo. non recedent de ore tuo:
⁊ de ore seminis tui dicit dn̄s: amodo ⁊
vsq; in sempiternum.

LX

Surge illuminare hierusalez q̄
venit lumen tuum ⁊ gloria dn̄i
sup̄ te orta est. Quia ecce tene-
bre operient terraz: ⁊ caligo populos: su
per te autem orietur dominus: ⁊ gloria
eius in te videbitur. Et ambulabūt gē
tes in lumine tuo: ⁊ reges in splendore
ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos
⁊ vide omnes isti congregati sunt. vene
runt tibi. Filij tui delonge venient: ⁊ fi-
lie tue de latere surgent. Tunc videbis
⁊ afflues ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor
tuum q̄n cōuersa fuerit ad te multitu-
do maris: fortitudo gentium venerit ti
bi. Inundatio camelor̄ operiet te: dro
medarij madian ⁊ effa. Oēs de saba ve-
nient aurū ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem
dn̄o annūciantes. Omne pecus cedar
cōgregabit̄ tibi: arietes nabaioth mini-
nistrabūt tibi. Offerent̄ super placabili
altari meo: ⁊ domū maiestatis mee glo
rificabo. Qui sunt isti qui vt nubes vo-
lant ⁊ quasi columbe ad fenestras suas?
Me enī insule expectant ⁊ naues maris
in p̄ricipio: vt adducaz filios tuos de lō
ge. Argentuz eor̄ ⁊ aurū eor̄ cuz eis no
mini dn̄i dei tui ⁊ scō isrl̄: q̄ glorificauit
te. Et edificabūt filij p̄egrinor̄ muros
tuos: ⁊ reges eor̄ ministrabunt tibi. In
indignatione enī mea p̄cussi te: ⁊ in re-
conciliatione mea misertus suz tui. Et
ap̄ientur porte tue iugiter: die ac nocte
non claudentur: vt auferat̄ a te fortitu-
do gentiuz: ⁊ reges earū adducant̄. Gēs
enī ⁊ regnū q̄d nō seruierit tibi. p̄ibit et
gentes solitudine vastabunt̄. Gloria li-
bani ad te veniet: abies ⁊ buxus ⁊ pinus
simul ad ornādū locuz sanctificationis
mee: ⁊ locū pedū meor̄ gl̄ificabo. Et ve-
niēt ad te curui filij eor̄ q̄ hūiliauerunt
te. ⁊ adorabūt vestigia pedū tuor̄ oēs q̄
detrahebāt tibi: ⁊ vocabūt te ciuitatē dn̄i
siō scī isrl̄. Pro eo q̄ fuisti derelicta ⁊ o-
dio hīta. ⁊ nō erat q̄ p̄ te trāsiret: ponā te
ī sup̄biā scl̄or̄ gaudiū ī generatōnē ⁊ ge
nerationē. Et suges lac gētiū ⁊ māmil-
la regū lactabet̄. Et scies q̄ ego dn̄s sal
uās te: ⁊ redēptor tu⁹ fortis iacob. Pro
ere afferam aurum: et pro ferro afferaz
argentum. et pro lignis es. ⁊ pro lapidi
bus ferrum. Et ponam visitationez tu
am pacem ⁊ prepositos tuos iusticiam
Nō audiet̄ vltra iniq̄tas ī t̄ra tua vasti-
tas ⁊ ɔtritō ī t̄mīs tuis: ⁊ occupabit sal⁹

muros tuos :et portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diez:nec splendor lune illuminabit te:sed erit tibi dominus in lucem sempiternam:et deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra sol tuus et luna tua non minuetur:quia dñs erit tibi in lucem sempiternam:et complebuntur dies luctus tui. Populus aũt tuus omnes iusti in perpetuũ hereditabunt terram:germen plantationis mee:opus manuũ mearum ad glorificandum. Minimus erit in mille:et parvulus in gentẽ fortissimã. Ego dñs in tpe eius subito faciã istud. LXI

Spiritus domini sup me:eo quod unxerit me. Ad annũciandum mãsuetis misit me vt mederer contritis corde:et predicarem captiuis indulgentiam et clausis aptionem:vt predicarem annum placabilem dño et diez vltionis deo nro:vt cõsolarer omẽs lugẽtes:vt ponerem fortitudinem lugentibus sion:et darem eis coronam pro cinere oleũ gaudij pro luctu palliũ laudis pro spiritu meroris. Et vocabunt eã in ea fortes iusticie:plãtatio dñi ad glorificandũ. Et edificabũt deserta a seculo:et ruinas ãtiquas erigent:et instaurabunt ciuitates desertas et dissipatas in generationẽ et generationez. Et stabũt alieni et pascẽt pecora vra:et filij pegrinor agricole et vinitores vestri erũt. Vos aũt sacerdotes dñi vocabimini ministri dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem gentiũ comedetis et in gloria eor supbietis. Pro cõfusiõe vestra duplici et rubore:laudabũt partem eor. Propter hoc in terra sua duplicia possidebũt:leticia sempitna erit eis. Quia ego dñs diligens iudiciuz:et odio hns rapinam in holocaustum:Et dabo opus eor in veritate:et fedus ppetuũ feriam eis. Et sciet in gentibus semẽ eor et germẽ eor in medio pplor. Omes qui viderint eos cognoscent illos:quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudens gaudebo in domino:et exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimentis salutis:et indumẽto iusticie circumdedit me:quasi sponsum decoratum corona:et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra pfert germẽ suũ:et sicut horta semẽ suum germinat:sic dñs deus germinabit iusticiam et laudẽ coram vniuersis gẽtibus. LXII

Propter sion nõ tacebo:et propter hierusalẽ non quiescam:donec egrediat vt splendor iustus eius:et saluator eius vt lãpas accendat. Et videbũt gẽtes iustũ tuũ:et cũcti reges inclytũ tuũ. Et vocabit te tibi nomẽ nouũ quod os dñi nominauit. Et eris corona glie in mãu dñi:et diadema regni in mãu dei tui. Nõ vocaberis vltra derelicta:et tra tua nõ vocabit ãplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea:et terra tua inhabitata. Quia cõplacuit dño in te et terra tua inhabitabit. Habitabit enim iuuenis cũ virgine:et habitabũt in te filij tui:Et gaudebit sponsus sup sponsam et gaudebit sup te deus tuus. Sup muros tuos hierusalẽ constitui custodes:tota die et tota nocte in perpetuũ nõ tacebũt. Qui reminiscemini dñi:ne taceatis et ne detis silentium ei donec stabiliat et donec ponat hierusalem laudem in terra. Jurauit dominus in dextera sua:et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis et si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt dominum et qui comportant illud bibent in atriis sanctis meis. Transite transite per portas:preparate viam populo. Planũ facite iter:et eligite lapides:et eleuate signum ad pplos. Ecce dns audituz fecit in extremis terre. Dicite filie sion. Ecce saluator tuus venit:eccce merces eius cũ eo:et opus eius coram illo. Et vocabũt eos populus sanctus:redempti a dño. Tu aũt vocaberis quesita ciuitas:et nõ derelicta. LXIII

Quis est iste q venit de edõm tinctis vestibus de bosra:Iste formosus in stola sua gradiẽs in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusti

ciam:⁊ propugnator sum ad saluādum
Quare ergo rubrum est indumētuz tu
um:⁊ vestimenta tua sicut calcantium ī
torcular? Torcular calcaui solus ⁊ de
gentibus non est vir mecum. Calcaui
eos in furore meo ⁊ cōculcaui eos ī ira
mea. Et aspsus ē sanguis eor sup vesti/
mēta me ⁊ oia indumēta mea inq̄naui
Dies enim vltionis in corde meo ⁊ ann⁹
retributiōis mee venit. Circūspexi ⁊ nō
erat auxiliator ⁊ quesiui ⁊ nō fuit qui ad
iuuaret. Et saluauit mihi brachiū me/
um ⁊ indignatio mea ipsa auxiliata est
mihi. Et cōculcaui pp̄los in furore meo
⁊ inebriaui eos indignatione mea ⁊ de/
traxi in terram virtutem eor. Misera/
tionum dñi recordabor ⁊ laudē dñi super
omib⁹ q̄ reddidit nobis dñs ⁊ sup mul/
titudinē bonor domus israel q̄ largitus
est eis ſm indulgentiā suam ⁊ ſm mul/
titudinē misericordiar suaruz. Et dixit:
Verūtamē pp̄s me⁹ est filij nō negan/
tes. Et fact⁹ est eis saluator in omī tri/
bulatiōe eor. Non est tribulat⁹: ⁊ ange/
lus faciei eius saluauit eos. In dilectō
ne sua ⁊ indulgētia sua ipe redemit eos
⁊ portauit eos ⁊ eleuauit eos cūctis die
bus seculi. Ipſi autē ad iracūdiam pro
uocauerūt ⁊ afflixerūt spiritū sancti ei⁹
Et cōuersus est eis in inimicū ⁊ ipse de
bellauit eos. Et recordatus est dierum
seculi: moysi ⁊ populi sui. Vbi est qui e/
duxit eos ō mari cū pastoribz gregis sui
Vbi est qui posuit in medio ei⁹ spirituz
sancti sui? Qui eduxit ad dexteraz moy/
sen brachio maiestatis sue: qui scidit a/
quas ante eos: vt faceret sibi nomē sem
piternuz. Qui eduxit eos p abyssos quasi
equū in deserto non impingentez: qua/
si animal in campo. Descēdes spiritus
dñi ductor eius fuit. Sic adduxisti po/
pulum tuum ⁊ vt faceres tibi nomē glo
rie. Attende de celo ⁊ vide de habitacu/
lo sancto tuo ⁊ glorie tue. Vbi est zelus
tuus ⁊ fortitudo tua: multitudo viscerū
tuor ⁊ miserationuz tuarum? Super
me continuerunt se. Tu enim pater no/
ster ⁊ abraaz nesciuit nos: et israel igno
rauit nos. Tu domine pater noster: re/
demptor noster: a seculo nomen tuum
Quare errare nos fecisti domine de vi/
is tuis: induraſti cor nostrū ne timere/
mus te? Conuertere propter seruos tu
os tribus hereditatis tue. Quasi nihi/
lū possederūt populū sanctū tuū hostes
nostri: conculcauerunt sanctificationez
tuam. Facti sumus quasi in principio
cū nō dominarer⁹ nostri: neq̄ inuocare
tur nomen tuum sup nos. LXIIII

Vtinam dirūperes celos ⁊ descē
deres. A facie tua mōtes defluerent: sicut exustio ignis tabesce/
rent: aque arderent igni ⁊ vt notum fie/
ret nomen tuū inimicis tuis: a facie tua
gentes turbarentur. Cū feceris mirabi
lia nō sustinebim⁹. Descēdisti: ⁊ a facie
tua mōtes defluerūt. A seculo non au/
dierūt neq̄ auribz perceperūt. Oculus
non vidit deus absq̄ te: que preparasti
expectātibz te. Occurristi letanti ⁊ faciē/
ti iusticiā: in vijs tuis recordabūtur tui
Ecce tu irat⁹ es ⁊ peccauim⁹: in ipsis fui
mus sp ⁊ saluabimur. Et facti sum⁹ vt im
mūdi oēs nos: ⁊ q̄si pann⁹ menstruate
vniuſe iusticie nre. Et cecidim⁹ quasi fo
liū vniuſi: ⁊ iniq̄tates nre q̄si vent⁹ ab/
stulerūt nos. Non est q̄ inuocet nomen
tuū: qui consurgat et teneat te. Abscon
disti faciem tuam a nobis: ⁊ allisisti nos
in manu iniquitatis nostre. Et nūc dñe
pater noster es tu ⁊ nos lutū: ⁊ fictor
noster tu: ⁊ opa manuū tuar oēs nos.
Ne irascaris dñe satis: ⁊ ne vltra memi
neris iniq̄tatis nre. Ecce respice: pp̄lus
tuus oēs nos. Ciuitas sancti tui facta
est deserta: sion deserta facta est ⁊ hierlm
desolata ⁊ dom⁹ scificationis nre ⁊ glorie
nre: vbi laudauerūt te pres nri ⁊ facta est
in exustiōem ignis: ⁊ omia desiderabilia
nra versa sunt in ruinas. Nūquid super
his cōtinebis te dñe: tacebis ⁊ affliges
nos vehementer. LXV

Quesierūt me qui ante nō inter
rogabāt: inuenerūt q̄ nō q̄sier⁹
me. Dixi: Ecce ego ecce ego ad
gētes q̄ nō inuocabāt nomē meū. Expādi

manus meas tota die ad populuz incre
dulum: qui graditur in via non bona p⁹
cogitationes suas. Pupulus qui ad ira
cundiā prouocat me ante faciem meaz
semp: qui immolāt in hortis ⁊ sacrificāt
sup lateres: qui habitāt in sepulcris et
in delubris idoloꝝ dormiunt. qui come
dūt carnē suillā: ⁊ ius ꝓphanū vasis eoꝝ
qui dicūt recede a me nō appropinques
mihi: qꝛ immūdus es. Isti fum⁹ erūt ī
furore meo: ignis ardēs tota die. Ecce
scriptū est corā me: Nō tacebo: sz reddaz
⁊ retribuā in sinu eoꝝ iniq̄tates vr̄as: ⁊
iniq̄tates patrū vr̄oꝝ sil' dicit dn̄s. qui
sacrificauerūt sup mōtes: ⁊ sup colles ex
ꝓbrauerūt mihi: ⁊ remetiar opus eorū
primū ī sinu eoꝝ. Hec dicit dn̄s. Quō
si inueniat̄ g̃nū in botro. ⁊ dicat̄ ne dissi
pes illud qm̄ bn̄dictō est: sic faciā ꝓpt̄ ser
uos meos vt nō dispdā totū. Et educā
de iacob semen: ⁊ de iuda possidentē mō
tes meos. Et hereditabūt eā electi mei
⁊ serui mei habitabūt ibi. Et erūt cam
pestria in caulas gregū: ⁊ vallis achor in
cubile armentoꝝ ꝓpl'o meo. qui requisi
erūt me. Et vos qui dereliquistis dn̄m
qui obliti estis montē sctm̄ meū: qui po
nitis fortune mēsam. ⁊ libatis sup eam
numerabo vos in gladio. et oēs in cede
corruetis. ꝓ eo q̄ vocaui ⁊ nō rn̄distis.
locutus sum ⁊ nō austistis. ⁊ faciebatis
malū in oculis meis. ⁊ que nolui elegi
stis. Propter hoc hec dicit dn̄s deus. Ec
ce serui mei comedēt. ⁊ vos esurietis. Ec
ce s̄ui mei bibent ⁊ vos sitietis. Ecce ser
ui mei letabunt̄. ⁊ vos ꝯfundemini. Ec
ce serui mei laudabūt pre exultatiōe cor
dis. ⁊ vos clamabitis p̄ dolore cordis. et
pre ꝯtritione spūs vlulabitis. ⁊ dimitte
tis nomē vr̄m in iuramētū electis me
is. Et interficiet te dn̄s de⁹. ⁊ seruos su
os vocabit noīe alio. In quo qui bn̄di
ctus est sup terraz. bn̄dicet̄ in deo. amē.
Et qui iurat ī terra iurabit in deo. amē
Quia obliuioni tradite sunt angustie
priores. ⁊ quia abscondite sunt ab ocul'
nostris. Ecce enī ego creo celos nouos
⁊ terram nouam: ⁊ non erunt in memo
ria priora. ⁊ non ascendent super cor. sed
gaudebitis ⁊ exultabitis vsqꝫ in sempi
ternum in his que ego creo. Quia ecce
ego creo hierusalem exultationem ⁊ po
pulum eius gaudiū ⁊ exultabo in hieru
salem ⁊ gaudebo ī populo meo. ⁊ nō au
diet̄ in ea vltra vox fletus ⁊ vox clamo
ris. Non erit ibi amplius infans dieruz
⁊ senex qui non impleat dies suos. quo
niā puer centuz anuoꝝ morietur: ⁊ pec
cator centū annoꝝ maledictus erit. Et
edificabunt domos ⁊ hītabunt. ⁊ plāta
būt vineas ⁊ comedēt fructus eaꝝ. Nō
edificabūt. ⁊ alius habitabit. nō planta
bunt ⁊ alius comedet. Scd̄m enī dies
ligni. erunt dies populi mei. ⁊ opera ma
manuum eoꝝ inueterabūt. Electi mei
nō laborabūt frustra. neqꝫ generabūt in
conturbatiōe. quia semē bn̄dictoꝝ dn̄i ē
⁊ nepotes eoꝝ cuz eis. Eritqꝫ anteq̄ cla
mēt ego exaudiam. adhuc illis loquēti
bos ego exaudiā. Lupus ⁊ agnus pascē
tur simul: ⁊ leo ⁊ bos. comedēt paleas. ⁊
serpenti puluis panis ei⁹. Nō nocebūt
neqꝫ occidēt ī oī mōte scō meo dic̄ dn̄s.

Hec dicit domin⁹. Celū LXVI
sedes mea terra autem scabellū
pedum meoruz. Que est ista do
mus quam edificabitis mihi ⁊ quis iste
locus requietionis mee: Omīa hec ma
nus mea fecit ⁊ facta sunt vniuersa ista
dicit dominus. Ad quem autem respi
ciam nisi ad pauperculum ⁊ contritum
spiritu ⁊ trementem sermones meos:
Qui immolat bouem. quasi qui interfi
ciat virum. Qui mactat pecus. quasi
qui excerebret canem. Qui offert obla
tionem. quasi qui sanguinem suillum
offerat. Qui recordatur thuris: quasi
qui benedicat idolo. Hec omnia elege
runt in vijs suis. ⁊ in abominationibus
suis anima eorum delectata est. Unde
⁊ ego eligam illusiones eorum. ⁊ que ti
mebant adducam eis. qꝛ vocaui et non
erat qui responderet. locutus sum ⁊ nō
audierunt. Fecerūtqꝫ malum in oculis
meis. ⁊ q̄ nolui elegerūt. Audite verbū
dn̄i. qui tremitis ad v̄bū eius. Dixerūt

fratres vestri odiētes vos ⁊ abijcientes
ꝓpter nomē meū. Glificet dñs ⁊ videbi
mus in leticia vr̄a. ipsi aūt ꝯfundentur
Vox ꝓpli de ciuitate: vox de templo: vox
dñi reddētis retributionē ĩimicis suis.
Anteq̄ꝫ parturiret. peperit: anteq̄ꝫ veni/
ret partus eius peperit masculū. Quis
audiuit vnq̄ꝫ tale: ⁊ quis vidit huic sile
Nūquid parturiet terra in die vna. aut
parietur gens simul: qꝛ parturiuit ⁊ pe
perit sion filios suos? Nūquid ego qui
alios parere facio: ipse nō pariam dicit
dñs? Si ego qui generationez ceteris
tribuo sterilis ero: ait dñs deus tuꝰ. Le
tamini cum hierusalez: ⁊ exultate in ea
oēs qui diligitis eam. Gaudete cum ea
gaudio vniuersi qui lugetis sup̄ eaz. vt
sugatis ⁊ repleamini ab vbere cōsolatio
nis eius: vt mulgeatis ⁊ delitijs afflua/
tis ab oīoda gloria eius. Quia hec dicit
dñs: Ecce ego declinabo sup̄ eam quasi
fluuiū pacis: ⁊ q̄si torrētem inundantez
gloriā gentiū quā sugetis. Ad vbera por
tabimini: ⁊ sup̄ genna blandient̄ vobis
Quō si cui mr̄ blādiat̄: ita ego ꝯsolabor
vos ⁊ in hierl̄m ꝯsolabimini. Videbit̄:
⁊ gaudebit cor vr̄m: ⁊ ossa vr̄a q̄si herba
germinabūt. Et cognoscet̄ manꝰ dñi ꝯ/
uis eius: ⁊ indignabitur inimicis suis.
Quia ecce dñs in igne veniet: ⁊ q̄si tur/
bo quadriga eius. reddere in indignatō
ne furorē suū: ⁊ increpationē suaz in flā
ma ignis. Quia ĩ igne dñs diiudicabit
⁊ in gladio suo ad oēm carnem: ⁊ multi/
plicabunt̄ interfecti a dño. Qui sancti/
ficabantur ⁊ mūdos se putabant in hor
tis post ianuā intrinsecus: qui comede/
bant carnez suillā ⁊ abominationē ⁊ mu
rē: simul ꝯsument̄ dicit dñs. Ego autē
opa eoꝝ ⁊ cogitationes eoꝝ venio vt cō/
gregē cū oībꝫ gētibꝫ: ⁊ linguis ⁊ venient
⁊ videbūt gl̄iaz meā. Et ponā ĩ eis signū
⁊ mittā ex eis qui saluati fuerīt ad gen/
tes in mare: ĩ africā. in lydiam: tenētes
sagittā in italiā ⁊ greciā ad insulas lon/
ge: ad eos qui non audierūt de me ⁊ nō
viderunt gloriam meam. Et annuncia
bunt gloriam meam gentibus: ⁊ addu/
cent omnes fratres vestros de cunctis
gentibꝫ donum domīo in equis ⁊ in q̄/
drigis ⁊ in lecticis ⁊ in mulis ⁊ in carru
cis. ad montem sanctū meū hierusalez
dicit dominus. quō si inferant filij isra/
el munus in vase mūdo in domuz dñi
Et assumam ex eis in sacerdotes ⁊ leui/
tas dic̄ dñs: qꝛ sicut celi noui ⁊ terra no
ua que ego facio stare corā me dicit dñs
deus sic stabit semē vr̄m ⁊ nomē vestrū
Et erit mensis ex mense: ⁊ sabbatum ex
sabbato. Veniet omnis caro: vt adoret
coram facie mea dicit dominꝰ. Et egre/
dientur ⁊ videbunt cadauera viroꝝ qui
preuaricati sunt in me. Vermis eoꝝ nō
morietur: ⁊ ignis eorum non extinguetur
⁊ erūt vsq̄ꝫ ad satietatē visiōis oī carni.

Explicit Esaias. Incipit pre
fatio in Hieremiā ꝓphetam.

Hec interpretatio hierony
mi est. Siquid in ea no/
uerit ꝯm hebreos codices
exploretur. Alia est septua
ginta interpretum ecclesi/
is vsitata: Que q̄ꝫuis nonnulla aliter
habeat q̄ꝫ in hebreis codicibus inueni/
tur. Tamē vtraq̄ꝫ id est ꝯm septuagīta
⁊ ꝯm hebream. apostolica autoritate fir
mata est: non errore neq̄ꝫ reprehensione
superiori. sed certo consilio septuaginta
nonnulli aliter dixisse vel cōtexuisse in/
telligunt̄. Qd̄ ideo p̄monemꝰ ne q̄sq̄ꝫ
alteram ex altera velit emēdare. Q̄ sin/
gulorum in suo genere veritas obser/
uanda est.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias ꝓpheta cui hic
prologus scribitur sermo
ne quidem apud hebreos
esaie et osee et quibusdaz
alijs ꝓphetis videt̄ esse ru/
stitior sz sensibꝫ par est: q̄ꝑpe q̄ eodē spū
ꝓphetauit. Porro simplicitas eloquij d̄
loco ei in q̄ natus est accidit. Fuit enim

anathotites qui est vsq; hodie viculus tribus ab hierosolymis distãs milibus sacerdos ex sacerdotibꝫ: & in matris vtero sanctificatus: virginitate sua euãgelicũ, virũ christi ecclesie dedicãs. Hic vaticinare exorsus est puer: & captiuitatez vrbis atq; iudee non solũ spiritu: sed et oculis carnis intuitus est. Jam decem tribus israel assyrij in medos transtulerant: iam terras earũ coloni gẽtiuz possidebant. Unde in iuda tantũ & in beniamin prophetauit: & ciuitatis sue ruinas quadruplici planxit alphabeto: qđ nos mensure metri versibusq; reddidimus Preterea ordinem visionuz qui apud grecos & latinos oio cõfusus est: ad pristinam fidem coegimus. Librũ aũt baruch notarij ei⁹: q̃ apud hebreos nec legit nec habet̃ ptermisim⁹: p his omibꝫ maledicta ab emulis pstolantes: quibꝫ me necesse est p singula opuscula rñdere. Et hoc patior: qz vos cogitis. Ceterũ ad compendiuz mali rectius fuerat modum furori eoꝝ silẽtio meo ponere: q̃ q̃tidie noui aliquid scriptitantez inuidorum insaniam prouocare.

Item alius plogus in eúndem.

Comẽtariũ. nõ tetri

Iachim filius iosie: cui⁹ tertiodecimo anno pphetare orsus ẽ hieremias sb quo & Olda mulier pphetauit ipse est qui alio noie appellat eliachim: te regnauit super tribum iuda & hierusalẽ annis vndecimi. Cui succedit in regnũ filius ioachin cognomento iechonias qui tertio mense regni eius die decima captus a ducibus nabuchodonosor ductus est in babylonem: et in loco ei⁹ pstitut⁹ est sedechias filius iosie patruus eius: cuius ãno vndecimo hierlm capta atq; subuersa est. Nemo igit̃ putet eundẽ in danielis pricipio ioachin qui i eçechielis exordio ioachim scribit̃. Iste extremam syllabam chim habet ille chin: & ob hãc cãm i euãgelio fm matthẽũ vna videt̃ desse generatio: quia secũda tesseredecas in ioachim desinit filiũ iosie: & tertia incipit a ioachin filio ioachim: Quod ignorans porphirius calumniaz instruit ecclesie: suam oñdens imperitiaz dñi euãgelistaz matthẽũ arguere nititur falsitatis: qđ q̃ traditum scribitur ioachim mõstrat non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam sed domini volũtatis.

Incipit argumẽtum in eundem.

Hieremias anathotites: qui est viculus tribꝫ a hierosolymis distans milibꝫ: apud thaphnas i egypto a populo lapidibus obrutus occubuit. Jacet vero in eo loco sepultus: quo dudũ pharao rex habitauerat: Et quoniam postulato ne sua defugatis ab eodem loco serpentibꝫ egyptios a tactu aspidũ facit esse securos magna eũ ibi religiõe egyptij venerantur.

Explicit argumẽtũ. Incipit Hieremias pphta. Cap. I

Verba hieremie pphte filij helchie de sacerdotibꝫ qui fuerũt in anathot in terra beniamin: Quod factũ est verbũ dñi ad eũ in diebꝫ iosie filij amon regis iuda in tertiodecimo anno regni eius: & fcm̃ est in diebꝫ ioachim filij iosie regis iuda: vsq; ad consummationem vndecimi anni sedechie filij iosie regis iuda: vsq; ad transmigrationẽ hierusalem in mense quinto. Et factuz est verbum domini ad me dicens. Priusq; te formarem in vtero: noui te & antecq; exires de vulua sanctificaui te: & pphetaz in gentibus dedi te. Et dixi. A. a. a. domine deus: Ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me Noli dicere quia puer sum: quoniaz ad omnia que mittam te ibis: et vniuersa

quecũq; mãdauero tibi. loqueris. Ne ti
meas a facie eoꝝ: qꝛ tecũ ego suꝫ vt eru/
am te dicit dñs. Et misit dñs manum
suam: ⁊ tetigit os meũ ⁊ dixit ad me. Ec
ce dedi verba mea in oꝛe tuo: ecce ꝯstitui
te hodie sup gẽtes et sup regna vt euel/
las et destruas ⁊ dispdas ⁊ dissipes ⁊ edi
fices ⁊ plãtes. Et factũ est verbũ dñi ad
me dicẽs: Quid tu vides hieremia? Et
dixi. Virgam vigilãtem ego video. Et
dixit dñs ad me: Bene vidisti: quia vigi
labo ego sup verbo meo vt faciam illud.
Et factũ est verbũ dñi secũdo ad me di/
cens: Quid tu vides? Et dixi. Ollã suc
censam ego video: et faciem eius a facie
aquilonis. Et dixit dñs ad me: Ab aqui
lone pandetur omne malũ sup oẽs ha/
bitatores terre. Quia ecce ego cõuocabo
omnes cogitatões regnorũ aquilonis
ait dñs. et venient ⁊ ponent vnusquisq;
soliũ suũ in introitu portarũ hierusalẽ:
et sup oẽs muros eius incircũitu: et su
per vniuersas vrbes iuda. Et loquar iu/
dicia mea cũ eis sup oẽm maliciã eoꝝ q̃
dereliquerũt me ⁊ libauerũt dijs alienis
et adorauerũt opus manuũ suaꝝ. Tu g̃
accinge lũbos tuos ⁊ surge: ⁊ loquere ad
eos oĩa que ego precipio tibi. Ne formi
des a facie eoꝝ: nec enĩ timere te faciam
vultũ eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in
ciuitatẽ munitã: ⁊ in colũnã ferreã: ⁊ in
murũ ereuꝫ sup oẽm terrã. regibꝫ iuda.
principibꝫ eiꝰ ⁊ sacerdotibꝫ: ⁊ oĩ ppl'o ter
re et bellabũt adu̇suꝫ te ⁊ nõ p̃ualebũt:
qꝛ ego tecũ sum ait dñs vt liberẽ te. II

Et factũ est verbuꝫ dñi ad me di
cens: vade et clama in auribus
hierusalem dicẽs: Hec dicit do
minus. Recordatus sum tui miserans
adolescẽtiam tuã ⁊ charitatẽ desponsati
onis tue qñ secuta es me in deserto: in t̃
ra que non seminat̃. Sanctus isrl' dño
primitie frugũ eius. Oẽs qui deuorant
eũ. delinquũt: mala venient sup eos di/
cit dñs. Audite verbũ dñi domus iacob:
et oẽs cogitatões domus isrl'. Hec dicit
dñs. Quid inuenerũt patres vr̃i in me
iniquitatis: qꝛ elongauerũt a me et am
bulauerũt post vanitatem: et vani facti
sunt? Et nõ dixerũt: vbi est dñs q̃ ascen
dere nos fecit de terra egypti. q̃ traduxit
nos p desertũ. p terrã inhabitabilem et
inuiam. per terrã sitis: et imaginez mor/
tis. et p terrã in qua nõ ambulauit vir
neq; habitauit homo. Et induxi vos in
terram carmeli: vt comoderetis fructũ
eius et bona illius. Et ingressi contami
nastis terram meam. et hereditatẽ meã
posuistis in abominatõez. Sacerdotes
non dixerũt: vbi est dñs. et tenẽtes legẽ
nescierũt me: et pastores p̃uaricati sunt
in me. Et ꝓphete ꝓphetauerunt in baal:
et idola secuti sunt. Propterea adhuc
iudicio contẽdam vobiscum ait dñs: et
cum filijs vr̃is disceptabo. Transite ad
insulas cethim et videte: ⁊ in cedar mit
tite et cõsiderate vehementer: et videte
si factũ est huiuscemodi. si mutauit gẽs
deos suos. Et certe ip̃i nõ sunt dij. Po/
pulus vero meus mutauit gloriam suã
in idolum. Obstupescite celi sup hoc: et
porte eius desolamini vehementer dicit
dominus. Duo enĩ mala fecit ppl's me/
us. Me dereliquerũt fontez aque viue:
et foderũt sibi cisternas dissipatas que
continere non valẽt aquas. Nũquid ser
uus est isrl' aut vernaculus? Quare er/
go factus ẽ in predaꝫ? Super euꝫ rugie
runt leones et dederũt vocem suam. po
suerũt terrã eius in solitudinẽ. Ciuita/
tes eius exuste sunt: et non est qui habi
tet in eis. Filij q̃ꝫ mẽphheos et thamne/
os constuprauerũt te vsq; ad verticem.
Nũquid nõ istud factum est tibi: qꝛ dere
liquisti dñm deum tuũ eo tpe quo duce
bat te per viam? Et nunc quid tibi vis
in via egypti: vt bibas aquã turbidam?
Et quid tibi cum via assyriorũ: vt bibas
aquaꝫ fluminis? Arguet te malicia tua
et auersio tua increpabit te. Scito et vi
de qꝛ malũ et amarũ est reliquisse te do/
minũ deum tuũ: et nõ esse timorez eius
apud te dicit dñs deus exercituum. A se
culo cõfregisti iugũ meuꝫ: rupisti vincu
la mea et dixisti. Nõ seruiam. In omni
enĩ colle sublimi et sub omĩ ligno fron/

uoso tu ꝓsternabaris meretrix. Ego aũt plãtaui te vineã electã: oñe semẽ verũ. Quõ ergo cõuersa es mihi in prauũ vinea aliena? Si laueris te nitro⁊ multiplicaueris tibi herbam lxith: maculata es in iniquitate tua coram me dicit dñs deus. Quõ dicis: nõ sum polluta: post baalim nõ ambulaui? Vide vias tuas in cõualle: scito quid feceris. Cursor leuis explicans vias suas: onager assuetus in solitudine: in desiderio aĩe sue attraxit vẽtũ amoris sui. Nullus auertet eã. Oẽs qui querũt eam nõ deficiẽt: in menstruis eius inuenient eam. Prohibe pedem tuũ a nuditate: et guttur tuum a siti. Et dixisti. Desperaui: neq; faciam. Adamaui quippe alienos: et post eos ambulabo. Quõ cõfundit fur qñ deprehẽdit: sic cõfusi sunt domus isrl: ipi et reges eorum principes et sacerdotes ⁊ pphete eor: dicẽtes ligno. pater meus es tu: et lapidi. tu me genuisti. Verterũt ad me tergus et non faciẽ: et in tpe afflictionis sue dicẽt: surge et libera nos. Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? Surgãt et liberent te: in tpe afflictois tue. Secõm numerum quippe ciuitatũ tuarũ. erãt dij tui iuda. Quid vultis mecũ iudicio contẽdere? Omes vos reliquistis me dicit dñs. Frustra percussi filios vros: ⁊ disciplinã nõ receperũt. Deuorauit gladius vester pphetas vros: quasi leo vastator generatõ vestra. Videte verbũ dñi. Numquid solitudo factus sum isrl aut terra serotina? Quare ergo dixit ppls meus: recessimus nõ veniemus vltra ad te? Numquid obliuiscet virgo ornamẽti sui aut sponsa fascie pectoralis sue? Populus vero me⁹ oblit⁹ est mei diebus inumeris. Quid niteris bonã ostẽdere viam tuam: ad quẽdam dilectionẽ que insuper et malicias tuas docuisti vias tuas: et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperũ et innocẽtum? Nõ in fossis inueni eos: sed in oĩbus que supra memorati. Et dixisti: Absq; peccato et innocens ego sum: et ꝓpterea auertat furor tuus a me. Ecce ego iudicio contẽdam tecũ: eo q dixeris. nõ peccaui. Quam vilis facta es nimis. iterans vias tuas. Et ab egypto cõfunderis: sicut cõfusa es ab assur. Nam et ab ista egredieris: ⁊ manus tue erũt sup caput tuũ: qm obtriuit dominus cõfidentiam tuam: et nihil habebis prosperum. III

Dicitur: Si dimiserit vir vxorẽ suam: et recedẽs ab eo duxerit virũ alterũ: nũquid reuertetur ad eam vltra? Nũquid nõ polluta erit et contamĩata mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis: tñ reu ertere ad me dicit dñs: et ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directũ: et vide vbi nũc prostrata sis. In vijs sedebas expectãs eos quasi latro insidiãs in solitudine: et polluisti terram in fornicationibus tuis ⁊ in malicijs tuis. Quãobrem prohibite sunt stille pluuiarũ: et serotinus imber non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Ergo saltez amodo voca me pater me⁹: dux virginitatis mee tu es. Nũquid irascetis in perpetuũ: aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es et fecisti mala: et potuisti. Et dixit dñs ad me in diebus iosie regis: Nũquid vidisti que fecerit auersatrix isrl? Abijt sibimet sup oẽm montẽ excelsum: et sub omi ligno frondoso: et fornicata est ibi. Et dixi: cum fecisset hec omia: ad me reuertere: ⁊ non est reuersa. Et vidit prauaricatrix soror eius iuda: quia pro eo q mechata esset auersatrix isrl dimisissem eam et tradissem ei libellũ repudij: et nõ timuit prauaricatrix iuda soror eius: sed abijt et fornicata est etiã ipi: et facilitate fornicatõis sue cõtaminauit terram: et mechata est cum lapide et ligno. Et in oĩbus his nõ est reuersa ad me prauaricatrix soror eius iuda in toto corde suo: sed in mẽdacio ait dñs. Et dixit dñs ad me: Iustificauit aĩam suam auersatrix israel cõparatione prauaricatricis iuda. Vade ⁊ clama sermones istos ꝓtra aquilonẽ et dices: Reuertere auersatrix israel ait dñs et nõ auertã faciem meã a vobis. q; scũs

ego sum dicit dñs: et non irascar in ꝑpe
tuũ. Verũtamen scito iniquitatẽ tuam
qꝛ in dñm deũ tuũ ꝑuaricata es Et disꝑ
sisti vias tuas alienis sub oĩ ligno frõdo
so: et vocẽ meã nõ audisti ait dñs. Con/
uertimini filij reuertentes dicit dñs: qꝛ
ego vir vester. Et assumã vos. vnũ de ci
uitate et duos de cognatõe: et introdu/
cam vos in sion. Et dabo vobis pastores
iuxta cor meũ: et pascẽt vos scĩa ⁊ doctri/
na. Cũqꝫ multiplicati fueritis ⁊ creueri
tis in terrã in diebus illis ait dñs. non
dicẽt vltra: arca testamẽti dñi. neqꝫ ascẽ
det sup cor. neqꝫ recordabunt̃ illius nec
visitabit̃. nec fiet vltra. In tꝑe illo vo/
cabũt hierl'm soliũ dñi: ⁊ cõgregabũtur
ad eã oẽs gentes in noĩe dñi in hierl'm:
et nõ ambulabũt post prauitatez cordis
sui pessimi: In diebꝫ illis ibit domus iu
da ad domũ israel: ⁊ veniẽt simul de ter/
ra aquilonis ad terrã quã dedi patribus
vestris. Ego aũt dixi: Quõ ponã te in fi
lios: et tribuã tibi terrã desiderabilez he
reditatẽ preclaram exercituũ gentium?
Et dixi. Patrẽ vocabis me: ⁊ post me in
gredi nõ cessabis. Sed quõ si contẽnat
mulier amatorẽ suum: sic contẽpsit me
domus israel. dicit dñs. Vox in vijs au
dita ẽ. ploratꝰ et vlulatus filiorũ israel
qm̃ iniquã fecerũt viam suã: obliti sunt
dñi dei sui. Cõuertimini filij reuertẽtes
et sanabo auersiones vr̃as. Ecce nos ve
nimus ad te. Tu enĩ es dñs deus noster
Vere mẽdaces erant colles et multitu
do montiuz. Vere in dño deo nr̃o salus
israel. Confusio comedit laborez patruz
nr̃oꝝ ab adolescẽtia nr̃a: greges eoruz et
armẽta eoꝝ: filios eoꝝ et filias eoꝝ. Dor
miemus in cõfusione nr̃a ⁊ operiet nos
ignominia nr̃a: qm̃ dño deo nr̃o peccaui
mus nos et pr̃es nostri ab adolescentia
nostra vsqꝫ ad diẽ hanc: et nõ audiuimꝰ
vocem dñi dei nostri.

IIII

Si reuerteris ad me israel ait do
minus ad me ꝯuertere. Si ab/
stuleris offendicula tua a facie
mea nõ cõmoueberis. Et iurabis viuit
dñs in veritate et in iudicio ⁊ in iusticia
et benedicent eum gentes ip̃mqꝫ lauda
bunt. Hec enĩ dicit dñs viro iuda ⁊ ha
bitatori hierusalẽ. Nouate vobis noual
le: et nolite serere sup spinas. Circũcidi
mini dño: et auferte preputia cordiũ ve
strorum viri iuda et habitatores hieru
salez: ne forte egrediat̃ vt ignis indigna
tio mea et succẽdat̃: ⁊ non sit qui extin/
guat. Oĩa aũt hec mala veniẽt ꝓpter ma
liciã cogitationũ vr̃aꝝ. Annũciate in iu
da: et in hierl'm auditũ facite. loquimi/
ni: et canite tuba in terra. clamate forti/
ter ⁊ dicite: Cõgregamini et ingrediam̃
ciuitates munitas. leuate signũ in sion
Cõfortamini nolite stare. qꝛ maluz ego
adduco ab aquilone et cõtritionem ma
gnã. Ascendit leo de cubili suo: et predo
gentiuz se leuauit. Egressus est de loco
suo: vt ponat terrã tuam in solitudinẽ.
Ciuitates tue vastabunt̃: remanentes
absqꝫ habitatore. Sup hoc accĩgite vos
cilitijs: plangite et vlulate: qꝛ nõ ẽ auer
sa ira furoris dñi a vobis. Et erit in die
illa dicit dñs. ꝑibit cor regis ⁊ cor prin/
cipũ: et obstupescẽt sacerdotes: ⁊ ꝓphete
cõsternabũtur. Et dixi. Heu. Heu. heu
dñe deus. Ergo ne decipisti populũ istuz
et hierusalem dicẽs: pax erit vobis. Et
ecce ꝑuenit gladius vsqꝫ ad animã. In
tꝑe illo dicet̃ ꝓpl'o huic et hierusalẽ ven
tus vrens in vijs que sunt in deserto:
vie filie populi mei non ad ventilandũ
et ad purgandũ. Spũs plenus ex his
veniet mihi. Et nũc ego: sed loquar iu/
dicia mea cum eis. Ecce quasi nubes
ascendet: et quasi tempestas currus eiꝰ.
Velociores aquilis equi illius. Ve no
bis: quoniã vastati sumus. Laua a mali
cia cor tuũ hierusalẽ: vt salua vias. Vs/
queq̃ morabunt̃ in te cogitatões noxie?
Vox enĩ annũciantis a dan: et notũ fa
cientis ido lũ de monte effraim. Conci/
tate gẽtes: Ecce auditũ est in hierusalẽ.
custodes venire d̃ terra longinqua: ⁊ da
re super ciuitates iuda vocẽ suã. Quasi
custodes agrorũ facti sunt super eam in
gyro: quia me ad iracundiaz prouocauit
dicit dñs. Vie tue ⁊ cogitatões tue fece

rũt hec tibi. Ista malicia tua q̃ amara quia tetigit cor tuũ. Ventrẽ meum ventrem meũ doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo: qm̃ vocem buccine audiuit aia mea: clamorẽ prędij Contritio sup contritionẽ vocata est: et vastata est omis terra. Repente vastata sunt tabuacula mea: subito pelles mee. Vsq̃quo videbo fugientẽ: audiã vocem buccine? Quia stultus pp̃lus meus me non cognouit. Filij insipiẽtes sunt: et vecordes. Sapientes sunt vt faciãt mala bene aũt facere nescierũt. Aspexi terrã et ecce vacua erat et nihil: et celos et non erat lux in eis. Vidi montes et ecce mouebanť: et omẽs colles cõturbati sunt. Intuitus sum et nõ erat homo: et oẽ volatile celi recessit. Aspexi et ecce carmelus desertus: et omnes vrbes eius dstructe sunt a facie dñi et a facie ire furoris eius. Hec enim dicit dñs. Deserta erit ois terra: sed tñ cõsũmationẽ non faciã Lugebit terra: et merebũt celi desup eo q̃ locutus sum. Cogitaui et nõ penitu/it me: nec auersus sum ab eo. A voce eq̃/tis: et mittentis sagittã fugit omis ciuitas. Ingressi sunt ardua: et ascenderũt rupes. Vniuerse vrbes derelicte sunt: et nõ habitat in eis homo. Tu aũt vastata quid facies? Cũ vestieris te coccino: cuz ornata fueris monili aureo: et pinxeris stibio oculos tuos: frustra componeris Contẽpserũt te amatores tui: aiam tuam querẽt. Vocem enī quasi parturientis audiui: angustias vt puerpere. Vox filie sion inter morientes expandentes/q̃ manus suas. Ve mihi: q̃ defecit aia mea pp̃ter interfectos. V

Circũite vias hierusalẽ et aspici/te et cõsiderate et querite in plateis eius. an inueniatis virum facientem iudiciũ: et querentẽ fidem: et pp̃itius ero ei. Q̃ si etiã viuit dñs dixerint: et hoc falso iurabũt. Dñe oculi tui respiciunt fidem. Percussisti eos et nõ doluerunt: attriuisti eos: et renuerũt accipere disciplinam. Indurauerũt facies suas supra petram: et noluerũt reuerti. Ego aũt dixi: Forsitan pauperes sunt et stulti: ignorantes viaz dñi et iudicium dei sui. Vadam ergo ad optimates et loquar eis. Ipi enī cognouerũt viam dñi et iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul cõfregerunt iugũ: ruperũt vincula. Idcirco p̃cussit eos leo de silua: lupus ad vesperã vastauit eos pardus vigilãs sup ciuitates eor̃. Omis q̃ egressus fuerit ex eis capiet̃ q̃ multe sunt preuaricatões eor̃ confortate sunt auersiones eorũ. Super quo p̃pitius tibi esse potero? Filij tui me reliquerũt me: et iurant in his qui non sunt dij. Saturaui eos et mechati sũt: et in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in feminas: et emissarij facti sunt: vnusquisq̃ ad vxorẽ proximi sui hinniebat. Numquid sup his nõ visitabo dicit dñs: et in gẽte tali nõ vlciscetur aia mea? Ascẽdite muros eius et dissipate: p̃ sũmationem aũt nolite facere. Auferte p̃pagines eius: q̃ non sunt dñi. Preuaricatõe enī preuaricata est in me domus israel et domus iuda ait dñs. Negauerũt dñm et dixerũt Non est ipe: neq̃ veniet sup nos malũ: gladiũ et famem nõ videbimus. Prophete fuerũt in ventũ locuti: et rñsum non fuit in eis. Hec ergo eueniẽt illis. Hec dicit dñs deus exercituũ. Quia locuti estis verbum istud. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignẽ et pp̃lm istũ in ligna: et vorabit eos. Ecce ego adducã sup vos gentez de longinquo domus israel ait dñs: Gentez robustam: gentez antiquã: gentẽ cuius ignorabis linguã: nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulcrum patens: vniuersi fortes. Et comedet segetes tuas: et panẽ tuum devorabit: filios tuos et filias tuas comedet: gregem tuum et armenta tua: et comedet vineam tuam et ficũ tuã: et conteret vrbes munitas tuas in quibz tu habes fiduciam gladio. Verũtamen in diebz illis ait dominus nõ faciã vos in cõsũmationẽ. Et si dixeritis quare fecit dñs deus noster nobis hec oia: dices ad eos. sicut dereliquistis me et seruistis deo alieno in ter/

ra vestra: Annũciate hec domui iacob: et auditũ facite in iuda dicentes: Audi populo stulte qui nõ habes cor: qui habentes oculos nõ videtis: et aures et non auditis. Me ergo nõ timebitis ait dñs et a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminũ mari: præceptũ sempiternũ quod nõ præteribit: et cõmouebuntur et nõ poterũt: et intumescent fluctꝰ eius et nõ transibũt illud: ꝓpulo aũt huic factũ est cor incredulũ et exasperãs Recesserũt et abierũt: et nõ dixerunt in corde suo: Metuamus dñm deũ nostrũ qui dat nobis pluuiã tẽporaneam et serotinã in tpe suo: plenitudinem annue messis custodientẽ nobis. Iniquitates nostre declinauerũt hec et peccata nra ꝓhibuerunt bonũ a nobis: qꝛ inuẽti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes: laqueos ponẽtes et pedicas ad capiẽdos viros. Sicut decipula plena auibus: sic dom⁹ eoꝝ plene dolo. Ideo magnificati sunt et ditati: incrassati sũt et impinguati: ꝛ præterierũt sermones meos pessime. Causam vidue nõ iudicauerũt: Causam pupilli nõ direxerunt et iudicium pauperũ non iudicauerunt Nũquid super his nõ visitabo dicit dñs aut sup gentẽ huiuscemodi nõ vlciscet aĩa mea? Stupor et mirabilia facta sũt in terra. Prophete pphetabãt mẽdaciũ: et sacerdotes applaudebant manibꝰ suis: et pplꝰ meus dilexit talia. Quid igit fiet in nouissimo eius?

VI

Confortamini filij beniamin in medio hierusalẽ: ꝛ in thecua clãgite buccina: et sup bethacaren leuate vexillum: qꝛ malũ visum est ab aquilone ꝛ contritio magna. Speciose et delicate assimilaui filiã sion: ꝛ ad eam venient pastores ꝛ greges eorũ. Fixerũt in ea tentoria in circũitu: pascet vnusqs qꝫ eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate sup eam bellũ: consurgite ꝛ ascẽdamus in meridie. Me nobis qꝛ declinauit dies: quia longiores facte sunt vmbre vesperi. Surgite ꝛ ascẽdamus in nocte: ꝛ dissipemus domus eius: qꝛ hec dicit dñs exercituũ: Cedite lignum eius: et fundite circa hierusalẽ aggerẽ. Hec est ciuitas visitatõis: omis calũnia i medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquã suam: sic frigidam fecit maliciam suam. Iniquitas ꝛ vastitas audiet in ea cor ãme semper: infirmitas ꝛ plaga. Erudire hierusalẽ ne forte recedat aĩa mea a te: ne forte ponam te desertã terrã inhabitabilẽ. Hec dicit dñs exercituum: Vsqꝫ ad racemum colligẽt quasi in vinea reliquias israel. Conuerte manum tuã quasi vindemiator ad cartallũ. Cui loquar: et quem contestabor vt audiat? Ecce incircũcise aures eor: et audire nõ possunt Ecce verbũ dñi factũ est eis i opprobriũ: ꝛ non suscipient illud. Idcirco furore dñi plenus sũ: laboraui sustinẽs Effunde sup paruulũ foris: ꝛ super consiliũ iuuenũ simul. Vir enim cũ muliere capiet senex cũ pleno dierũ. Et transibũt domus eor ad alteros: agri et vxores pariter: qꝛ extendam manũ meã super habitantes terram dicit dñs. A minore quippe vsqꝫ ad maiorem oẽs auaricie studẽt: et a propheta vsqꝫ ad sacerdotem cũcti faciũt dolũ. Et curabãt cõtritionẽ filie populi mei cũ ignominia dicentes: pax: pax: et nõ erat pax. Confusi sunt qꝫ abominationem fecerũt quinpotius confusione non sunt ꝛfusi: et erubescere nescierũt. Quãobrem cadent inter ruentes: in tempore visitationis sue corruẽt dicit dñs. Hec dicit dñs. State sup vias et videte: et interrogate de semitis antiquis que sit via bona: ꝛ ambulate in ea: ꝛ inuenietis refrigeriũ animabus vris. Et dixerũt. Non ambulabimus. Et constitui sup vos speculatores. Et dixi: Audite vocem tube. Et dixerũt. Non audiemus. Ideo audite gentes: et cognoscite congregatio: quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adducam mala: sup pplm istũ: fructũ cogitationum eius: quia verba mea non audierunt: et legem meaz proiecerũt. Vt quid mihi thus de saba affertꝰ ꝛ calamũ suaue olentem de terra longinqua? Holocausta

holocaustomata vra nō sunt accepta et victime vestre nō placuerūt mihi. Propterea hec dicit dns: Ecce ego dabo in populum istū ruinas: et ruent in eis pres et filij simul: vicin⁹ q primus pibūt. Hec dicit dns: Ecce ppls venit de terra aquilonis: q gens magna cōsurget a finibus terre. Sagittā q scutū arripiet: crudelis est et nō miserebit. Vox eius quasi mare sonabit: q sup equos ascendēt: ppari ti quasi vir ad prelium aduersum te filia sion. Audiuim⁹ famā eius: dissolute sunt manus nre. Tribulatio apprehēdit nos dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros: et in vineā ne ambuletis qm gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei accingere cilitio: q cōspgere cinere. Luctum vnigeniti fac tibi plāctū amarū: qr repēte veniet vastator sup vos Probatorē dedi te in pplo meo robustū et scies et pbabis vias eor. Oēs isti principes declinātes: ambulantes fraudulēter. Es et ferrū vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium in igne: cōsumptus est plumbum. Frustra cōflauit cōflator malicie enī eorū nō sunt cōsumpte. Argētum reprobū vocate eos: quia dominus proiecit illos.

## VII

Verbū quod factum est ad hieremiā a dño dicēs: Sta in porta domus dñi: et predica ibi verbū istud et dic. Audite verbū dñi oīs iuda qui ingredimini p portas has· vt adoretis dnm. Hec dicit dns exercituū deus israel. Bonas facite vias vras et studia vestra: q habitabo vobiscum in loco isto. Nolite cōfidere in verbis mēdacij: dicētes templū dñi· templū dñi· templū domini est. Quoniaz si bene direritis vias vestras: et studia vra· si feceritis iudiciū inter virū et primū eius aduene et pupillo: et vidue nō feceritis calūniaz: nec sanguinē innocētem effuderitis in loco hoc: et post deos alienos nō ambulaueritis in malū vobismetipis: habitabo vobiscū in loco isto in terra quā dedi patribus vris a seculo et vsqz in seculū. Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibz mēdacij qui nō pderūt vobis: furari· occidere adulterari· iurare mēdaciter libare baalim· et ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis et stetistis corā me in domo hac in q̄ inuocatū est nomē meū: et diristis· liberati sumus: eo q fecerim⁹ oēs abominatōnes istas. Nūquid ergo spelūca latronū facta est domus ista: in q̄ inuocatū est nomē meum in oculis vestris: Ego ego sum ego vidi dicit dns. Ite ad locū meum in silo vbi habitauit nomen meum a principio: q videte que fecerim ei ppter maliciam pli mei isral. Et nūc qr fecistis omia opa hec dicit dominus: et locutus sum ad vos· mane cōsurgens et loquēs: et nō audistis: et vocaui vos q nō rndistis: faciā domui huic in qua inuocatū est nomē meū: q in qua vos habetis fiduciam q loco quē dedi vobis et patrib⁹ vris: sicut feci silo: q ptiçiam vos a facie mea sicut proieci oēs fratres vros vniuersum semē effraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc: nec assumas p eis laudem et oratōem et nō obsistas mihi: qr nō exaudiam te. Nōne vides quid isti faciūt in ciuitatibus iuda: et in plateis hierusalē: Filij colligunt ligna· et patres succendūt ignē: et mulieres cōspergunt adipem: vt faciāt placentas regine celi: et libent dijs alienis: et me ad iracūdiam prouocēt. Nūquid me ad iracūdiam prouocant dicit dns: Nōne semetipos in cōfusionem vult⁹ sur: Ideo hec dicit dns deus: Ecce furor meus et indignatio mea cōflatur sup locum istum sup viros et sup iumenta q sup lignuz regionis et sup fruges terre· q succēdetur q nō extinguet. Hec dicit dns exercituū deus israel Holocaustomata vestra addite victimis vestris q comedite carnes: qr nō sum locutus cū patribus vestris q nō pcepi eis in die q̄ eduri eos de terra egypti de verbo holocaustomatū et victimarū: sed hoc verbū precepi eis dicēs: Audite vocē meaz et ero vobis deus et vos eritis mihi pls: et ambulate in omni via quam mādaui vobis vt bene sit vobis. Et nō audierūt nec inclina

uerũt aurez suã: sed abierũt in voluptatibus et in prauitate cordis sui mali facticiz sunt retrorsum et nõ in ante. a die qua ingressi sunt pres eorũ de terra egypti. vsqz ad diẽ hanc Et misi ad vos oẽs seruos meos pphetas p diẽ: consurgens diluculo: et mittẽs: et nõ audierunt me nec inclinauerũt aurẽ suã sed indurauerunt ceruicẽ suaz: et prius opati sunt cz pres eor. Et loqueris ad eos oĩa verba hec et nõ audiẽt te: et vocabis eos et nõ rñdebunt tibi. Et dices ad eos: Hec est gens que nõ audiuit vocem dñi dei sui: nec recepit disciplinã. Perijt fides: et ablata est de ore eorũ. Tonde capillũ tuuz et proijce: et sume in directũ planctũ: quia piecit dñs et reliquit generatõem furoris sui: quia fecerũt filij iuda malũ in oculis meis dicit dñs. Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatuz ẽ nomen meũ vt polluerent eã: et edificauerunt excelsa tophet que est in valle filij ennon: vt incenderẽt filios suos et filias suas igni: que non pcepi nec cogitaui in corde meo. Ideo ecce dies veniẽt dicit dñs: et nõ dicet amplius tophet et vallis filij ennon sed vallis interfectionis: et sepelientur in tophet eo q nõ sit locꝰ Et erit morticinuz pphi huius in cibos volucribus celi et bestijs terre: et nõ erit qui abigat. Et quiescere faciã de vrbibus iuda et de plateis hierusalẽ vocẽ gaudij et vocẽ leticie: vocẽ sponsi et vocẽ sponse. In desolatõe enĩ erit terra. VIII

In tpe illo ait dñs. eijcient ossa regũ iuda: et ossa principũ eius et ossa sacerdotũ: et ossa pphetarum et ossa eor qui habitauerũt hierusalem de sepulcris suis: et expandent ea ad solem et lunã et oẽm militiã celi q̃ dilexerũt: et quibz seruierũt: et post que ambulauerũt: et que quesierũt et adorauerũt. Nõ colligent et nõ sepelient: in sterquiliniũ sup faciẽ terre erũt: Et eligent magis mortẽ cz vitã oẽs qui residui fuerint de cognatõe hac pessima: in vniuersis locis que derelicta sunt: ad que eieci eos dicit dñs exercituum: Et dices ad eos: Hec dicit dñs: Nunquid qui cadit non resurget: et qui auersus est nõ reuertet? Quare ergo auersus est pplus iste in hierusalẽ auersione contentiosa? Apprehenderũt mẽdacium: et noluerũt reuerti. Attendi et auscultaui. nemo quod bonũ est loquit. Nullus est qui agat penitentiam sup peccato suo dicẽs: Quid feci? Omnes cõuersi sunt ad cursum suum quasi equꝰ impetu vadẽs in prelio. Milvus in celo cognouit tempus suũ: turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus aduẽtus sui pplus aũt meus nõ cognouit iudiciũ dñi. Quo dicitis sapientes nos sumus: et lex dñi nobiscũ ẽ? Vere mendaciũ opatus est stilus mendax scribarũ. Confusi sunt sapiẽtes: perterriti et capti sunt. Verbũ enĩ dñi pierũt: et sapientia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres eor exteris: agros eor hereditabus. Quia a minimo vsqz ad maximũ oẽs auariciã sequũtur: a pphta vsqz ad sacerdotẽ cũcti faciũt mendacium. Et sanabãt contritõem filie populi mei ad ignominiã dicentes: pax: pax: cũ nõ esset pax: Cõfusi sunt qz abominationẽ fecerũt: qnimo cfusione nõ sunt confusi: et erubescere nescierũt. Idcirco cadẽt inter corruentes: in tpe visitatõis sue corruẽt dicit dñs: Congregãs congregabo eos ait dñs: Non est vua in vitibus: et sunt ficus in ficulnea. foliũ defluxit: et dedi eis que ptergressa sunt. Quare sedemus? Conuenite et ingrediamur ciuitatẽ munitã: et sileamus ibi: quia dñs deus noster silere nos fecit: et potuz dedit nobis aquã fellis. Peccauimus enĩ domino. Expectauimus pacẽ et nõ erat bonũ: tps medele: et ecce formido. A dan auditus est fremitus equor eius: a voce hinnituũ pugnator eius cõmota est omis terra. Et venerũt et deuorauerũt terram et plenitudinẽ eius: et vrbem et habitatores eius. Quia ecce ego mittã vobis serpẽtes regulos quibus nõ est incantatio: et mordebũt vos ait dñs: Dolor meus sup dolorẽ: in me cor meũ merens: Ecce vox clamoris filie populi mei

re terra longinqua. Nūquid dñs nō est in sion: aut rex eius nō est in ea? Quare ergo me ad iracūdiam concitauerūt in sculptilibus suis: et in vanitatibus alienis? Trāsijt messis: finita ē estas: et nos saluati nō sumus. Sup cōtritione filie pp̄li mei contritus sum et cōtristat⁹: stupor obtinuit me. Nūquid resina non ē in galaad: aut medic⁹ nō est ibi? Quare igit nō ē obducta cicatrix filie pp̄li mei?

Quis dabit capiti meo IX
aquam: et oculis meis fontē lachrymaꝝ? Et plorabo die ac nocte interfectos filie pp̄li mei. Quis dabit me in solitudine diuersoꝝ viatoꝝ? Et derelinquam pp̄lm meum et recedam ab eis: qz oēs adulteri sunt et cetus p̄uaricatoꝝ: et extēderūt linguā suā quasi arcum mendacij: et nō veritatis. Cōfortati sunt in terra: quia de malo ad malum egressi sunt: et me nō cognouerūt dicit dñs. Unusquisqz se a primo suo custodiat: et in omī fratri suo nō habeat fiduciam: qz oīs frater supplantās supplātabit. et oīs amicus fraudulēter incedet: et vir fratrē suū deridebit: et veritatem nō loquētur. Docuerūt enī linguā suaz loqui mēdaciū: vt inique agerēt laborauerūt. Habitatio tua in medio dolo: in dolo renuerūt scire me dicit dñs. Propterea hec dicit dñs exercituū. Ecce ego cōflabo et p̄babo eos. Quid enī aliud faciā a facie filie pp̄li mei? Sagitta vulnerās lingua eoꝝ: dolū locuta est. In ore suo pacē cū amico suo loquit̄: et occulte ponit ei insidias. Nūquid sup his nō visitabo dicit dñs: aut in gente huiuscemodi nō vlciscet̄ aīa mea? Sup mōtes assumam fletum ac lamentū: et sup speciosa deserti planctuz: qm̄ incensa sunt eo q̄ nō sit vir pertrāsiēs: et nō audierunt vocem possidētis. A volucre celi vsqz ad pecora transmigrauerūt et recesserunt. Et dabo hierusalē in aceruos arene et cubilia draconū: et ciuitates iuda dabo i desolationē eo q̄ nō sit habitator. Quis ē vir sapiēs qui intelligat h̄: et ad quē verbuz oris dñi fiat vt annūciat istud: quare perierit terra et exusta sit quasi deserta eo q̄ non sit qui pertrāseat? Et dixit dominus: Quia dereliquerunt legē meā quam dedi eis: et nō audierūt vocē meam: et non ambulauerūt in ea: sed abierunt post p̄auitatē cordis sui: et post baalim quod didicerunt a patribus suis: idcirco hec dicit dominus exercituz deus israel. Ecce ego cibabo populum istū absinthio et potum dabo eis aquaz fellis: et dispergam eos in gētibus quas non nouerunt ipi et patres eoꝝ: et mittā post eos gladiū donec consumant̄. Hec dicit dominus exercituz. Contemplamini et vocate lamentatrices vt veniāt: et ad eas que sapiētes sunt mittite et p̄perent: festinēt et assumant super nos lamentuz. Deducāt oculi nri lachrymas: et palpebre nostre defluant aquis: quia vox lamentatōis audita est ō sion. Quō vastati sumus et confusi vehementer: Quia dereliquimus terraz: qm̄ directa sūt tabernacula nostra. Audite ergo mulieres verbum dñi: et assumant aures vestre sermonem oris eius: et docete filias vestras lamentum: et vnaquēq; proximā suam planctum: quia ascēdit mors p̄ fenestras vestras: ingressa est domos vras disperdere paruulos de foris iuuenes de plateis. Loquere. Hec dicit dñs: Et cadet morticinuz hoīs quasi stercus sup faciem regionis: et quasi fenuz post tergum metentis: et non est qui colligat. Hec dicit dñs: Non glorietur sapiens in sapientia sua: et nō glorietur fortis in fortitudie sua: et nō glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse me quia ego sum dominus qui facio misericordiā et iudiciū et iusticiaz in terra. Hec enī placent mihi ait dñs: Ecce dies veniēt dicit dominus et visitabo sup oēm qui in circūcisiōe h̄et p̄putiū: sup egyptū: et sup iudam et sup edom: et super filios ammon: et sup moab: et sup oēs qui attonsi sunt in comā habitantes in deserto: quia omnes gentes habent p̄putiū: oīs aūt dom⁹ israel incircumcisi sunt corde.

X

# Hieremias

Audite verbū quod locutus est dñs sup vos domus israel. Hec dicit dñs: Juxta vias gentium nolite discere: a signis celi nolite metuere q timent gentes qz leges populoz vane sunt. Quia lignuz de saltu precidit opus manus artificis in ascia: Argento a auro decorauit illud: clauis et malleis cōpegit vt nō dissoluat. In similitudinem palme fabricate sunt: a nō loquēt: portata tollent: qz incedere ñ valēt: Nolite q timere ea: qz nec male possūt facere nec bene. Nō est similis tui dñe: magnus es tu: a magnū nomē tuū in fortitudine. Quis nō timebit te o rex gētiū? Tuū est enī decus. Inter cūctos sapientes gētium: et in vniuersis regnis eoz nullus est similis tui. Pariter insipientes et fatui phabunt: doctrina vanitatis eoz lignū est. Argētum inuolutum de tharsis affert: a aurū de ophir opus artificis et manu erarij: hyacinthus a purpura indumentū eoz. Opus artificuz vniuersa hec: dñs aūt deus verus est. Ipe deus viuēs et rex sempiternus. Ab indignatōe eius cōmouebit terra: et nō sustinebūt gētes cōtaminationē eius. Sic ergo dicetis eis. Dij qui celos et terraz nō fecerūt pereāt de terra: et de his que sub celo sunt. Qui facit terrā in fortitudine sua: pparat orbez in sapiētia sua et prudētia sua extēdit celos. ad vocē suam dat multitudinē aquarū in celo: et eleuat nebulas ab extremitatibz terre. Fulgura in pluuiā facit: et educit ventuz de thesauris suis. Stultus factus est oīs homo a sciētia sua: cōfusus ē artifex oīs in sculptili: qm falsum est qd cōflauit: et nō est spūs in eis. Vana sunt a opus risu dignū. In tpe visitatōis sue peribūt. Nō est his similis pars iacob. Qui enī formauit oīa. ipe est: et israel virga hereditatis eius: dñs exercituū nomen illi. Cōgrega de terra confusionē tuā q habitas in obsidione: qz hec dicit dñs. Ecce ego lōge proiciaz habitatores terre in hac vice: et tribulabo eos ita vt nō inueniantur. Vle mihi sup cōtritōe mea: pessima plaga mea. Ego aūt dixi: Plane hec infirmitas mea est: et portabo illā. Tabernaculū meum vastatū est: oēs funiculi mei dirupti sunt. Filij mei exierūt a me et nō subsistūt. Non est qui extendit vltra tētoriū meū a erigat pelles meas: qz stulte egerūt pastores a dñm nō quesierūt, propterea nō intellexerūt a omnis grex eoz dispsus est. Vox auditōis ecce venit et cōmotio magna de terra aquilonis: vt ponat ciuitates iuda solitudinē a habitacula draconū. Scio dñe qz non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet et dirigat gressus suos. Corripe me dñe. veruntamē in iudicio a nō in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignatōez tuā sup gentes q nō cognouerūt te: et sup puincias q nomē tuū non inuocauerūt: qz comedert iacob a deuorauerūt eū a cōsumpserūt illū: et decus eius dissipauerūt. XI

Verbū quod factuz est a dño ad hieremiā dicens: Audite verba pacti huius: a loquimini ad viros iuda: et ad habitatores hierusalem et dices ad eos: Hec dicit dñs deus israel: Valedictus vir qui nō audierit verba pacti huius. quod precepi patribz vestris in die qua eduri eos de terra egypti de fornace ferrea dicēs: Audite vocē meam et facite oīa que precepi vobis: a eritis mihi in pplm et ego ero vobis in deum: vt suscitez iuramētuz quod iuraui patribz vris daturū me eis terrā fluentez lacte a melle sicut est dies hec. Et rñdi et dixi. Amē dñe. Et dixit dñs ad me Vociferare oīa verba hec in ciuitatibus iuda et foris hierusalē dicēs: Audite verba pacti huius et facite illa: quia contestans contestatus suz patres vestros in die qua eduri eos ō terra egypti vsqz ad diem hanc. Mane consurgēs contestatus sum et dixi: audite vocē meam a nō audierūt nec inclinauerūt aurem suaz: sed abierūt vnusquisqz in prauitate cordis sui mali. Et induxi sup eos oīa verba pacti huius. quod precepi vt facerēt et non fecerūt. Et dixit dñs ad me. In

uenta est coniuratio in viris iuda et in
habitatoribus hierusalē Reuersi sunt
ad iniquitates pr̄um suoꝝ priores·q̄ no
luer̄t audire verba mea. Et hi ergo abie
runt post deos alienos vt seruirent eis
Irritū fecerūt domus israel et domus
iuda pactū meum: quod pepigi cū patri
bus eorū. Quāobrē hec dicit dn̄s: Ecce
ego inducam sup̄ eos mala de quib⁹ exi
re non poterūt: et clamabūt ad me: ⁊ nō
exaudiam eos. Et ibūt ciuitates iuda ⁊
habitatores hierusalem et clamabunt
ad eos quib⁹ libāt: ⁊ nō saluabūt eos in
tempore afflictōis eoꝝ. Scd̄m numerū
enī ciuitatū tuarū·erant dij tui iuda: et
s̄m numerū viarū tuarum hierusalē po
suisti aras confusionis: aras ad libandū
baalim. Tu ergo noli orare ꝓ populo h̄:
et ne assumas ꝓ eis laudez et orationē:
q̄ nō exaudiam in tempore clamoris eo
ruz ad me: in tp̄e afflictionis eoꝝ Quid
est quod dilectus meus in domo mea fe
cit scelera multa? Nunquid carnes san
cte auferent a te malicias tuas in quib⁹
gloriata es? Oliuam vberē·pulcrā·fru
ctiferam: speciosam vocauit dn̄s nomē
tuū. Ad vocem loquele grandis exarsit
ignis in ea: et combusta sunt fruteta ei⁹
Et dn̄s exercituū qui plātauit te locut⁹
est sup̄ te malum·pro malis domus isra
el et dom⁹ iuda que fecer̄t sibi ad irritā
dum me· libantes baalim. Tu autem
dn̄e demōstrasti mihi ⁊ cognosti: tu ostē
disti mihi studia eoꝝ· et ego quasi agn⁹
mansuetus qui portat̄ ad victimam. Et
nō cognoui q̄ cogitauerūt super me cō
silia dicētes: mittamus lignuz in panez
eius: et eradamus eum de terra viuēti
um·et nomen eius nō memoret̄ ampli
us. Tu aūt dn̄e sabaoth qui iudicas iu
ste et probas renes et corda: videam vl
tionem tuam ex eis. Tibi eniz reuelaui
causam meā. Propterea hec dicit dn̄s
ad viros anathot qui querūt aīam tuā:
et dicunt. Nō prophetabis in noīe dn̄i:
et non morieris in manibus nr̄is Pro
pterea hec dicit dn̄s exercituum. Ecce
ego visitabo super eos. Iuuenes moriē
tur in gladio: filij eoꝝ et filie eorum mo
rientur in fame: et reliquie nō erunt ex
eis. Inducam enī malū sup̄ viros ana
thot·annū visitatōis eoꝝ.

XII

Iustus quidē tu es dn̄e si dispu
tem tecum·verūtamen iusta lo
quar ad te. Quare via impioꝝ
ꝓsperatur· bene ē omib⁹ qui preuaricāt̄
et inique agunt? Plātasti eos et radicē
miserūt: proficiūt et faciūt fructū. Pro
pe es tu ori eoꝝ et lōge a renibus eoruz.
Et tu dn̄e nosti me: vidisti me: et ꝓbasti
cor meū tecum. Cōgrega eos quasi gre
gem ad victimam: ⁊ sanctifica eos ī die
occisionis. Vsq̄quo lugebit terra: ⁊ her
ba omīs regionis siccabit̄ ꝓpter maliciā
habitantiū in ea? Cōsumptum est ani
mal et volucre: qm̄ dixerūt·non videbit
nouissima nr̄a. Si cū peditib⁹ currēs la
borasti: qūo cōtendere poteris cū equis?
Cum aūt in terra pacis secura fuer̄ q̄d
facies in sup̄bia iordanis? Nam et frēs
tui et domus patris tui·etiā ip̄i pugna
uerūt aduersum te et clamauerunt post
te plena voce Ne credas eis cū locuti fu
erint tibi bona. Reliqui domū meaz di
misi hereditatē meā. Dedi dilectā ani
mam meā in manū inimicorū eius: fa
cta est mihi hereditas mea quasi leo ī sil
ua. Dedit ꝯtra me vocē·ideo odiui eam
Nūquid auis discolor hereditas mea mi
hi? Nunquid auis tincta ꝑ totū? Ve ni
te cōgregamini oēs bestie terre·ꝓperate
ad deuorādum. Pastores multi demoli
ti sunt vineā meā: cōculcauerūt partez
meā. Dederūt portionē meam desidera
bilē in desertū solitudinis: posuerūt eaz
in dissipatōez·luxitq̄ sup̄ me. Desolati
one desolata est oīs terra q̄ nullus est q̄
recogitet corde. Sup̄ omēs vias deser
ti venerūt oēs vastatores terre·q̄ gladi
us dn̄i d̄uorabit ab extremo t̄re vsq̄ ad
extremū eius. Nō est pax vniuersi carni
Seminauerūt triticū ⁊ spinas messue
rūt·hereditatē acceperūt: ⁊ nō eis prode
rit. Cōfundemī a fructib⁹ vr̄is ꝓpter irā
furoris dn̄i. Hec dicit dn̄s aduersū oēs
vicinos meos pessimos qui tangūt he

reditatē quā distribui pp̃lo meo isr̃l. Ec/
ce ego euellā eos de terra sua: ⁊ domū iu
da euellā de medio eor. Et cū euulsero
eos cōuertar et miserebor eor: ⁊ reducaz
eos virū ad hereditatē suā · ⁊ virū in ter
ram suā. Et erit si eruditi didicerint vi
as pp̃li mei vt iurēt in noīe meo · viuit
dñs: sicut docuerūt pp̃lm meū iurare in
baal: edificabūtur ī medio pp̃li mei. Qđ
si nō audierint: euellā gentē illā euulsio
ne ⁊ pditione ait dñs.

XIII

Hec dicit dñs ad me: Vade ⁊ pos
side tibi lumbare lineū: ⁊ ponef
illud sup̃ lūbos tuos: et in aquā
nō inferes illud. Et possedi lumbare iu
xta verbum dñi: et posui circa lūbos me/
os. Et factus est sermo dñi ad me secū/
do dicens: Tolle lumbare quod possedi/
sti quod est circa lumbos tuos: ⁊ surgēs
vade ad eufratē ⁊ abscōde illud ibi in fo
ramine petre. Et abij et abscondi illō in
eufraten · sicut preceperat mihi dñs. Et
factum est post dies plurimos dixit dñs
ad me: Surge et vade ad eufraten et
tolle inde lumbare quod precepi tibi vt
absconderes illud ibi. Et abij ad eufra/
ten et fodi: et tuli lumbare de loco vbi
abscōderam illud. Et ecce computruе
rat lumbare · ita vt nulli vsui aptum es/
set. Et factum est verbum dñi ad me di/
cens. Hec dicit dñs: Sic putrescere fa
ciam sup̃biam iuda et sup̃biam hieruſa
lem multam: pp̃lm istuz pessimū: qui no
lunt audire verba mea et ambulāt ī pra
uitate cordis sui: abierūtq; post deos ali
enos vt seruirent eis et adorarent eos.
Et erunt sicut lumbare istud · qđ nulli
vsui aptum est. Sicut enī adhęret lum
bare ad lumbos viri: Sic agglutinaui
mihi oēm domum israel et omnem do/
mū iuda dicit dñs vt essent mihi in po/
pulū ⁊ in nomē et in laudē ⁊ in gloriam
et nō audierūt. Dices ergo ad eos ſmo
nem istū. Hec dicit dñs deus isr̃l. Om
nis laguncula implebit̃ vino. Et dicēt
ad te. Nunquid ignoramus qđ omis la
gūcula implebit̃ vino: Et dices ad eos.
Hec dicit dñs. Ecce ego implebo omēs
habitatores terre huius et reges qui se
dent de stirpe dauid sup̃ thronū eius: et
sacerdotes et pp̃hetas et oēs habitato/
res hierusalem ebrietate: et dispgā eos
virum a fratre suo: et pres ⁊ filios pari/
ter ait dñs. Non parcam et nō cōcedaz:
neq; miserebor vt non dispgam eos. Au
dite ⁊ auribus pcipite nolite eleuari: qz
dñs locutus est. Date dño deo vr̃o glo
riaz anteq; contenebrescat: et anteq; of
fendant pedes vr̃i ad montes caligino/
sos. Expectabitis lucem et ponet eaz in
vmbram mortis et in caliginez. Q si nō
nō audieritis in abscōdito: ploradit ani
ma mea a facie sup̃bie. Ploradans plora/
bit et deducet oculus meus lachrymaz:
quia captus est grex dñi. Dic regi ⁊ dñā
trici. Humiliamini sedete in terra qm̃
descendet de capite vestra corona glorie
vestre. Ciuitates austri clause sunt: ⁊ nō
est qui aperiat. Translata ē omnis iuda
transmigratione pfecta. Leuate oculos
vestros et videte · qui venitis ab aquilo/
ne. Vbi est grex qui datus est tibi · pecus
inclytum tuū? Quid dices cū visitaue
rit te? Tu enī docuisti eos aduersum te:
et erudisti in caput tuū. Nūquid nō do/
lores apprehendēt te quasi mulierē par
turientem? Q si dixeris in corde tuo q̃/
re venerūt mihi hec? Propter multitu/
dinē iniquitatis tue reuelata sunt vere/
cundiora tua: pollute sunt plante tue.
Si mutare potest ethiops pellem suaz
aut pardus varietates suas? et vos po/
teritis benefacere cū didiceritis maluz.
Et dissemināb eos q̃si stipulā que ven
to raptaf̃ in ōserto. Hec sors tua parsq;
mēsure tue a me dicit dñs: qz oblita es
mei ⁊ cōfisa es in mēdacio. Unde ⁊ ego
nudaui femora tua p̃tra faciē tuā: et ap/
paruit ignominia tua · adulteria tua: et
hinnitus tu us · scelus fornicatōis tue.
Sup colles in agro vidi abominatiōes
tuas. Ue tibi hierusalē. Non mundabe
ris post me. Usq; quo adhuc?

XIIII

Quod factū ē vbū dñi ad hiere/
miā de ſmonibꝫ siccitat̃. Lurit
iudea et porte eius corruerunt

et obſcurate ſunt in terra et clamor hie
ruſalez aſcẽdit. Maiores miſerũt mino/
res ſuos ad aquam: venerũt ad haurien
dum: nõ inuenerunt aquã: reportaue/
rũt vaſa ſua vacua. Cõfuſi ſunt et affli/
cti: et operuerũt capita ſua ꝓpter vaſtita
tem terre: quia nõ venit pluuia in terrã
Confuſi ſunt agricole: operuerũt capi/
pita ſua. Nam et cerua in agro peperit
reliquit: quia non erat herba. Et onagri
ſteterũt in rupibus: traxerunt ventum
quaſi dracones: defecerũt oculi eorũ qꝛ
nõ erat herba. Si iniquitates noſtre re
ſponderit nobis: dñe fac ꝓpter nomẽ tu
um: qm̃ multe ſũt auerſiones nr̃e. Tibi
peccauim⁹ expectatio iſrael: ſaluator no/
ſter in tpe tribulatõis. Quare quaſi co/
lonus futur⁹ es in terra: et quaſi viator
declinãs ad manẽdum: Quare futurus
es velut vir vagus et fortis: qui nõ põt
ſaluare: Tu aũt in nobis es dñe: et no/
men tuũ inuocatũ eſt ſuper nos: ne dere
linquas nos. Hec dicit dñs ꝑ̃lo huic q̃
dilexit mouere pedes ſuos et nõ quieuit
et dño nõ placuit. Nũc recordabit iniq̃/
tatum eor̃: et viſitabit peccata eor̃ Et di
xit dñs ad me: Noli orare ꝓ populo iſto
in bonũ. Cum ieiunauerint non exaudi
am ꝑces eor̃: et ſi obtulerint holocauſto
mata et victimas: nõ ſuſcipiam ea: qm̃
gladio et fame et peſte ego conſumã eos
Et dixi. A: a: a: dñe deus. Prophete di/
cunt eis: Non videbitis gladium: et fa/
mes non erit in vobis: ſed pacem veraz
dabit vobis in loco iſto. Et dixit domi/
nus ad me: Falſo prophete vaticinant̃ in
nomine meo. Nõ miſi eos: et nõ precepi eis
neq̃ locutus ſum ad eos. Viſionẽ men
dacem et diuinationẽ fraudulẽtam et ſe
ductionẽ cordis ſui prophetant vobis. Id
circo hec dicit dñs de ꝓphetis qui prophe
tant in nomine meo quos ego non miſi: di
centes: gladius et fames non erit in ter
ra hac: In gladio et fame cõſumẽt̃ ꝓphe
te illi et ꝑ̃li quibꝫ ꝓphetant erunt ꝓiecti
in vijs hierl̃m pre fame et gladio: et non
erit qui ſepeliat eos: ipi et vxores eorum
filij et filie eor̃: et effundã ſup eos malũ
ſuum. Et dices ad eos verbũ iſtud: De
ducant oculi mei lachrymã ꝑ noctem et
diem et non taceant: qm̃ contritõe ma/
gna cõtrita eſt virgo filia ꝑ̃li mei: pla/
ga peſſima vehementer. Si egreſſus fu
ero ad agros ecce occiſi gladio: et ſi intro
iero in ciuitatem ecce attenuati fame.
Prophete q̃z et ſacerdos abierũt in ter
ram quam ignorabãt. Nunquid proji
ciens abieciſti iudam: aut ſion alvomina/
ta eſt aĩa tua: Quare ergo percuſſiſti nos
ita vt nulla ſit ſanitas: Expectauimus
pacem et non eſt bonũ: et tempus cura/
tionis: et ecce turbatio. Cognovim⁹ do
mine impietates nr̃as iniquitates pa/
trũ noſtror̃ quia peccauim⁹ tibi. Ne tes
nos in opprobriũ ꝓpter nomẽ tuũ neq̃
facias nobis contumeliam. Noli glo/
rie tue recordare: ne irritum facias fe/
dus tuum nobiſcũ. Nũquid ſunt in ſculptili/
bus gentiũ qui pluant: aut celi poſſunt
dare imbres niſi tu volueris: Nõne tu
es dñs deus noſter quem expectauim⁹:
Tu enim feciſti omnia hec:

## XV

Et dixit dñs ad me. Si ſteterit
moyſes et ſamuel coram me: non
eſt aĩa mea ad ꝑ̃lm iſtum. Ejice
illos a facie mea et egrediant̃. Qui ſi dixe
rint ad te: quo egrediem̃: dices ad eos:
Hec dicit dñs: Qui ad mortem: ad mor/
tem: et qui ad gladiũ ad gladium: et qui
ad famem ad famem: et qui ad captiui
tatem ad captiuitatẽ. Et viſitabo ſuper
eos quattuor ſpecies dicit dñs. Gladiũ
ad occiſionẽ: et canes ad lacerãdum: et
volatilia celi et beſtias terre ad devoran
dum et diſſipãdum: et dabo eos in fero
rez vniuerſis regnis terre ꝓpter manaſ
ſen filium ezechie regis iuda ſup oĩbus
que fecit in hieruſalẽ. Quis enim miſere
bit̃ tui hieruſalẽ: Aut quis contriſtabit̃
ꝑ te: Aut quis ibit ad rogandum ꝑ pace
tua: Tu reliquiſti me dicit dñs: retror/
ſum abiſti. Et extẽdam manũ meã ſup te:
et interficiã te. Lassus eram rogans. Et diſ
pergã eos ventilabro in portis terre. Infe
feci et diſperdidi ꝑ̃lm meum et tñ a viis ſuis
nõ ſũt reuerſi. Multiplicate ſunt mihi

vidue eius sup̄ arenā mar. Induxi eis sup̄ matrē adolescētis vastatorem meridie: misi super ciuitates repēte terrorez Infirmata est que peperit septem: defecit aīa eius. Occidit ei sol cum adhuc esset dies: cōfusa est et erubuit. Et reliquos eius in gladium dabo in cōspectu inimicorum meor̄: ait dominus. Ve mihi mater mea. Quare genuisti me virum rixe: virum discordie in vniuersa terra: Nō feneraui: nec fenerauit mihi quisq̄ Omnes maledicūt mihi dicit dom̄: Si nō reliquie tue in bonum: si nō occurri tibi in tpe afflictōis et in tempore tribulatōis aduersus inimicū. Nūquid federabit ferrus ferro ab aquilone et es: Diuitias tuas et thesauros tuos in direptōez dabo gratis in oīb̄ peccatis tuis: et in oīb̄ terminis tuis. Et adducā inimicos tuos de terra quam nescis: q̄ ignis succensus est in furore meo et sup̄ vos ardebit. Tu scis dñe: recordare mei et visita me: et tuere me ab his qui p̄sequūtur me. Noli in patiētia tua suscipere me. Scito q̄m sustinui p̄ te opprobriū. Inuenti sunt sermones tui et comedi eos. Et factū est mihi verbū tuū in gaudiū et in leticiā cordis mei: q̄m inuocatum est nomē tuū sup̄ me dñs deus exercituū. Nō sedi in cōcilio ludētium: et gloriatus sum a facie manus tue. Sol? sedebam: q̄m amaritudine repleti me. Quare factus est dolor meus ppetuus: et plaga mea desperabilis renuit curari? Facta ē mihi quasi mēdaciū aquarū infideliū. Propter hō hec dicit dñs. Si cōuerteris cōuertā te: et ante faciē meā stabis: et si separaueris pciosum a vili: q̄si os meū eris. Cōuertent̄ ipi ad te: et tu nō cōuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murū ereū fortē: et bellabunt aduersus te: et nō p̄ualebūt: q̄ ego tecum sum dicit dñs ut saluem te et eruā te dicit dñs. Et liberabo te de manu pessimorū: et redimā te de manu fortium. XVI

Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Nō accipies vxorem: et nō erūt tibi filij et filie in loco isto. Quia hec dicit dñs sup̄ filios et filias q̄ generant̄ in loco isto: et sup̄ matres eorum que genuerūt eos: et sup̄ pres eorū de quorum stirpe sunt nati in terra hac. Mortibus egrotationū morient̄ Non plāgent̄ et nō sepelient̄: in sterquilinium super faciem terre erūt. Et gladio et fame p̄sumēt̄ et erit cadauer eor̄ in escā volatilib̄ celi et bestijs terre. Hec enim dicit dñs: Ne ingrediaris domum cōuiuij: neq̄ vadas ad plāgendū: neq̄ cōsoleris eos q̄ abstuli pacem meā a populo isto dicit dñs: misericordiā et miserationes. Et morient̄ grādes et parui i terra ista: non sepelient̄ neq̄ plangēt̄ et nō se incidēt: neq̄ calutium fiet p̄ eis. Et nō frāgent inter eos lugēti panē ad consolādū sup̄ mortuo: nec nō dabūt eis potū calicis ad cōsolandū sup̄ p̄re suo et matre. Et domū cōuiuij non ingredieris vt sedeas cum eis et comedas et bibas q̄ hec dicit dñs exercituum deus israel. Ecce ego auferam de loco isto in oculis vris et in diebus vestris vocē gaudij et vocem leticie: vocem sponsi et vocez sponse. Et cū annūciaueris pplo huic oīa verba hec et dixerit tibi: quare locutus ē dominus sup̄ nos omne malū grande istud? Que nra iniquitas: aut quod peccatum nr̄m quod peccauimus dño deo nro? dices ad eos: Quia dereliquerūt me pres vri ait dñs: et abierūt post deos alienos et seruierūt eis et adorauerūt eos et me dereliquerūt: et legē meā nō custodierunt Sed et vos peius operati estis q̄z pres vestri. Ecce enī ambulat vnusquisq̄ post prauitatē cordis sui mali: vt me non audiat. Et ejciaz vos de terra hac in terrā quā ignoratis vos et pres vestri: et seruietis ibi dijs alienis die ac nocte qui non dabūt vobis requiē. Propterea ecce dies veniēt dicit dñs: et nō dicetur vltra: viuit dñs qui eduxit filios israel de tra egypti: sed viuit dñs q̄ eduxit filios isr̄ de terra aquilonis: et de vniuersis terris ad quas eieci eos: et reducam eos in terram suā quā dedi patrib̄ eor̄. Ecce ego mittam piscatores multos dicit dñs: et

piscabunt eos. Et post hec mittã eis mlt̃os venatores et venabunt eos de omi monte ⁊ de oi colle ⁊ de cauernis petrar qz oculi mei sup oẽs vias eor. Nõ sunt abscõdite a facie mea et nõ fuit occulta iniquitas eor ab oculis meis. Et reddã primũ duplices iniquitates et peccata eor qz contaminauerũt terrã meam in morticinis idolorũ suor et abominationibus suis impleuerũt hereditatẽ meã. Dñe fortitudo mea et robur meũ et refugiũ meũ in die tribulatõis. Ad te gẽtes veniẽt ab extremis terre et dicent: Vere mẽdaciũ possederunt pres nri vanitatẽ que eis nõ profuit. Nunquid faciet sibi homo deos? Et ipi nõ sunt dii. Idcirco ecce ego ostendã eis p vicẽ hãc oñdam eis manũ meã ⁊ virtutẽ meã et scient qz nomẽ mihi dñs. XVII

pti vſq̄ ad diem hanc. ⁊ in iſrael et ī ho
minibꝫ. ⁊ tibi feciſti nomē ſicut eſt dies
hec. Et eduxiſti ꝓpl̄m tuum iſrl̄ de terra
egypti in ſignis ⁊ portentis ⁊ in manu
robuſta ⁊ in brachio extento ⁊ in terro
re magno. ⁊ dediſti eis terrā hanc quaz
iuraſti patribꝫ eorū vt dares eis terraz
fluentē lacte ⁊ melle. et ingreſſi ſunt et
poſſederūt eam. Et nō obedierūt vo ci
tue. ⁊ in lege tua nō ambulauerūt: om
nia q̄ mandaſti eis vt facerent non fece
runt. et euenerūt eis omnia mala hec.
Ecce munitiones extructe ſunt aduer
ſum ciuitatē vt capiat̄. ⁊ vrbs data ē in
manꝰ chaldeoꝝ ⁊ in manꝰ regꝫ babylōis
qui p̄liant̄ aduerſus eam a facie gladij
et famis ⁊ peſtilentie. ⁊ q̄cunq̄ locutuſ
es acciderūt vt tuipſe cernis. Et tu di
cis mihi dñe deus: eme agꝝ argento et
adhibe teſtes: cū vrbs data ſit in manꝰ
chaldeoꝝ. Et factū eſt ꝟbū dñi ad hie-
remiā dicēs: Ecce ego dñs deus vniuſe
carnis. Nunq̄d michi difficile erit oīe
ꝟbū: Propterea hec dic̄ dñs: Ecce ego
tradam ciuitatē iſtā in manꝰ chaldeorū
et in manus regꝫ babylouis ⁊ capiēt eā
et veniēt chaldei p̄liantes aduſuz vrbē
hanc. ⁊ ſuccendēt eam igni ⁊ ꝯburēt eā
et domos in quarū domatibꝫ ſacrifica-
bant baal et libabant dijs alienis liba-
mina ad irritandū me. Erant eniz filij
iſrael ⁊ filij iuda iugiter faciētes maluz
in oculꝭ meis ab adoleſcētia ſua: filij iſrl̄
qui vſq̄ nūc exacerbāt me ī ope manu
um ſuaꝝ dicit dñs: qꝛ in furore ⁊ ī indi-
gnatōe mea facta ē michi ciuitas hec a
die q̄ edificauer̄t eā vſq̄ ad diem iſtam
qua auferet̄ de ꝯſpectu meo ꝓpt̄ maliciā
filioꝝ iſrl̄ ⁊ filioꝝ iuda quā fecerunt ad
iracundiā me ꝓuocātes ip̄i et reges eo
rum ⁊ principes eoꝝ et ſacerdotes ⁊ ꝓ-
phete eoꝝ viri iuda ⁊ hītatores hierl̄m
Et verterūt ad me terga et non facies
cum docerē eos ⁊ erudirem diluculo: ⁊
nollent audire vt accipent diſciplinaz
Et poſuerūt idola ſua in domo in q̄ in-
uocatū eſt nomē meuz vt polluerēt eā.
et edificauer̄t excelſa baal q̄ ſunt ī valle
filij ennon vt initiarēt filios ſuos et fi
lias ſuas moloch qd̄ non mandaui eis
nec aſcendit in cor meū vt facerent abo
minatōem hanc. ⁊ in pctm̄ deducerent
iudā. Et nūc ꝓpter iſta hec dicit dñs deꝰ
iſrl̄ ad ciuitatē hāc. de q̄ vos dicitꝫ ꝙ tra
dat̄ in manꝰ regꝫ babylōis in gladio ⁊ in
fame ⁊ in peſte. Ecce ego ꝯgregabo eos

de vniuersis terris ad qs eieci eos in furore meo et in ira mea et in indignatõe grãdi. et reducã eos ad locũ istũ et habitare eos faciã confidenter. et erũt mihi in populũ et ego ero eis in deũz. Et dabo eis cor vnũ et viã vnã vt timeãt me vniuersis diebus et bñ sit eis et filijs eor post eos Et feriã eis pactũ sempiternũ et nõ desinã eis bñfacere. et timorez meũ dabo in corde eor vt nõ recedãt a me. et letabor sup eis cũ bñ eis fecero. Et plãtabo eos in tra ista in veritate in toto corde meo et in tota aĩma mea: quia hec dicit dñs Sicut adduxi sup populũ istũ oẽm malum hoc grande: sic adducã sup eos omne bonũ qđ ego loquor ad eos. Et possidebunt agri in terra ista de q vos dicitis q deserta sit: eo q nõ remanserit hõ et iumentũ. et data sit in manus chaldeorum. Agri ementur pecunia et scribent in libro et imponent signũ et testis adhibebitur in terra beniamin et in circũitu hierlm. in ciuitatibus iuda et in ciuitatibus montanis et in ciuitatibus campestribus et in ciuitatibus que ad austrũ sunt: qz duertã captiuitatẽ eor ait dñs. XXXIII

Et factum est verbũ dñi ad hieremiaz secundo. cũ adhuc clausus esset in atrio carceris dicẽs Hec dicit dñs qui facturus est et formaturus illud et paratur: dñs nomẽ ei. Clama ad me et exaudiam te. et annunciabo tibi grandia et firma que nescis. Quia hec dicit dñs de domibus hierl ad domos regũ iuda q destructe sunt ad munitões et ad gladiũ venientium vt dimicẽt cũ chaldeis et impleãt eas cadaueribus hoim qs percussi in furore meo et in indignatõe mea: absconderã faciẽ meã a ciuitate hac propter oẽm maliciam eor. Ecce ego obducã eis cicatricem et sanitatẽ et curabo eos. et reuelabo eis dẽpcatõem pacis et veritatis. Et conuertã cõuersionẽ iuda et conuersionẽ hierusalez et edificabo eos sicut a principio et emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerũt mihi. et propitius ero cunctis iniquitatibus eor in quibus dereliquerunt mihi et spreuerũt me. Et erit mihi in nomẽ et in gaudiũ et in laudez et in exultatõem cunctis gentibus terre. que audierint oĩa bona q ego faciam eis: et pauebũt et turbabunt in vniuersis locis et in omni pace quã ego faciam eis. Hec dicit dñs Adhuc audietur in loco isto quem vos dicitis esse desertũ eo q non sit hõ nec iumẽtum in ciuitatibus iuda et foris hierlm q desolate sunt absq homine et absq habitatore et absq pecore. vox gaudij et vox letitie: vox sponsi et vox sponse: vox dicentiũ: confitemini dño exercituum quoniam bonus dñs: qm in eternũ misericordia ei: et portãtium vota in domo dñi Reducaz enim conuersionẽ terre sicut a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituum Adhuc erit in loco isto deserto absq homine et absq iumẽto. et in cunctis ciuitatibus eius habitaculũ pastor et accubantium gregum in ciuitatibus montuosis et in ciuitatibus campestribus: et in ciuitatibus que ad austrũ sunt. et in terra beniamin et in circũitu hierlm et in ciuitatibus iuda adhuc transibũt greges ad manũ numerantis ait dñs. Ecce dies veniũt dicit dñs et suscitabo verbũ bonũ qđ locutus sum ad domũ isrl et ad domũ iuda. In diebus illis et in tpe illo germinare faciã dauid germen iusticie. et faciet iudiciũ et iustitiam in terra. In diebus illis saluabit iuda et isrl habitabit confidenter Et hoc est nomẽ quod vocabũt eum: dñs iustus noster. Quia hec dicit dominus. Non interibit de dauid vir qui sedeat super thronum domus israel. et de sacerdotibus et leuitis nõ interibit vir a facie mea qui offerat holocaustomata et incendat sacrificium et cedat victimas oĩbus diebus. Et factum est verbũ dñi ad hieremiã dicẽs. Hec dicit dñs: Si irritus potest fieri pactum meum cum die. et pactũ meum cum nocte: vt nõ sit dies et nox in tpe suo: et pactum meum irritum esse poterit cum dauid puero meo vt nõ sit ex eo filius qui regnet in throno eius. et leuite et sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari nõ potest militie celi et metiri harene maris: sic multipli

calv semen dauid ſui mei·⁊ leuitas mi
niſtros meos. Et factū eſt verbū dñi ad
hieremiā dicēs. Nunqd non vidiſti qd
ppls hic locut⁹ ſit dicēs: due cognatões
quas elegerat dñs abiecte ſunt·⁊ pplm
meū deſpexerūt·eo q nō ſit vltra gens
coram eis: Hec dic dñs. Si pactū me
um int diem ⁊ noctē·⁊ leges celo ⁊ tre
nō poſui: equidē et ſemē iacob ⁊ dauid
ſerui mei reꝓciā vt non aſſumā de ſemi
ne eius ꝓncipes ſemis abraaz ⁊ yſaac
et iacob. Reducam enim conuerſiõez
eoꝝ et miſerebꝛ eis. XXXIIII

Verbū qd factū eſt ad hieremiā
a dño quādo nabuchodonoſoꝛ
rex babylõis et omis exercitus
eius vniuſaqz regna terre q erant ſub
ptāte manꝰ ei⁹ ⁊ oēs ppli bellabant ctra
hierlm et ꝯ oēs vrbes eius dicēs. Hec
dicit dñs deus iſrl: Vade ⁊ loquere ad
ſedechiā regē iuda et dices ad eū: Hec
dicit dñs. Ecce ego tradā ciuitatē hāc
in manus regis babylõis·⁊ succendet eā
igni. Et tu nō effugies de manu ei⁹: ſed
comꝓhenſione capieris·⁊ in manu ei⁹
traderis·et oculi tui oculos regis baby
lonis videbūt·et os eius cū oꝛe tuo lo
quet·⁊ babylonē introibis. Attñ audi
verbū dñi ſedechia rex iuda. Hec dicit
dñs ad te: Nō morieris in gladio ſed in
pace moꝛiet·⁊ ſm cõbuſtiones patruz
tuoꝝ regū ꝓioꝝ qui fuerūt añ te ſic cō
burent te·⁊ ve dñe planget te: qꝛ verbū
hoc ego locutus ſuz dicit dñs. Et locu
tus eſt hieremias ꝓphēta ad ſedechiam
regem iuda vniuſa verba hec in hierlm
et exercitus regis babylõis pugnabat ꝯ
hierlm·⁊ ꝯ oīs ciuitates iuda q reliq
erant ꝯ lachis ⁊ ꝯ azecha. He eē ſuper
erant de ciuitatibꝫ iuda vrbes munite.
Verbū qd factū eſt ad hieremiā a dño
poſtqz pcuſſit rex ſedechias fedus cum
oīm ppl'o in hierlm·ꝓdicās vt dimitte
ret vnuſquiſqz ſuū ſuū·⁊ vnuſqſqz an
cillam ſuā·hebreum ⁊ hebreā liberos·⁊
nequaqz dñarent eis·id eſt in iudeo et
fratre ſuo. Audierūt g oīes ꝓncipes
et vniuerſus populus qui ierant pa
ctum vt dimitteret vnuſquiſqz ſeruuz
ſuum ⁊ ancillā ſuā liberos et vltra nō
dñarent eis. Audierūt igit ⁊ dimiſerūt
Et poſtq ſunt reinceps ⁊ retraxerunt
ſuos ſuos ⁊ ancillas ſuas qs dimiſerāt
liberos·et ſubiugauerūt in famulos et
famulas. Et factū eſt verbum ad hiere
miā a dño dicens. Hec dicit dñs deus
iſrael. Ego pcuſſi fedus cū patribꝫ vꝝ
in die q eduxi eos de tra egypti ꝺ domo
ſeruitutis dicēs: Cū ꝓpleti fuerint ſe
ptem anni dimittat vnuſquiſqz fratrē
ſuum hebreuz qui venditus eſt ei·⁊ ſer
uiet tibi ſex annis·⁊ dimittes eum a te
liberum. Et non audierunt patres ve
ſtri me: nec inclinauerūt aurem ſuam.
Et conuerſi eſtis vos hodie ⁊ feciſtis qꝺ
rectuz eſt in oculis meis vt ꝓdicaretis li
bertatē vnuſquiſqz ad amicuz ſuum et
iniſtis pactum in conſpectu meo in do
mo in qua inuocatū eſt nomen meum
ſup eaz. Et reuerſi eſtis et cõmaculaſtis
nomē meū·⁊ reduxiſtis vnuſquiſqz ſer
uum ſuū et vnuſqſqz ancillaz ſuā quos
dimiſeratz vt eſſent liberi ⁊ ſue poteſta
tis·⁊ ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſui
et ancille. Propterea hec dicit dominꝰ:
Vos nō audiſtis me vt ꝓdicaretis liber
tatez vnuſquiſqz fratri ſuo ⁊ vnuſqſqz
amico ſuo. Ecce ego ꝓdico libertatē ait
dñs ad gladiū·ad peſtem ⁊ ad famem·⁊
dabo vos in commotõez cūctis regnis
terre. Et dabo viros qui ꝓuaricant fe
dus meū·⁊ non obſeruauerunt verba
federis quib⁹ aſſenſi ſunt in conſpectu meo
vitulum quē ceciderūt in duas partes
et tranſierūt inter diuiſiones ei⁹. ꝓn
cipes iuda ⁊ ꝓncipes hierlm·eunuchi
et ſacerdotes·et oīs ꝓpul⁹ terre qui
tranſierūt inter diuiſiones vituli ⁊ da
bo eos in manꝰ inimicoꝝ ſuoꝝ et in
manus querentiū animā eoꝝ·⁊ erit
moꝛticinū eoꝝ in eſcā volatilibꝫ celi et
beſtijs terre. Et ſedechiā regem iuda ⁊
ꝓncipes eius dabo in manꝰ inimicoꝝ
ſuoꝝ et in manꝰ q̄rentiū animas eoꝝ·⁊
in manꝰ exercituū regis babylõis qui re
ceſſerūt a vob. Ecce ego ꝓcipio dic dñs

et reducaz eos in ciuitatē hāc ⁊ pliabū/
tur aduſum eā. ⁊ capient eā ⁊ incendēt
igni. Et ciuitateſ iuda dabo ī ſolitudiez
eo q̄ nō ſit habitator. XXXV

Verbū qđ factū eſt ad hieremiā
a dño in diebꝫ ioachim filij io
ſie regꝫ iuda dicēs. Clade ad do
mum rechabitaꝝ ⁊ loquere eis. ⁊ intro
duces eos in domū dñi in vnā exedraz
thſaurorꝫ. ⁊ dabis eis bibere vinuz. Et
aſſumpſi iechoniā filiū hiremie filij ab/
ſame ⁊ frēs eius ⁊ oēs filios eius ⁊ vni
uerſaz domum rechabitaꝝ. ⁊ introduxi
eos in domū dñi ad gaçophilatiū filio
ruz anan filij ieçedelie hoīs dei qđ erat
iuxta gaçophilatiū principū ſuper thē/
ſaurum maaſie filij ſellum. qui erat cu
ſtos veſtibuli. Et poſui coram filijs do
mus rechabitarum cyphos plenos vi/
no ⁊ calices. et dixi ad eos. Bibite vinū
Qui rñderunt: Non bibemus vinum
qz ionadab filius rechab pater nr̄ pre/
cepit nobis dicens: Non bibetis vinū
vos ⁊ filij veſtri vſqz in ſempiternum.
Et domuz nō edificabitis ⁊ ſementem
non ſeretis. ⁊ vineas nō plantabitꝫ nec
habebitis: ſed in tabernacul' habitabitꝫ
cunctis diebꝫ veſtris. vt viuatꝫ diebus
multis ſup faciē terre in q̄ vos peregri
namini. Obediuim⁹ ḡ voci ionadab fi/
lij rechab patris noſtri in oībus que
pcepit nobis. ita vt nō biberem⁹ vinuz
cunctꝫ diebꝫ nr̄is nos ⁊ mlieres noſtre
filij ⁊ filie nr̄e. et nō edificarem⁹ domos
ad hītandū. ⁊ vineā ⁊ agꝝ ⁊ ſementem
non habuim⁹: ſed habitauim⁹ in taber
naculis ⁊ obedientes fuim⁹ iuxta oīa
que pcepit nobis ionadab pr̄ nr̄. Cum
aūt aſcēdiſſz nabuchodonoſor rex baby
lonis ad terrā nrām. dixim⁹: Venite ⁊
ingrediamur in hierl'm a facie exercit⁹
chaldeorꝫ ⁊ a facie exercit⁹ ſyrie. ⁊ manſi
mus in hierl'm. Et factū eſt verbū dñi
ad hieremiā dicēs. Hec dic dñs exerci/
tuū deus iſrl'. Clade et dic viris iuda et
habitatoribus hierl'm. Nunqđ nō reci
pietis diſciplinā vt obediatꝫ verbꝰ meis
dicit dñs: Prevaluerūt ꝓmones iona
dab filij rechab quos pcepit filijs ſuis
vt non biberent vinū et non biberunt
vſqz ad diem hanc: qz obedierūt pcepto
patris ſui. Ego aūt locutus ſuz ad vos
de mane ꝓſurgens ⁊ loqns. ⁊ non obe/
diſtis mihi. Miſiqz ad vos oēs ſuos
meos ꝓphetas cōſurgēs dilūculo: mit/
tenſqz ⁊ dicēs: Conuertimini vnuſq̄ſ/
qz a via ſua peſſima. ⁊ bona facite ſtudia
veſtra. ⁊ nolite ſequi deos alienos nec
colatis eos. ⁊ habitabitis in terra quaz
dedi vobis ⁊ patribꝫ vr̄is. Et non incli
naſtis aurē vr̄am. neqz auduiſtz me. Fi/
mauerūt igit filij ionadab filij rechab p̄
ceptū patris ſui quod pceperat eis: po/
pulus aūt iſte nō obediuit mihi. Idcir
co hec dicit dñs exercituū deus iſrl'. Ec
ce ego adducā ſuper iudam ⁊ ſup oēs
habitatores hierl'm vniuſam affliction/
nem quā locutus ſum aduerſum illos
eo q̄ locutus ſum ad illos et nō audie/
runt. vocaui illos: ⁊ non reſponderunt
mihi. Domui aūt rechabitaꝝ dixit hie
remias. Hec dicit dñs exercituū deus
iſrael. Pro eo q̄ obediſtis pcepto iona/
dab patris veſtri. ⁊ cuſtodiſtis oīa man/
data eius ⁊ feciſtis vniuſa q̄ precepit vo
bis: ꝓpterea hec dicit dñs exercituū de⁹
iſrael. Non deficiet vir ꝺ ſtirpe ionadab
filij rechab ſtans in conſpectu meo cūc
ctis diebus. XXXVI

Et factuz eſt in āno q̄rto ioachi
filij ioſie regꝫ iuda: factū eſt ver
bū hoc ad hieremiā a dño dicēs
Tolle volumē libri ⁊ ſcribes ī eo omia
verba q̄ locutus ſum tibi aduerſū iſrl'.
et iudam ⁊ adūſum oēs gentes a die q̄
locut⁹ ſuz ad te ex diebꝫ ioſie vſqz ad di/
em hanc: ſi forte audiente domo iuda
vniuſa mala q̄ ego cogito facere eis. re/
uertaſ vnuſq̄ſqz a via ſua peſſima. ⁊ ꝓ/
tius ero iniqtati ⁊ pctō eoꝝ. Vocauit ḡ
hieremias baruch filiū nerie. ⁊ ſcripſit
baruch ex ore hieremie oēs ſmōes dñi
quos locut⁹ eſt ad eū in volumie libri.
Et pcepit hieremias baruch dicens
Ego clauſus ſuz: nec valeo ingredi do/
mum domini: Ingredere ergo tu ⁊ le

ge de volumine in quo scripsiisti ex ore
meo verba domini audiente populo in
domo domini ī die ieiunij. insuper ⁊ au
diente vniuerso iuda qui veniuut de ci
uitatibus suis. Leges eis. si forte cadat
oratio eorum in conspectu domini. ⁊ re
uertat̄ vnusq̄sq̄ a via sua pessima: qm̄
magn⁹ furor ⁊ indignatio est quā locu
tus ē dn̄s adu̇sus ꝓpl'm hūc. Et fec̄ ba
ruch fili⁹ nerie iuxta oīa que p̄cepat ei
hieremias ꝓpheta: legēs ex volumīe ser
mōes dn̄i in domo dn̄i. Factuz ē aūt in
anno q̄nto ioachī filij iosie reg̃ iuda: in
mēse nono p̄dicauer̄t ieiuniū in ꝯspc̄u
dn̄i oī ꝓpl'o in hierl'm ⁊ vniuerse ml'titu
dini q̄ ꝯfluxerat de ciuitatibus iuda in
hierl'm. Legitq̄ baruch ex volumīe ser
mōes hieremie ī domo dn̄i in gaçophy
latio gamarie filij saphā scribe ī vestibu
lo supiori in introitu porte noue dom⁹
dn̄i. audiēte oī ꝓpl'o. Cūq̄ audisset mi
cheas fili⁹ gamarie filij saphan om̄s ser
mōes dn̄i ex libro: descēdit ī domū reg̃
ad gaçophilatiū scribe. Et ecce ibi om̄s
principes sedebāt. elisama scriba ⁊ dala
ias fili⁹ semeie ⁊ helnathan fili⁹ achobor
et gamarias fili⁹ saphā ⁊ sedechias fili⁹
ananie ⁊ vniu̇si principes. Et nūciauit
eis micheas oīa verba q̄ audiuit legētē
baruch ex volumīe in auribꝫ ꝓpl'i. Mi
serūt itaq̄ oēs p̄ncipes ad baruch iudi
filiū nathanie filij selemie filij chusi di
cētes. Volumē ex q̄ legisti audiēte ꝓpl'o
sume in manu tua. et veni. Tulit g̃ ba
ruch fili⁹ nerie volumē in manu sua. ⁊
venit ad eos. Et dixer̄t ad eū: Sede et
lege hec ī auribꝫ nr̄is. Et legit baruch ī
auribꝫ eoꝝ. Igit̄ cuz audissent oīa v̄ba
obstupuer̄t vnusquisq̄ ad ꝓximuz suū
et dixerunt ad baruch. Nunciare debe
mus regi omnes sermones istos? Et
interrogauerūt eum dicentes. Indica
nobis: quomō scripsisti omnes sermo
nes istos ex ore eius. Dixit aūt eis ba
ruch. Ex ore suo loq̄bat̄ q̄i legēs ad me
oēs sermōes istos. ⁊ ego scribebā in vo
lumīe attramēto. Et dixer̄t p̄ncipes ad
baruch. Vade ⁊ abscōdere tu ⁊ hieremi
as. ⁊ nemo sciat vbi sitis. Et īgressi sūt
ad regem in atrium. Porro volumen
commēdauerunt in gaçophilatio elisa
me scribe ⁊ nunciauerunt audiente re
ge omnes s̄mones. Misitq̄ rex iudi vt
sumeret volumen. qui tollens illud de
gaçophylatio elisame scribe legit audi
ente rege. ⁊ vniuersis principibus qui
stabant circa regem. Rex autē sedebat
in domo hyemali in mense nono ⁊ po
sita erat arula coram eo plena prunis.
Cunq̄ legiesst iudi tres pagellas vel
q̄ttuor. scidit illud scalpello scribe ⁊ ꝓie
cit in ignez qui erat sup̄ arulam donec
consumeretur omne volumē igni qui
erat in arula Et non timuerūt neq̄ sci
derunt vestimenta sua rex ⁊ omnes ser
ui ei⁹: q̄ audierūt vniu̇sos s̄mōes istos
Veruntamen helnathan et dalaias et
gamarias contradixerunt regi ne com
bureret librum ⁊ non audiuit eos. Et
precepit rex hieremiel filio amalech et
saraie filio eçriel ⁊ selemie filio abdehel
vt comprehenderent baruch scribam
et hieremiā prophetā. Abscondit autē
eos dominus. Et factū est verbum dn̄i
ad hieremiā ꝓphetaz: postq̄ cōbusserat
rex volumē et s̄mones quos scripserat
baruch ex ore hieremie dicens: Rursuz
tolle volumen aliud. ⁊ scribe in eo om̄s
sermōes priores qui erant in primo vo
lumine quod cōbussit ioacchim rex iu
da. Et ad ioachim regē iuda dices. Hec
dicit dn̄s. Tu cōbussisti volumen istud
dicens: Quare scripsisti in eo annunci
ans. festinus veniet rex babylōis. ⁊ va
stabit terraz hanc. ⁊ cessare faciet ex illa
hominē et iumētuz? Propterea hec di
cit dn̄s deus contra ioachim regem iu
da: Non erit ex eo qui sedeat sup̄ soliuz
dauid. ⁊ cadauer eius ꝓiicietur ad estū
per diem et ad gelu p̄ noctem. Et visi
tabo contra eum et ꝯtra semen eius ⁊ ꝯ
seruos eius iniquitates suas. ⁊ addu
cam sup̄ eos ⁊ sup̄ habitatores hierl'm
et sup̄ viros iuda om̄e malū q̄d locut⁹
sum ad eos. ⁊ nō audierūt. Hieremias
autē tulit volumen aliud ⁊ dedit illud

baruch filio nerie scribe q̄ scripsit in eo
ex ore hieremie oēs sermōes libri quē
p̄busserat ioachim rex iuda igni ⁊ insu
per additi sunt sermōes multo plures
antea q̄s fuerant. XXXVII

ET regnauit rex sedechias filius
e iosie p̄ iechonia filio ioachim
quē p̄stituit regem nabuchodo
sor rex babilonis in terra iuda. ⁊ nō obe
diuit ipe et ſui eius ⁊ pp̄lus terre verb̄
dñi que locut⁹ est in manu hieremie p̄
phete. Et misit rex sedechias iuchal fili
um selemie et sophoniā filiū maasie sa
cerdotē ad hieremiā pphetā dicēs: Ora
p nob̄ dñm deū nostr̄. Hieremias aūt
libere ābulabat in medio pp̄li. Non enī
miserant eū in custodiaz carceris. Igit̄
exercitus pharaōis egressus est de egy
pto. ⁊ audiētes chaldei qui obsidebant
hierl'm huiuscemodi nunciū recesser̄t
ab hierl'm. Et factū est verbū dñi ad hie
remiā pphāz dicēs. Hec dic̄ dñs de⁹ isr̄l'
Sic dicetis regi iuda qui misit vos ad
me interrogandū. Ecce exercitus pha
raonis qui egressus est vob̄ in auxiliuz
reuertetur in terrā suam in egyptuz. ⁊
redient chaldei et bellabunt ꝑ ciuitatez
hanc. et capient eam ⁊ succendent igni
Hec dicit dñs. Nolite decipe aīas vr̄as
dicentes. euntes abibūt ⁊ recedēt a no
bis chaldei: q̄ nō abibunt. Oz ⁊ si per
cusseritis oēm exercitū chaldeoz q̄ pu
gnant aduersuz vos ⁊ derelicti fuerint ex
eis aliqui vulnerati. singl'i de tentorio
suo p̄surgēt. ⁊ incendēt ciuitatez hanc
igni. Ergo cū recessisset exercit⁹ chalde
oꝛum ab hierl'm p̄pter exercitū pharao
nis egressus ē hieremias de hierl'm vt
iret in terrā beniamī ⁊ diuideret ibi pos
sessionē in p̄spectu ciuiū. Cūq̄ pueniss̄
ad portā beniamī erat ibi custos portē p
vices nomine hirias filī⁹ selemie filij
ananie. ⁊ appr̄ehendit hieremiā pphetaz
dicēs: Ad chaldeos profugis: Et rñdit
hieremias. Falsuz est: nō fugio ad chal
deos. Et non audiuit eū ſz comp̄hendit
hirias hieremiā et adduxit eū ad prin
cipes. Quamobrem irati principes cō
tra hieremiā. cesum eū miser̄t in carce
rem q̄ erat in domo ionathā scribe. Ip
se enim p̄positus erat sup̄ carcerē. Ita
q̄z ingressus ē hieremias in domuz la
ci et in ergastulū. ⁊ sedit ibi hieremias
diebus multis. Mittens aūt sedechias
rex tulit eū. ⁊ interrogauit eū in domo
sua abscondite. ⁊ dixit. Putas ne est ser
mo a dño: Et dixit hieremias. Est. Et
ait. In man⁹ regis babylonis trader̄is. Et
dixit hieremias ad regē sedechiā Quid
peccaui tibi ⁊ seruis tuis ⁊ pp̄lo tuo: qa
misisti me in domū carceris: Vbi sunt
prophete vestri qui pphetabāt vobis et
dicebant: non veniet rex babylonis su
per vos et sup̄ terram hanc: Nūc ergo
audi obsecro dñe mi rex. Et placeat deprca
tio mea in cōspectu tuo. ⁊ ne me remit
tas in domū ionathe scribe ne moriar ibi
Precepit ergo rex sedechias vt trade
retur hieremias in vestibuluz carceris
et darer̄ ei torta quotidie panis. excep
to pulmento: donec consumerent̄ om
nes panes de ciuitate. Et mansit hiere
mias in vestibulo carceris. XXXVIII

AUdiuit aūt saphacias filī⁹ mat
than ⁊ hiedelias filī⁹ phassur ⁊
iuchal filius selemie ⁊ phassur
filius melchie sermōes q̄s hieremias
loq̄bat̄ ad oēm pp̄lm dicēs. Hec dicit
dñs: Quicunq̄ mānserit in ciuitate hac
morier̄ gladio ⁊ fame ⁊ peste: q̄ aūt pfu
gerit ad chaldeos viuet. ⁊ erit aīma ei⁹
sospes ⁊ viuēs. Hec dic̄ dñs. Tradēdo
trader̄ ciuitas hec in manu exercitus re
gis babylōis. ⁊ capiet eam. Et dixer̄t
principes regi. Rogam⁹ vt occidat̄ hō
iste. De industria enī dissoluit manus
viroz bellantiū qui remānser̄t in ciuita
te hac. ⁊ manus vniuersi pp̄li. loq̄ns ad
eos vniuersa verba hec. Siquidē homo
iste non querit pacē pp̄lo huic: sz malū
Et dixit rex sedechias. Ecce ipe in ma
nibus vestris est. Nec enī fas est vobis
quicq̄ negare. Tulerunt g̃ hieremiaz ⁊
miserūt eum in lacū melchie filij amā
lech q̄ erat in vestibulo carceris ⁊ subm
serūt hieremiā in funibus in lacū in quo

non erat aqua sed lutū. Descendit ita-
q; hieremias in cenum. Audiuit autez
abdemelech ethiops vir eunuchus q̄
erat ī domo reg̃: ꝙ misissent hieremia
in lacū. Porro rex sedebat ī porta ben-
iamin. Et egressus est abdemelech de
domo regis. ⁊ locutus est ad regē dicēs
Dñe mi rex male fecerūt viri isti omīa
quecūq; ꝑpetrarunt ꝯ hieremiā ꝓphaz
mittētes eū in lacū vt moriat̃ ibi fame
Nō sūt enī panes vltra ī ciuitate. Pre-
cepit itaq; rex abdemelch ethiopi dicēs
Tolle tecū hinc triginta viros. et leua
hieremiā ꝓphetā de lacu anteq̄ moriat̃
Assumptis g̃ abdemelech secū viris in
gressus ē domū reg̃ q̄ erat sub cellario
et tulit inde veteres pannos ⁊ antiq̄ q̄
ꝯputruerāt ⁊ submisit ea ad hieremiā
ī lacū ꝑ funicl'os. Dixitq; abdemelech
ethiops ad hieremiā ꝓphetā. Pone ve-
teres pannos ⁊ hec scissa ⁊ putrida sub
cubito manuū tuaꝝ: ⁊ sup funes. Fecit
ergo hieremias sic. Et extraxer̃t hiere-
miā funib⁹. ⁊ eduxerūt eū ꝺ lacu. Man-
sit autē hieremias in vestibulo carcer̃.
Et misit rex sedechias. ⁊ tulit ad se hie-
remiā ꝓphetam ad ostiū tertiū. qꝺ erat
in domo dñi. Et dixit rex ad hieremiaz
Interrogo ego te sermonē ne abscon-
das a me aliq̄d. Dixit aūt hieremias ad
sedechiā. Si ānūciauero tibi: nunq̄d n̄
inf̃icies me? Et si ꝯsilium dedero tibi:
non me audies. Jurauit ergo rex sede-
chias hieremie clam dicēs: Viuit dñs
qui fecit nob̄ aīam hanc? si occidero te
et si tradidero te in manus viroꝝ istoꝝ
qui q̄runt aīaz tuā. Et dixit hieremias
ad sedechiā: Hec dic̄ dñs exercituū de⁹
isrl̄: Si ꝓfectus exieris ad principes re-
gis babylonis. viuet anīa tua ⁊ ciuitas
hec nō succendet̃ igni. ⁊ salu⁹ eris tu et
dom⁹ tua. Si aūt non exieris ad princi-
pes reg̃ babylonis. tradet̃ ciuitas hec in
man⁹ chaldeoꝝ ⁊ succendēt eā igni. ⁊ tu
non effugies de manu eoꝝ. Et dixit rex
sedechias ad hieremiā: Sollicitus sū
ꝓpter iudeos qui trāsfugerūt ad chal-
deos. ne forte tradar in manus eorum
et illudāt mihi. Rñdit aūt hieremias
et dixit ei. Non te tradent. Audi queso
vocem dñi quā ego loquor ad te. et bñ
tibi erit. ⁊ viuet aīa tua. Q si nolueris
egredi: iste ē sermo quē oñdit mihi do-
minus. Ecce om̄es mulieres q̄ reman-
serunt in domo regis iuda. educentur
ad principes regis babylonis: ⁊ ipsi di-
cent. Seduxerūt te ⁊ ꝑualuerūt aduer-
sum te viri pacifici tui. demerserunt te
in ceno ⁊ in lubrico pedes tuos. ⁊ reces-
serunt a te. Et om̄es vxores tue et filij
tui educent̃ ad chaldeos. ⁊ nō effugies
manus eoꝝ: sed in manu reg̃ babylōis
capieris. ⁊ ciuitatem hanc ꝯburet igni
Dixit ergo sedechias ad hieremiā. Nul-
lus sciet v̄ba hec: ⁊ nō morier̃. Si aūt
audierint principes q̄ locutus sū tecū
et venerint ad te. ⁊ dixerint tibi. indica
nob̄ quid locut⁹ sis cū rege ne celes et
nō te interficiem⁹ ⁊ q̄d locutus ē tecuz
rex. dices ad eos. Prostraui ego p̄ces
meas coram rege: ne me reduci iuberet
in domū ionathā ⁊ ibi morerer. Vene-
runt ergo om̄s principes ad hieremiā
et interrogauerunt eum. Et locutus ē
eis iuxta omnia v̄ba que p̄cepat ei rex.
Et cessauerunt ab eo. Nichil enim fue-
rat auditū. Mansit vero hieremias in
vestibulo carceris vsq; ad diem quo ca-
pta est hierusalem. Et factum est vt ca-
peretur hierusalem: XXXIX

Anno nono sedechie regis iuda
mense decimo venit nabuchodo-
nosor rex babylonis et om̄is ex-
ercitus eius ad hierusalez ⁊ obsidebāt
eam. Undecimo autem anno sedechie
mense quarto. quinta mensis. aperta ē
ciuitas: et ingressi sunt omnes princi-
pes regis babylonis et sedert̃ in porta
media: neregel sereser semegar nabu-
sarsathim rapsaces neregel sereser reb
mag. ⁊ oēs reliq̄ prīcipes reg̃ babylōis
Cūq; vidisset eos sedechias rex iuda ⁊
oēs viri bellatores: fugerunt. et regres-
si sunt nocte de ciuitate per viam hor-
ti regis ⁊ per portam que erat inter du-
os muros. et egressi sunt ad viā deserti

Persecutus est aūt eos exercitus chal
deoꝝ ⁊ ꝯphenderūt sedechiā in campo
solitudinis hierichontine. ⁊ captuz ad-
duxerūt ad nabuchodonosor regem ba
bylonis in reblatha q̄ est ī terra emath
et locut⁹ ē ad eū iudicia. Et occidit rex
babylonis filios sedechie in reblatha ī
ocul' eius. et oīs nobiles iuda occidit
rex babylōis. Oculos quoq̄ sedechie
eruit. ⁊ vinxit eū ꝯpedib⁹ vt duceret̄ in
babylonē. Domū q̄z reg⁹ ⁊ domū vulgi
succenderūt chaldei igni. ⁊ muꝝ hierl'm
subuerterūt. Et reliq̄as ppl'i q̄ remanse
rant in ciuitate. ⁊ ꝓfugos q̄ transfuge-
rant ad eū et supfluos vulgi q̄ remāse-
rant trāstulit nabuçardan mgr̄ militū
in babylonē. ⁊ d̄ plebe pauperꝝ qui nihil
penit⁹ hēbant. dimisit nabuçardā mgr̄
militie in terra iuda. ⁊ dedit eis vineas
et cisternas in die illa. Preceꝑat autez
nabuchodonosor rex babylonis de hie-
remia. nabuçardan mgr̄o militū dicēs
Tolle illū: ⁊ pone sup eū oculos tuos.
nihilq̄ ei mali facias: sed vt voluerit sic
facies ei. Misit ergo nabuçardā prīceps
militie ⁊ nabu ⁊ sesban ⁊ rapsaces ⁊ ne-
regel et sereser ⁊ rebmag ⁊ oēs optima
tes reg⁹ babylonis miserūt ⁊ tulerūt hie
remiā de vestibulo carcer⁹. ⁊ tradiderūt
eū godolie filio aichā filij saphan vt in
traret in domuz et hitaret in ppl'o. Ad
hieremiā aūt factus fuerat ſmo dñi cū
clausus esset in vestibulo carcer⁹ dicēs
Vade ⁊ dic abdemelech ethiopi dicēs
Hec dicit dñs exercituū deus isrl'. Ecce
ego inducā sermones meos sup ciuita
tem hanc in malum ⁊ non in bonuz. et
erunt in conspectu tuo in die illa. ⁊ libe
rabo te in die illa ait dominus. Et non
traderis in man⁹ viroꝝ q̄s tu formidas
sed eruēs liberabo te ⁊ gladio nō cades:
sed erit tibi aīma tua in salutē q̄z in me
habuisti fiduciā ait dñs. XL.

Sermo qui fact⁹ est ad hieremiā
a dño postq̄z dimissus est a na-
buçardā magistro militie de ra
ma qñ tulit eū vinctū catenis ī medio
omniū qui migrabāt de hierl'm ⁊ iuda
et ducebant̄ in babylonē. Tollēs ergo
princeps militie hieremiā dixit ad eū
Dominus deus tuus locut⁹ est maluz
super locū istuz. ⁊ adduxit ⁊ fecit dñs si-
cut locut⁹ est. q̄z peccastis dño ⁊ non au
distis vocē eius: ⁊ factus ē vob̄ ſmo hic
Nūc ergo ecce solui te hodie de catenis
que sunt in manib⁹ tuis. Si placet ti
bi vt venias mecū in babylonē veni et
ponā ocl'os meos sup te. Si aūt displi
cet tibi venire mecū in babylonē. reside
Ecce omuis terra in conspectu tuo est.
Quod elegeris ⁊ quo placuerit tibi vt
vadas. illic perge. et mecū noli venire
sed habita apud godoliā filium aichaz
filij saphan quem preposuit rex babylo
nis ciuitatib⁹ iude Habita ergo cuz eo
in medio populi: vel quocūq̄ placuerit
tibi vt vadas vade. Dedit quoq̄ ei ma
gister militie cibaria ⁊ munuscula. ⁊ di
misit eum. Venit aūt hieremias ad go
doliam filiū aicham in masphat. et ha-
bitauit cuz eo in medio populi qui reli
ctus fuerat in terra. Cunq̄ audissent
omnes principes exercitus qui disper
si fuerant ꝑ regiones. ipi ⁊ socij eorum
q̄ prefecisset rex babylonis godoliaz fi-
liū aichā terre ⁊ q̄ ꝯmendasset ei viros
⁊ ml'ieres ⁊ puulos et de pauꝑib⁹ t're q̄
nō fuerāt trāssati ī babylonē: venerūt ad
godoliam in masphat ⁊ hismael filius
nathanie ⁊ iohannan filius caree et io
nathan ⁊ sareas filius thenometh ⁊ fi
lij offi qui erant de nethophati et iecho
nias filius maachati ipsi et viri eoruz.
Et iurauit eis godolias fili⁹ aichā filij
saphan et comitibus eorum dicens:
Nolite timere seruire chaldeis. Habi-
tate in terra et seruite regi babylōis. et
bene erit vobis. Ecce ego habito ī mas
phat: vt respondeam p̄cepto chaldeoꝝ
qui mittuntur ad nos. Vos autez col-
ligite vindemiam et messem ⁊ oleum
et condite in vasis vestris. et manete
in vrbibus vestris quas tenetis. Sz ⁊
oīs iudei qui erāt in moab. ⁊ in finib⁹
ammon ⁊ in idumea ⁊ ī vniūsis regio-
nibus: audito q̄ dedisset rex babilonis

reliq̃as ĩ iudea et q̃ p̃posuisset sup̃ eos
godoliam filiũ aichã filij saphan: reuer
si sunt inquã oẽs iudei de vniu̇sis loc̃
ad q̃ p̃fugerãt ⁊ venerẽt in terrã iuda ad
godoliã in masphat ⁊ collegerẽt vinũ ⁊
messem multã nimis. Johãnan aũt fi
lius caree ⁊ oẽs principes exercit⁹ q̃ di
spersi fuerãt in regionib⁹ venerẽt ad go
doliã in masphat ⁊ dixerũt ei. Scito q̃
bahalis rex filioꝝ ammon misit hisma
el filiũ nathanie p̃cutere aĩam tuã. Et
nõ credidit eis godolias fili⁹ aichã. Jo
hannã aũt fili⁹ caree dixit ad godoliã se
orsum in masphat loq̃ns. Ibo ⁊ p̃cutiã
hismael filiuz nathanie nullo sciẽte ne
interficiat aĩaz tuã ⁊ dissipent̃ oẽs iudei
qui ꝯgregati sunt ad te. et p̃ibũt reliq̃e
iuda. Et ait godolias fili⁹ aichã ad iohã
nan filiũ caree. Noli facere v̄buz h̄. Fal
sum enĩ tu loquer̃ de hismael. XLI

Et factũ est in mẽse septimo: ve
nit hismael fili⁹ nathanie filij
elisama de semine regali ⁊ opti
mas reg̃. ⁊ decẽ viri cũ eo ad godoliam
filiũ aichã in masphat. ⁊ comederũt ibi
panes simul in masphat. Surrexit ãt
hismael filius nathanie ⁊ decẽ viri q̃ cũ
eo erãt ⁊ p̃cusserũt godoliã filiũ aichaz
filij saphan gladio. ⁊ interfecerẽt eũ quẽ
p̃fecerat rex babylonis terre. Oẽs quo
q̃ iudeos q̃ erãt cũ godolia ĩ masphat.
et chaldeos q̃ repti sunt ibi ⁊ viros bel
latores p̃cussit hismael. Scdo aũt die
postq̃ occiderat godoliam nullo adhuc
sciente. venerẽt viri de sychem ⁊ de sylo ⁊
de samaria octoginta viri rasi barba et
scissis vestib⁹ ⁊ squalẽtes ⁊ mũera ⁊ th⁹
hẽbant in manu vt offerrent in domo
dñi. Egressus g̃ hismael fili⁹ nathanie ĩ
occursuz eoꝝ de masphat: incedẽs ⁊ plo
rans ibat. Cũ aũt occurrisset eis: dixit
ad eos. Venite ad godoliã filiũ aichaz.
Qui cũ venissent ad mediũ ciuitat̃. in
terfecit eos hismael fili⁹ nathanie circa
mediũ laci ipse ⁊ viri q̃ erãt cũ eo. De
cem aũt viri repti sunt int̃ eos. q̃ dixe
runt ad hismael. Noli occidere nos: q̃
habem⁹ thesauros in agro frumẽti ⁊ hor
dei ⁊ olei ⁊ mellis. Et cessauit. ⁊ nõ int̃
fecit eos cũ fratrib⁹ suis. Lacus autem
in quez p̃iecerat hismael oĩa cadauera
virorũ q̃s p̃cussit p̃pter godoliã: ipse est
quez fecit rex asa p̃pter baasa regem isrl̃.
Ipsum repleuit hismael fili⁹ nathanie
occisis. Et captiuas duxit hismael oẽs
reliq̃as p̃pl̃i q̃ erãt in masphat filias re
gis ⁊ vniu̇sum p̃pl̃m qui remãserãt in
masphat: q̃s ꝯmendauerat nabuçardã
princeps militie godolie filio aicham.
Et cepit eos hismael filius nathanie ⁊
abijt vt transiret ad filios ammon. Au
diuit aũt iohãnan filius caree ⁊ omnes
principes bellatoꝝ qui erãt cũ eo oẽ ma
lum q̃d fecerat hismael filius nathanie
et assumptis vniu̇sis vir̃ p̃fecti sunt vt
bellarẽt adu̇suz hismaelẽ filiũ nathanie
et inuenerũt eum ad aq̃s multas que
sunt in gabaon. Cũq̃z vidisset oĩs p̃pl̃s
qui erat cũ hismael. iohãnã filiuz caree
⁊ vniu̇sos principes bellatoꝝ q̃ erãt cuz
eo. letati sunt. Et reuersus ẽ oĩs p̃pl̃us
quẽ cep̃at hismael ĩ masphat. reuersus
q̃z abijt ad iohãnan filiũ caree. Hisma
el aũt fisi⁹ nathanie fugit cũ octo viris
a facie iohãnan. ⁊ abijt ad filios ãmon.
Tulit ergo iohãnan fili⁹ caree et omẽs
principes bellatoꝝ q̃ erãt cũ eo. vniu̇sas
reliq̃as vulgi q̃s reduxerãt ab hismael
filio nathanie de masphat: postq̃z p̃cus
sit godoliam filiũ aichaz fortes viros
ad prelium. ⁊ mulieres ⁊ pueros et eu
nuchos q̃s reduxerat de gabaon. ⁊ abie
runt ⁊ sederũt p̃egrinantes in chanaan
que est iuxta bethleem vt pergerent et
introirent egyptum a facie chaldeoruz
Timebãt enĩ eos: q̃z p̃cusserat hisma
el filius nathanie godoliam filiũ aichã
quem preposuerat rex babilonis in ter
ra iuda. XLII

Et accesserunt om̃es principes
bellatoꝝ ⁊ iohãnan filius caree
et ieconias filius oçie ⁊ reliquũ vulg⁹
a paruo vsq̃z ad magnum: dixeruntq̃z
ad hieremiã prophetam. Cadat oratio
nostra in conspectu tuo ⁊ ora p̃ nob̃ ad
dñm deũ tuũ p̃ vniu̇sis reliquijs istis

quia derelicti sumus pauci de pluribus
sicut oculi tui nos intuent̄. ⁊ ānunciet
nob̄ dn̄s de⁹ tuus viā ꝑ quā ꝑgamus. ⁊
verbū qd̄ faciam⁹. Dixit aūt ad eos hie
mias ꝓpheta. Audiui. Ecce ego oro ad
dn̄m deū vestꝝ ſm̄ v̄ba vr̄a. oē verbū qd̄
cūq; rn̄derit mihi indicabo vob̄ nec ce-
labo vos q̄cq̄; Et illi dixer̄t ad hieremiā
Sit dn̄s int̄ nos testis veritat̄ ⁊ fidei:
si nō iuxta oē verbū in q̄ miserit te dn̄s
deus tu⁹ ad nos. sic faciem⁹ siue bonuz ē
siue malū. Voci dn̄i dei nr̄i ad quez mit
tim⁹ te obediem⁹ vt bn̄ sit nobis cū au
dierimus vocē dn̄i dei nr̄i. Cū aūt com
pleti essent decē dies: factū est verbum
dn̄i ad hieremiā. Vocauitq; iohannan
filiū caree et oēs principes bellatoꝝ qui
eraut cū eo ⁊ vniu̇suz ꝓpl̄m a mīmo vs
q; ad magnū. et dixit ad eos. Hec dicit
dn̄s de⁹ isrl̄ ad quē misistis me. vt ꝓster
nerē p̄ces vr̄ās in ꝯspectu ei⁹. Si qui-
escentes māseritis in terra hac: edifica
bo vos ⁊ nō destruā plātabo ⁊ nō euellā
Jam enī placat⁹ sum sup̄ malo: qd̄ feci
vobis. Nolite timere a facie reg̃ babilo
nis quē vos pauidi formidatis. Nolite
metuere eū dicit dn̄s: qꝛ vobiscū sum
ego vt saluos vos faciā et eruā de māu
eius. ⁊ dabo vobis misericordias ⁊ mise
rebor vestri. ⁊ hītare vos faciaz in terra
vestra. Si aūt dixerit̄ vos: nō habitabi
mus in terra ista: nec audiem⁹ vocē dn̄i
dei nr̄i dicētes. nequaq̄; sed ad terram
egypti ꝑgem⁹ vbi nō videbim⁹ bellū et
clangorē tube nō audiem⁹. ⁊ famē non
sustinebim⁹. ⁊ ibi hītabim⁹: ꝓpter hoc
nūc audite v̄bū dn̄i reliquie iuda. Hec
dicit dn̄s de⁹ exercituū deus isrl̄. Si po
sueritis faciē vr̄ām vt ingrediamī egy-
ptū ⁊ intraueritis vt ibi habitetis. gla
dius quē vos formidat̄. ibi ꝯp̄hendet
vos ī terra egypti: ⁊ fames ꝓ q̄ estis sol
liciti adherebit vob̄ in egypto ⁊ ibi mo-
riemī. Om̄esq; viri qui posuerint faciē
suā vt ingrediant̄ egyptū vt hītent ibi
morient̄ gladio ⁊ fame ⁊ peste. Null⁹ de
eis remanebit nec effugiet a facie mali
qd̄ ego afferā sup̄ eos: qꝛ hec dicit dn̄s
exercituū deus isrl̄. Sicut conflatus ē
furor meus et indignatio mea sup̄ ha
bitatores hierl̄m: sic cōflabit̄ indigna-
tio mea sup̄ vos cum ingressi fueritis
egyptuz. ⁊ eritis in iusiurandū ⁊ in stu
porem ⁊ in maledictū ⁊ in opprobrium
et nequaq̄; vltra videbit̄ locum istum
Verbū dn̄i sup̄ vos reliquie iuda. No-
lite intrare egpytū Sciētes sciet̄ quia
obtestatus sum vobis hodie: qꝛ decepi-
stis aīas vr̄ās. Vos enī misist̄ me ad do
minū deum nostꝝ: dicentes: Ora ꝓ no
bis ad dn̄m deuz nostꝝ: ⁊ iuxta oīa que-
cunq; dixerit tibi dn̄s deus nr̄. sic ānun
cia nob̄ ⁊ faciem⁹. Et annūciaui vob̄ ho
die: et nō audistis vocem dn̄i dei vestri
super vniu̇sis ꝓ quib̄ misit me ad vos
Nunc ḡ scientes sciet̄: qꝛ gladio ⁊ fame
et peste moriemī in loco ad quē voluist̄
intrare vt habitaretis ibi. XLIII

Factum est aūt cum complesset
hieremias loquens ad popu
lum vniuersos sermones do-
mini dei eorum pro quibus miserat eū
dominus deus eorum ad illos omnia
verba hec: dixit açarias filius oçie et io
hannan filius caree ⁊ omnes viri sup̄-
bi dicentes ad hieremiā. Mendacium
tu loquer̄. Non misit te dn̄s deus no-
ster dicens: ne ingrediamini egyptum
vt habitetis illic: sed Baruch filius
nerie incitat te aduersum nos vt tra-
dat nos in manus chaldeorum ⁊ inter
ficiat nos et traduci faciat in babylonē
Et non audiuit iohannan filius caree
et om̄s principes bellatoꝝ ⁊ vniuersus
ꝓpl̄us vocē dn̄i vt manerēt in terra iu-
da: sed tollēs iohānan fili⁹ caree vt vni
uersi principes bellatoꝝ. vniuersus reli
quiaruz iuda qui reuersi fuerant de cū
ctis gentibus ad quas fuerant ān di-
spersi vt habitarent in t̄ra iuda. viros
et ml̄ieres ⁊ ꝑuulos ⁊ filias reg̃ ⁊ oēm
animā quaz reliq̄rat nabuçardan prin-
ceps militie cū godolia filio aicham fi
lij saphan. ⁊ hieremiā ꝓphetā ⁊ baruch
filium nerie. et ingressi sunt in terram
egypti: qꝛ non obedierūt voci domini: ⁊

venerũt vsq; ad taphnis. Et factus est
sermo dñi ad hieremiã in taphnis dicẽs.
Sume tibi lapides grãdes in mãu tua
et abscõdes eos in crypta q̃ est sub mu
ro lateritio ĩ porta dom⁹ pharaõis in ta
phnis cernẽtib⁹ vir⁹ iudeis. et dices ad
eos. Hec dicit dñs exercituũ deus isrl'.
Ecce ego mittã ⁊ assumam nabuchodo
nosor regẽ babilõis seruũ meũ. ⁊ ponã
thronũ ei⁹ sup lapides istos q̃s abscõdi
et statuet soliũ suuz sup eos. Cleniẽsq;
pcutiet terrã egypti: q̃s in mortẽ ĩ mor
tem. et q̃s in captiuiatẽ in captiuitatẽ.
et q̃s in gladio ĩ gladio. Et succẽdet ig
nem in delubris deoꝝ egypti ⁊ cõburet
ea et captiuos ducet illos. Et amicietur
terra egypti sic amicit pastor pallio suo
et egredietur inde in pace. Et ꝯteret sta
tuas dom⁹ solis q̃ sunt ĩ terra egypti. ⁊
delubra deoꝝ egypti comburet igni.

Verbum qd factuz ẽ XLIIII
ad hieremiã: ⁊ ad oẽs iudeos
qui hĩtabãt in terra egypti ha
bitantes in magdalo et ĩ taphnis et in
mẽphis ⁊ in terra phatures dicẽs. Hec
dicit dñs exercituũ de⁹ isrl'. Vos vidistis
omẽ malũ istud qd adduxi sup hierl'm
et sup oẽs vrbes iuda. ⁊ ecce deserte sũt
hodie ⁊ nõ est in eis habitator ꝓpter ma
liciam quã fecerũt vt me ad iracundiã
ꝓuocarent. et irent ⁊ sacrificarẽt et co
lerent deos aliẽos quos nesciebãt ⁊ illi
et vos ⁊ prẽs vr̃i. Et misi ad vos omẽs
seruos meos ꝓphas d̃ nocte ꝯsurgẽs mit
tensq; et dicẽs: Nolite facere verbũ abo
minatõis huiuscemodi. Et nõ audierũt
nec inclinauerũt aurẽ suã vt ꝯuerterent
a mal' suis et nõ sacrificarẽt dijs aliẽis
Et ꝯflata ẽ indignatio mea ⁊ furor me
us. ⁊ succẽsa ẽ in ciuitatib⁹ iuda ⁊ in pla
teis hierl'm. ⁊ verse sunt in solitudiẽz ⁊
vastitatẽ sm diẽ hanc. Et nũc hec dicit
dñs exercituũ de⁹ isrl'. Quare vos facitis
malũ grande ꝯ animas vrãs vt intere
at ex vob vir ⁊ mulier puul⁹ et lactens
d̃ medio iude: nec relinq̃tur vob quicq̃
residuũ: ꝓuocantes me in opibus ma
nuum vestraꝝ sacrificãdo dijs aliẽis in
terra egypti in quã ingressi estis vt ha
bitetis ibi ⁊ dispereatis. et sitis in ma
ledictõem ⁊ in opprobriũ cũctis gẽtib⁹
terre. Nũq̃d obliti estis mala patꝝ vr̃o
rũ et mala regũ iuda ⁊ mala vxoꝝ eoꝝ
et mala vr̃a et mala vxoꝝ vestraꝝ q̃ fece
rũt in terra iuda ⁊ in regiõib⁹ hierl'm:
Non sunt mũdati vsq; ad diẽ hanc et ñ
timuerũt ⁊ nõ ambulauerũt in lege do
mini ⁊ in p̃ceptis meis q̃ dedi corã vob
⁊ corã patrib⁹ vestris. Ideo hec dicit do
minus exercituũ de⁹ isrl'. Ecce ego po
nam faciẽ meã in vob in malũ: ⁊ disper
dam oẽm iudã. Et assumã reliquias iu
de q̃ posuerũt facies suas vt ingrederen
tur terrã egypti et hĩtarẽt ibi. ⁊ consu
menter oẽs in terra egypti. ⁊ cadẽt in gla
dio et in fame. Cõsumentur a mĩmo vs
q; ad maximũ: in fame et gladio moriẽ
tur. et erũt in iusiurãduz ⁊ in miracl'm
et in maledictõem ⁊ in opprobriuz. Et
visitabo sup hĩtatores terre egypti. si
cut visitaui hierl'm in gladio ⁊ fame et
peste: ⁊ nõ erit q̃ effugiat ⁊ sit residuus
de reliquijs iudeoꝝ q̃ vadũt vt pegrinẽ
tur in t̃ra egypti ⁊ reuertantur in terram
iuda: ad quã ipi eleuãt aĩas suas vt re
uertantur et hĩtent ibi. Nõ reuertentur ni
si qui fugerint. Rñderũt aũt hieremie
oẽs viri sciẽtes q̃ sacrificarẽt vxores eo
ruz dijs alienis et vniuse mlieres qua
ruz stabat mltitudo grãdis: ⁊ oĩs ppls
habitãtiũ ĩ terra egypti ĩ phatures di
centes. Sermonẽ quez locutus es ad
nos in nomĩe domini nõ audiem⁹ ex te
sed facientes faciemus omne verbum
quod egredietur d̃ ore nostro vt sacrifice
mus regine celi: ⁊ libemus ei libamina
sicut fecim⁹ nos ⁊ prẽs nostri reges no
stri et principes nr̃i ĩ vrbib⁹ iuda ⁊ ĩ pla
teis hierl'm. ⁊ saturati sum⁹ pãib⁹ et bñ
nob erat. malumq; non vidim⁹. Ex eo
autem tempore quo cessauimus sacrifi
care regine celi ⁊ libare ei libamina: in
diguim⁹ oĩb⁹. ⁊ gladio ⁊ fame ꝯsumpti
sum⁹. Q si nõ sacrificam⁹ regine celi. et
libam⁹ ei libamĩa: nunq̃d sine vir⁹ nr̃is
faciem⁹ ei placentas ad colendum eam

et libamina ad libandū: Et dixit hiere
mias ad oēm ꝓpl'm. adūsum viros ⁊ ad
uersum mulieres et adūsum vniūsam
plebem q̄ rñderant ei ꝟbū dicēs. Nun-
quid nō sacrificiū qd̄ sacrificastis i ciui
tatib⁹ iuda ⁊ in plateis hierl'm. vos et
prēs vr̄i: reges vestri ⁊ pricipes vr̄i ⁊ po
pul⁹ terre: hoꝝ recordat⁹ est dñs ⁊ ascen
dit sup̄ cor ei⁹: Et nō poterat dñs vltra
portare ꝓpt̄ maliciā studioꝝ vrōꝝ. ⁊ pro
pter abominatōes q̄s fecistis. ⁊ facta ē
terra vr̄a in desolatōem ⁊ in stuporē ⁊ ī
maledictū. eo ꝙ nō sit habitator: sic est
dies hec. Propterea ꝙ sacrificaueritis
idolis ⁊ peccaueritꝫ dño ⁊ nō audieritꝫ
vocē dñi ⁊ in lege ⁊ in p̄ceptis ⁊ in testi
monijs ei⁹ ñ ambulaueritꝫ. idcirco eue
nerūt vob̄ mala hec. sicut ē dies hec. Di
xit āt hieremias ad oēm ꝓpl'm: ⁊ ad vni
uersas ml'ieres. Audite ꝟbū dñi oīs iu
da q̄ estis in terra egypti. Hec inq̄t do
min⁹ exercituū de⁹ isrl' dicēs: Clos ⁊ vxo
res vestre locuti estꝫ ore vr̄o. ⁊ māib⁹ ve
stris implestꝫ dicētes: Faciam⁹ vota nr̄a
q̄ vouim⁹ vt sacrificem⁹ regine celi ⁊ li-
bem⁹ ei libamīa. Implestis opa vr̄a. et
ope ꝑpetrastis ea. Ideo audite verbuꝫ
dñi oīs iuda qui habitatꝫ ī terra egypti
Ecce ego iuraui in nomīe meo magno
ait dñs: qꝛ nequaq̄ꝫ vltra vocabit̄ nomē
meū ex ore oīs viri iudei dicētis: viuit
dñs de⁹ in oī terra egypti. Ecce ego vi-
gilabo sup̄ eos in malū et nō in bonuꝫ.
et cōsumenť oēs viri iuda q̄ sunt ī ter-
ra egypti gladio ⁊ fame donec penit⁹ cō
sumant̄. Et qui fugerint gladiū. reuer
tent̄ de terra egypti in terraꝫ iuda viri
pauci. et sciēt oēs reliq̄e iuda ingrediē
tiū terrā egypti vt hītent ibi. cui⁹ ſmo
cōpleat̄: me⁹. an illoꝝ Et hoc vob̄ signū
ait dñs ꝙ visitē ego sup̄ vos ī loco isto
vt sciatis qꝛ vere ꝯplebunt̄ ſmōes mei
contra vos ī malū. Hec dicit dñs. Ecce
ego tradam pharaonē ephree regē egy
pti in manu inimicoꝝ eius et in manu
q̄rentium animā illius: sicut tradidi se
dechiam regē iuda in manu nabucho-
donosor regis babilonis inimici sui et
querentis animam eius.

XLV.

Verbuꝫ qd̄ locutus est hieremi
as prophēta ad baruch filium
nerie cū scripsisset ꝟba hec in li
bro ex ore hieremie āno q̄rto ioachim
filij iosie regꝫ iuda dicens. Hec dic̄ dñs
deus isrl' ad te baruch. Dixisti: Ve mi
sero mihi qm̄ addidit dñs dolorē dolori
meo. Laboraui in gemitu meo: ⁊ requiē
nō inueni. Hec dic̄ dñs. Sic dices ad
eum: Ecce q̄s edificaui ego destruo. et
quos plātaui ego euello. ⁊ vniūsaꝫ ter
tā hanc. Et tu q̄ris tibi grādia: Noli q̄
rere: qꝛ ecce ego adducā malū sup̄ oēm
carnē ait dñs. ⁊ dabo tibi aīam tuā in sa
lutē in oīb⁹ locis ad q̄cunq̄ꝫ ꝑrexeris.

XLVI

Quod factū est ꝟbū
dñi ad hieremiā prophētā ꝯtra
gentes. Ad egyptū. adūsum ex
ercituum pharaōis nechao regꝫ egypti
qui erat iuxta fluuiū eufroten in char
chamis quē percussit nabuchodonosor
rex babilonis in q̄rto āno ioachim filij
iosie regꝫ iuda. Prepate scutū ⁊ clipeuꝫ
et ꝓcedite ad bellū. Jūgite eq̄s. ⁊ ascen
dite eq̄tes: state iu galeis. polite lāceas
induite vos loricis. Quid igit̄: Vidi ip
sos pauidos et terga vertentes. fortes
eoꝝ cesos. Fugerūt conciti: nec respexerūt
Terror vndiq̄ꝫ ait dñs. Non fugiet ve
lox: nec saluari se putet fortꝫ. Ad aqui
lonē iuxta flumē eufraten victi sunt et
ruerūt. Quis ē iste qui q̄si flumē ascen
dit ⁊ veluti fluuioꝝ ītumescūt gurgites
eius. Egyptus flumīs instar ascendit.
⁊ velut flumina mouebunt̄ fluct⁹ eius
et dicet: Ascendēs operiā terrā: perdaꝫ
ciuitatē et habitatores eius. Ascendite
equos ⁊ exultate in curribꝫ. ⁊ procedāt
fortes ethiopie ⁊ libie tenētes scutum
et lidij arripiētes et iacientes sagittas.
Dies aūt ille dñi dei exercituū dies vl
tionis: vt sumat vindictā de inimicꝫ su
is. Deuorabit gladius et saturabit̄. et
inebriabitur sanguine eoruꝫ. Victima
enim domini exercituū in terra aquilo
nis. iuxta flumē eufraten. Ascēde in ga
laad. ⁊ tolle resinam virgo filia egypti.

Frustra multiplicas medicamina: sanitas nō erit tibi. Audierūt gentes ignominiā tuā ⁊ vlulat⁹ tu⁹ repleuit terraz Quia fortē impegit in fortē ⁊ ambo pariter ꝯciderūt. Verbū qd̄ locut⁹ est dn̄s ad hieremiā ꝓphām super eo ꝙ ventur⁹ cēt nabuchodonosor rex babilonis ⁊ ꝑcussur⁹ terrā egypti. Annūciate egypto ⁊ auditū facite in magdalo ⁊ resonet in mēphis ⁊ in taphnis dicite. Sta ⁊ preparate qꝛ deuorabit gladi⁹ ea q̄ ꝑ circūitum tuū sunt. Quare ꝯputruit fortis tuus? Nō stetit: qm̄ dn̄s subuertit euz Multiplicauit ruētes. ceciditqꝫ vir ad ꝓximū suū. Et dicēt. Surge: et reuertamur ad ꝓpl'm nr̄m ⁊ ad terrā natiuitatꝫ nr̄e a facie gladij colūbe. Vocate nomē pharaōis regꝫ egipti: tumultū adduxit tēp⁹. Viuo ego inq̄t rex. dn̄s exercituū nomē ei⁹: qm̄ sicut tabor in mōtib⁹ et sicut carmel⁹ in mari veniet. Vasa transmigratiōis fac tibi hītatrix filia egipti: qꝛ mēphis in solitudīe erit et deseret̄ et inhītabil' erit. Vitula elegans atqꝫ formosa egyptus: stimulator ab aquilone veniet ei. Mercennarij q̄z eius q̄ versabant̄ in medio eius: q̄si vituli saginati versi sunt ⁊ fugerūt simul: nec stare potuerunt: quia dies interfectōis eoꝝ venit sup eos. temp⁹ visitatiōis eoꝝ. Vox ei⁹ quasi eris sonabit: qm̄ cū exercitu ꝓperabūt: ⁊ cuz securib⁹ veniēt ei. Quasi cedentes ligna succiderūt saltū ei⁹ ait dn̄s qui supputari nō p̄t. Multiplicati sunt sup locustas. ⁊ nō est eis numer⁹. Confusa ē filia egypti. et tradita in man⁹ populi aq̄lonis dicit dn̄s exercituū. deus israel. Ecce ego visitabo sup tumultuz alexandrie et sup egyptū ⁊ sup deos ei⁹ et sup reges ei⁹ ⁊ sup pharaonē ⁊ super oēs q̄ ꝯfidūt in eo. et dabo eos in man⁹ q̄rentiū aīam eorū: ⁊ in man⁹ nabuchodonosor regꝫ babilonis ⁊ ī man⁹ seruoꝝ eius. Et post hec hītabit̄ sicut dieb⁹ pristinis ait dn̄s. Et tu ne timeas ſue me⁹ iacob: et ne paueas isrl'. Quia ecce ego saluū te faciā de longinq̄: ⁊ semē tuū de terra captiuitatꝫ tue. Et reuertet̄ iacob et requiescet ⁊ ꝓsperabit̄. et nō erit qui exterreat eū. Et tu noli timere ſue meus iacob ait dn̄s: quia tecum ego sum: quia ego consumaz cunctas gentes ad quas eieci te. Te vero non consumam sed castigabo te ī iudicio nec quasi innocenti parcam tibi.

XLVII

Quod factuz ē verbū dn̄i ad hieremiā ꝓphetā ꝯtra palestinos. anteq̄ꝫ ꝑcuteret pharao gaçaz. Hec dicit dn̄s. Ecce aq̄ ascendēt ab aq̄lone. ⁊ erūt quasi torrēs inundās ⁊ operient terrā ⁊ plenitudinē eius: vrbez et habitatorē ei⁹. Clamabūt hoīes ⁊ vlulabunt oēs hītatores terre a strepitu pōpe armoꝝ ⁊ bellatoꝝ ei⁹ a cōmotōe q̄drigarum eius. et multitudīe rotaꝝ illius Non respexerūt prēs filios māib⁹ dissolutis. ꝓ aduentu diei in q̄ vastabuntur oēs philistijm. et dissipabit̄ tyrus et sydon cum omnib⁹ reliquis auxilijs suis Depopulat⁹ est enī dn̄s palestinos reliquias insule cappadocie. Venit caluicium super gaçam: conticuit ascalon. et reliquie vallis eaꝝ. Vsqꝫq̄ ꝯcideris? O mucro domini: vsqꝫq̄ nō quiesces? Ingredere ī vaginā tuā. refrigerare ⁊ sile. Quō quiescet cū dn̄s p̄cepit ei. aduersus ascalonem et aduersuz maritimas eius regiones: ibiqꝫ condixerit illi.

XLVIII

Ad moab. Hec dicit dn̄s exercituū deus israel Ve sup nabo: qm̄ vastata est et confusa. Capta est cariathiarim. cōfusa est fortis ⁊ tremuit. Non est vltra exultatio in moab: contra esebon cogitauerunt malum. Venite et disperdam⁹ eaz de gente. Ergo siliens cōticesces sequeturqꝫ te gladius. Vox clamoris de oronaim vastitas et contritio magna. Cōtrita est moab: annunciate clamorē paruulis eius. Per ascensuz enī luith plorans ascendet in fletu: qm̄ in descensu oronaim hostes vlulatū contritiōis audierunt. Fugite saluate animas vrās: et eritis quasi mirice in deserto. Pro eo enim ꝙ habuisti fiduciam in munitionibus tuis et in thesaurꝫ tuis. tu q̄z

capieris. Et ibit chamos in trāsmigra/
tionē: sacerdotes eiꝰ ⁊ principes eius si/
mul. Et veniet ꝑdo ad oēm vrbē: ⁊ vrbs
nulla saluabit. Et ꝑibunt valles ⁊ disси/
pabūtur campestria: qm̄ dixit dn̄s. Da/
te florem moab: qz florens egredietur:
⁊ ciuitates eiꝰ deserte erūt ⁊ inhabitabi/
les. Maledictꝰ qui facit opus dn̄i frau/
dulēter: ⁊ maledictus q̄ prohibet gladi/
um suū a sanguine. Fertilis fuit moab
ab adolescētia sua: ⁊ requieuit in fecib⁹
suis. Nec transfusus est de vase in vas:
⁊ in transmigrationē nō abijt. Idcirco
ꝑmansit gustꝰ eiꝰ in eo: ⁊ odor eiꝰ nō est
immutatꝰ. Propterea ecce dies veniūt
dicit dn̄s ⁊ mittam ei ordiatores ⁊ stra/
tores lagunculārū ⁊ sternent eum ⁊ vasa
eiꝰ exhauriēt ⁊ lagūculas eoꝝ collident
Et confundet moab a chamos sicut cō
fusa est dom⁹ isrl̄ a bethel in qua habebat
fiduciā. Quō dicitꝭ: fortes sumꝰ: et viri
robusti ad prelianduꝫ? Elastata ē moab
⁊ ciuitates illiꝰ succēderūt: ⁊ electi iuue
nes eius descēderūt in occisionē ait rex
dn̄s exercituū nomē eiꝰ. Prope est inte
ritus moab vt veniat ⁊ malū eiꝰ veloci/
ter accurret nimis. Cōsolamini eū oēs
q̄ estis in circūitu eiꝰ ⁊ vniūsi q̄ scitꝭ no/
men eiꝰ: dicite: Quō cōfracta est virga
fortis: baculus gloriosus? Descende de
gl'ia et sede in siti habitatio filie dybon:
qm̄ vastator moab ascēdet ad te: dissipa
bit munitiones tuas. In via sta ⁊ ꝓspi
ce habitatio aroer. Interroga fugientē
⁊ ei q̄ euasit: dic q̄d accidit? Cōfusus est
moab qm̄ victus est. Ululate ⁊ clamate
annūciate in arnon: qm̄ vastata est mo/
ab ⁊ iudiciū venit ad terram campestrē
sup̄ elon ⁊ super iasa ⁊ sup̄ mephat ⁊ su
per dybon ⁊ sup̄ nabo ⁊ sup̄ domū dibla/
thaim ⁊ sup̄ cariathaim ⁊ super bethga/
mul ⁊ sup̄ bethmaon ⁊ sup̄ carioth ⁊ su
per bosra ⁊ sup̄ oēs ciuitates terre mo/
ab q̄ longe ⁊ ꝓpe sunt. Abscisum est cor/
nu moab ⁊ brachiū eiꝰ cōtrituꝫ ait dn̄s.
Inebriate eū: qm̄ ꝓtra dn̄m erectus est
Et allidet manū moab in vomitu suo ⁊
erit ī derisuꝫ etiā ipe. Fuit enī in derisuꝫ
tibi isrl̄: q̄si inter fures reperisses eum.
Propter verba ḡ tua q̄ aduersum illuꝫ
locutꝰ es captiuus duceris. Relinqui/
te ciuitates ⁊ habitate ī petra habitato/
res moab ⁊ estote q̄si columba nidificans
in summo ore foraminis. Audiumꝰ su/
perbiam moab. Superbus est valde. Sub
limitatē eiꝰ ⁊ arrogantiā ⁊ superbiā ⁊ alti/
tudinē cordis eiꝰ ego scio ait dn̄s. Jactā
tiam eiꝰ eo q̄ nō fit iuxta eam virtus eiꝰ
nec iuxta quod poterat conata fit facere
Ideo sup̄ moab eiulabo ⁊ ad moab om̄
uersaꝫ clamabo: ad viros muri fictilis la
mentātes. De planctu iazer plorabo vi
bi vinea sabama. Propagines tue trā/
sierūt mare: vsq̄ ad mare iazer puerue/
quingētos calamos: in calamo mēsure
per gyꝝ. Et ad ventū australē mēsus est
quingētos calamos: in calamo mēsu-
re ꝑ circūitū. Et ad ventū occidentalez
mēsus est q̄ngētos calamos: in calamo
mēsure. Per q̄ttuor ventos mēsus est
murū ei⁹ vndiq̄ ꝑ circūitū· lōgitudīez
q̄ngentoꝝ cubitoꝝ· ⁊ latitudinē q̄ngen
toꝝ cubitoꝝ: diuidentē int̄ sanctuariuz
et vulgi locum.

XLIII

Et duxit me ad portam q̄ respi-
ciebat ad viā orientalē. Et ecce
gl'ia dei isrl' ingrediebat̄ ꝑ viam
orientalē: ⁊ vox erat ei q̄si vox aq̄ꝝ mul-
tarū ⁊ t̄ra splēdebat a maiestate ei⁹. Et
vidi visionem ꝟm spēm quā videram
qñ venit vt disꝑderet ciuitatē: ⁊ species
ꝟm aspectum quez viderā iuxta fluuiū
chobar. Et cecidi sup faciem meaz. Et
maiestas domini ingressa est templuz:
per viaz porte que respiciebat ad orien-
tem. Et eleuauit me spūs: et introdur
it me in atrium interius Et ecce reple
ta erat gl'ia dñi·domus: Et audiui lo-
quentē ad me de domo. Et vir qui sta-
bat iuxta me·dixit ad me: Fili hominis
locus solij mei: et locus vestigioꝝ pedū
meoꝝ. vbi habito in medio filioꝝ israel
in eternū. Et nō polluet vltra domus
isrl' nomen sanctū meū: ip̄i ⁊ reges eoꝝ
in fornicationibꝫ suis ⁊ in ruinis regū
suorum et in excelsis qui fabricati sunt
limē suū iuxta limē meū: ⁊ postes suos
iuxta postes meos: ⁊ murus erat inter
me ⁊ eos. Et polluerūt nomē sanctum
meū in abominatiōibꝫ q̄s fecerūt ꝓpter
quod cōsumpsi eos in ira mea. Nunc
ergo repellant ꝓcul fornicatiōem suaz
et ruinas regum suorū a me et habita-
bo in medio eorum semper. Tu autem
fili homīs: ostende domui israel tēpluz
et confundātur ab iniquitatibus suis:
et metiant̄ fabricam: ⁊ erubescāt ex om
nibꝫ q̄ fecer̄t. Figurā dom⁹ ⁊ fabrice ei⁹

exitus ⁊ introit⁹: ⁊ omnē descriptionez eius ⁊ vniūsa p̄cepta eius. cunctumq; ordinē eius: ⁊ oēs leges eius oñde eis et scribe in oculis eoꝝ vt custodiāt oēs descriptōnes eius ⁊ p̄cepta illi⁹ ⁊ faciāt ea. ℣ Ista est lex dom⁹ in summitate mōtis. Oñs fines eius ī circūitu. sanctū sanctoꝝ est. ℣ Hec est ḡ lex dom⁹. ℣ Iste autem mēsure altaris in cubito veritimo qui bēbat cubitū ⁊ palmū. ℣ In sinu ei⁹ erat cubitus: ⁊ cubit⁹ in latitudie: ⁊ definitio eius vsq; ad labiū ei⁹: ⁊ in circūtu palm⁹ vnus. ℣ Hec q̄z erat fossa altaris. ℣ Et de sinu terre vsq; ad crepidinez noussimam duo cubiti: ⁊ latitudo cubiti vnius: ⁊ a crepidine minoꝛe vsq; ad crepidinē maioꝛē quattuoꝛ cubiti ⁊ latitudo cubiti vni⁹. ℣ Ipe aūt ariel q̄ttuoꝛ cubitoꝝ: ⁊ ab ariel vsq; ad sursum coꝛnua quattuoꝛ. ℣ Et ariel duodecim cubitoꝝ in longitudine p duodecim cubitos latitudinis: q̄drangulatū equis lateribꝫ. ℣ Et crepido q̄tuoꝛdecim cubitoꝝ longitudis p q̄ttuoꝛdecim cubitos latitudinis in q̄ttuoꝛ angulis eius: ⁊ coꝛona in circumitu eius dimidij cubiti: ⁊ sinus eius vnius cubiti p circūituz. ℣ Gradus autē ei⁹ versi ad oꝛientē. ℣ Et dixit ad me Fili hom̄is: hec dicit dñs de⁹. ℣ Hi sunt ritus altaris in q̄cunq; die fuerit fabꝛicatum vt offerat sup illud holocaustuz et effundatur sanguis. ℣ Et dabis sacerdotibꝫ ⁊ leuitis q̄ sunt de semine sadoch q̄ accedūt ad me. ait dñs deus. vt offerāt mihi vitulū de armēto p pctō. ℣ Et assumens de sanguīe eius pones sup q̄tuoꝛ coꝛnua eius ⁊ sup q̄ttuoꝛ angulos crepidinis ⁊ sup coꝛonā in circūitu: ⁊ mūdabis illud ⁊ expiabis. ℣ Et tolles vitulum q̄ oblatus fuerit p pctō: ⁊ combures eum in sepato loco dom⁹ extra scūariū. ℣ Et in die secūda offeres hircū capꝛarū immaculatū p pctō: ⁊ expiabunt altare sicut expiauerūt in vitulo. ℣ Cūq; cōpleueris expians illud. offeres vituluz de armento immaculatū: ⁊ arietē de grege immaculatū ⁊ offeres eos in cōspectu dñi. ℣ Et mittent sacerdotes sup eos sal: ⁊ offerent eos in holocaustū dño. ℣ Septez diebus facies hircum p pctō quoti die. et vitulū de armento ⁊ arietē de pecoꝛibus imaculatos offerēt. ℣ Septē diebꝫ expiabūt altare ⁊ mūdabūt illud et implebūt manū ei⁹. ℣ Expletiq; āt septē diebꝫ in die octaua ⁊ vltra faciēt sacerdotes sup altare holocausta vꝛa: ⁊ q̄ p pace offerūt ⁊ placat⁹ ero vob̄ ait dom⁹ deus

Et q̄uertit me ad XLIIII

viā porte sanctuarij exterioꝛis q̄ respiciebat ad oꝛiētē: ⁊ erat clausa: ⁊ dixit dñs ad me. ℣ Porta hec clausa erit ⁊ nō operiet⁹ ⁊ vir nō transiet p eaz q̄m dñs de⁹ isrl ingressus ē p eā. eritq; clausa principi. ℣ Princeps ipe sedebit ī ea vt comedat panez coꝛam dño. ℣ Per viā porte vestibuli ingredietur ⁊ p viā ei⁹ egredietur. Et adduxit me p viā porte aq̄lonis in ꝛspectu dom⁹: ⁊ vidi: ⁊ ecce impleuit gl'ia dñi domū dñi. Et cecidi in faciē meā ⁊ dixit ad me dñs. Fili hom̄is pone coꝛ tuū et vidi ocul' tuis ⁊ auribꝫ tuis: audi omīa q̄ ego loquoꝛ ad te. de vniūsis cerimonijs dom⁹ dñi ⁊ de cunctis legibꝫ eius. Et pones coꝛ tuum in vijs templi p oñs exitus scūarij: ⁊ dices ad exasperantē me domū isrl. ℣ Hec dicit dñs de⁹. Sufficiant vob̄ oīa scelera vꝛa domus isrl: eo q̄ inducitis filios alienos incircūcisos coꝛde et incircūcisos carne vt sint in scūario meo ⁊ polluant domū meā. ⁊ offertis panes meos adipem et sanguinē. ⁊ dissoluistis pactum meū in omīb⁹ sceletibꝫ vestris: ⁊ ñ fuistis p̄cepta sanctuarij mei: ⁊ posuistis custodes obꝛuationū meaꝝ in sanctuario meo vobismetipsis. ℣ Hec dicit dñs de⁹. Omnis alienigena incircūcisus coꝛde et incircūcisus carne nō ingredietur sanctuariū meū oīs fili⁹ alien⁹ q̄ est in medio filioꝝ isrl. Sz ⁊ leuite q̄ longe recesserunt a me in erꝛoꝛe filioꝝ isrl et erꝛauerunt a me post idola sua. ⁊ portauerūt iniq̄tatē suā: erunt in scūario meo ediui ⁊ ianitoꝛes portaꝝ dom⁹ et ministri domus: Ipsi mactabūt holocausta ⁊ victimas ppl'o: ⁊ ipi stabūt in ꝛspectu eoꝝ

vt ministrent eis. Pro eo q̄ mīstraue-
runt illis in cōspectu idolorꝫ suorꝫ: et fa-
cti sunt domui isrl' in offendiculū iniq̄-
tatis. idcirco leuaui manū meā sup̄ eos
ait dn̄s de⁹: ⁊ portauerīt iniq̄tatē suam.
Et nō appropinquabūt ad me vt sacer-
dotio fungant̄ mihi neq̄ accedēt ad oē
sanctuariū meū iuxta sancta sanctorꝫ: sꝫ
portabunt ꝯfusionē suam et scelera sua
q̄ fecerūt. Et dabo eos ianitores dom⁹
et in om̄i ministerio eius: ⁊ vniūsis q̄ fi-
ent in ea. Sacerdotes aūt ⁊ leuite filij
sadoch q̄ custodierīt cerimonias scūarij
mei cū errarēt filij isrl' a me: ipi accedēt
ad me vt mīstrent mihi: ⁊ stabūt in cō-
spectu meo vt offerāt mihi adipez ⁊ san-
guinē ait dn̄s de⁹. Ipsi ingredient̄ san-
ctuariū meū: ⁊ ipi accedēt ad mēsaz me-
am vt ministrēt mihi ⁊ custodiant ceri-
monias meas. Cunq̄ ingredient̄ por-
tas atrij interioris vestib⁹ lineis induē-
tur. nec ascendet sup̄ eos quicq̄ laneuz
qn̄ ministrāt in portis atrij interiorꝫ et
intrinsec⁹. Vlitte linee erūt in capitib⁹
eorꝫ: ⁊ feminalia linea erūt in lūbis eorꝫ
et nō accingent̄ in sudore. Cunq̄ egre-
dient̄ atriū exteri⁹ ad ppl'm: exuēt se ve-
stimentis suis in q̄b⁹ mīstrauerāt: ⁊ re-
ponent ea in gaçophylatio scūarij ⁊ ve-
stient se vestimētis alijs: ⁊ nō sanctifica-
būt ppl'm ī vestib⁹ suis. Caput aūt suuz
nō radēt neq̄ comā nutriēt: sꝫ tonden-
tes attondēt capita sua: ⁊ vinū nō bibet
om̄is sacerdos qn̄ ingressur⁹ ē atriū in-
terius. Et viduā ⁊ repudiatā nō accipi-
ent vxores: sꝫ v̄gines d̄ semīe dom⁹ isrl'.
Sꝫ ⁊ viduā q̄ fuerit vidua a sacerdote
accipiēt: ⁊ ppl'm meū docebūt q̄d sit int̄
sanctū ⁊ pollutū: ⁊ int̄ mundū ⁊ immū-
dum on̄dent eis. Et cū fuerit ꝯtrouer-
sia stabūt in iudicijs meis ⁊ iudicabūt.
Leges meas et p̄cepta mea in omnib⁹
solēnitatib⁹ meis custodient: ⁊ sabbata
mea sāctificabūt. Et ad mortuū hoīem
nō ingredient̄ ne polluant̄: nisi ad prēz
et mrēm ⁊ filiū ⁊ filiam ⁊ frēm ⁊ sororē
que alterū virum non habuerit in qui-
bus contaminabūtur. Et postq̄ fuerit
emundatus. septem dies numerabun-
tur ei: ⁊ in die introitus sui in sanctua-
riū ad atriū interius vt ministret mihi
in sanctuario: offeret p̄ peccato suo. ait
dominus deus. Non erit autem eis he-
reditas: ego hereditas eorꝫ. Et possessio-
nem nō dabitis eis in isrl'. ego enīz pos-
sessio eorꝫ. Vlictimā ⁊ p̄ peccato ⁊ p̄ deli-
cto ipsi comedēt: ⁊ om̄e votū in isrl' ip-
sorꝫ erit. Et primitiua omniū primoge-
nitorꝫ ⁊ omīa libamēta ex oībus q̄ offe-
rūtur: sacerdotū erūt. Et primitiua ci-
borꝫ vestrorꝫ dabit̄ sacerdoti: vt reponat
bn̄dictionē domui sue. Om̄e mortici-
nū ⁊ captū a bestijs de auib⁹ ⁊ d̄ pecorib⁹
nō comedēt sacerdotes.

XLV

Cunq̄ ceperitis terraz diuidere
sortito: separate primitias dn̄o
sanctificatū de terra longitudi-
ne vigintiq̄nq̄ milia ⁊ latitudīe decem
milia. Sāctificatū erit in omni termi-
no ei⁹ p̄ circūituz. Et erit ex oī p̄te san-
ctificatū quīgentos p̄ q̄ngētos q̄drifa-
riā p̄ circūitū ⁊ q̄nq̄ginta cubit̄ ī subur-
bana ei⁹ p̄ gyrꝫ. Et a mēsura ista mensu-
rabit̄ longitudinē vigintiq̄nq̄ miliuz
⁊ latitudīez decē miliū. Et in ip̄o erit tē-
plū sanctūq̄ scōrꝫ: scīficatū de tra erit sa-
cerdotib⁹ ministris scūarij: q̄ accedunt
ad ministeriū dn̄i. Et erit eis loc⁹ in do-
mos ⁊ in scūariū sanctitat̄. Vigintiq̄n-
q̄ aūt milia longitudīs et decē milia la-
titudīs erūt leuitis q̄ ministrāt domui
Ipsi possidebūt viginti gaçophilatia.
Et possessionē ciuitat̄ dabitis q̄nq̄ mi-
lia latitudīs: ⁊ lōgitudinis vigintiq̄nq̄
milia. s̄m sep̄ationē scūarij om̄i domui
israel. Principi q̄z hinc ⁊ inde ī sep̄atio-
nem scūarij ⁊ ī possessionē ciuitat̄ ⁊ ꝯ fa-
ciem sep̄ationis sanctuarij et contra fa-
ciez possessiōis vrbis a latere mar̄ vsq̄
ad mare: ⁊ a latere orient̄ vsq̄ ad orien-
tem. Longitudinis autez iuxta vnam
quanq̄ p̄tem a termino occidētali vsq̄
ad terminū orientalem: de terra erit ei
possessio in isrl'. Et nō depolulabuntur
vltra principes ppl'm meum: sed terrā
dabūt domui isrl' s̄m tribus eorꝫ. Hec

dicit dñs deus. Sufficiat vob̄ p̄ncipes
israel: iniq̄tatē ⁊ rapinas intermittite:
et iudiciū ⁊ iusticiā facite. Sep̄ate cōfi-
nia vestra a ppl̄o meo. ait dñs de⁹. Sta-
tera iusta ⁊ ephi iustū ⁊ batus iust⁹ erit
vobis. Ephi ⁊ batus equalia et vnius
mensure erūt. vt capiant decimā p̄tem
chori batus ⁊ decimā partem chori ephi
Iuxta mensurā chori erit equa libratio
eorum. Siclus autē viginti obolos h3
Porro viginti sicli et vigintiq̄nq3 sicli
et quindecim sicli minā faciunt. Et he
sunt p̄mitie q̄s tolletis. sextam p̄tem
ephi de choro frumenti ⁊ sextam partez
ephi de choro hordei. Mensura q̄z olei.
Batus olei decima pars chori est: quia
decem bati implēt chor̄. Et arietē vnuz
de grege ducētor̄ de his q̄ nutriuit isrl̄
in sacrificiuz ⁊ in holocaustū ⁊ in pacifi-
ca: ad expiandū pro eis ait dñs de⁹. Om
nis ppl̄us terre tenebit̄ p̄mitijs his
principi in israel. Et sup̄ principez erūt
holocausta ⁊ sacrificiū ⁊ libamina in so-
lennitatib̄ et in kalendis et in sabbatz
in vniūsis solennitatib̄ domus israel.
Ipse faciet p̄ peccato sacrificiuz ⁊ holo-
caustum ⁊ pacifica: ad expiandum p̄ do
mo isrl̄. Hec dicit dñs deus. In p̄mo
mense vna mensis sumes vitulū de ar
mēto immaculatū: ⁊ expiabis sanctua-
rium. Et tollet sacerdos de sanguīe q̄d
erit pro peccato ⁊ ponet in postib̄ dom⁹
in quattuor angul̄ crepidinis altaris:
et in postibus porte atrij interioris. Et
sic facies in septima mensis pro vno
quoq3 qui ignorauit ⁊ errore deceptus
est: ⁊ expiabis p̄ domo. In p̄mo men
se quartadecima die mensis erit vobis
pasce solēnitas. Septez diebus açima
comedent̄. Et faciet princeps ī die illa
pro se et p̄ vniuerso ppl̄o terre vituluz
pro peccato. Et in septē dier̄ solēnitate
faciet holocaustū dño: septē vitulos et
septez arietes īmaculatos q̄tidie septē
diebus: ⁊ p̄ peccato hircum caprarum
et sacrificium ephi p̄ vitulum ⁊ ephi p̄
arietem faciet: ⁊ olei hin p̄ singl̄a ephi.
Septimo mēse q̄ntadecima die men-
sis in solēnitate faciet sicut supradicta
sunt per septem dies: tam p̄ peccato q̄z
pro holocausto ⁊ in sacrificio et in oleo.

Hec dicit dñs deus XLVI
Porta atrij interioris q̄ respi-
cit ad orientē erit clausa sex die
bus in quib̄ opus fit. Die aūt sabbati
aperiet̄. Sed in die kalendar̄ aperietur
et intrabit princeps p̄ viā vestibuli por
te deforis ⁊ stabit in limīe porte. Et fa-
cient sacerdotes holocaustū ei⁹ ⁊ pacifi
ca eius: ⁊ adorabit sup̄ limē porte: ⁊ egre
dietur. Porta aūt non claudet̄ vsq3 ad
vesperam. Et adorabit ppl̄us terre ad
ostium porte illius in sabbatis et in ka
lendis corā dño. Holocaustum autem
hoc offeret princeps domino in die sab
bati: sex agnos immaculatos et arietez
immaculatū: ⁊ sacrificiū ephi p̄ arietez
In agnis autē sacrificium quod dede-
rit man⁹ eius et olei hin p̄ singl̄a ephi
In die aūt kalendar̄ vitulum de armē
to immaculatū: ⁊ sex agni et arietes im
maculati erunt: ⁊ ephi per vitulū: ephi
quoq3 per arietem faciet sacrificiuz. De
agnis autem sicut inuenerit manus
eius olei hin per singula ephi. Cunq3
ingressus est princeps. per viā vestibuli
porte ingrediat̄: ⁊ per eandem viā exeat
Et cū intrabit ppl̄us terre in cōspectu
domini in solēnitatibus qui ingredit̄
per portam aquilonis vt adoret egre-
diatur per viam porte meridiane. Por
ro qui ingreditur per viam porte meri-
diane: egrediat̄ per viam porte aq̄lonis
Non reuertet̄ per viam porte per quaz
ingressus est: sed e regione illius egre-
dietur. Princeps aūt in medio eor̄ cū
ingredientib̄ ingredie t̄ ⁊ cū egredien-
tibus egredietur. Et in nundinis et in
solennitatibus erit sacrificiū ephi p̄ vi
tulum: ⁊ ephi per arietez. In agnis au
tem erit sacrificiuz sicut inuenerit ma-
nus ei⁹: ⁊ olei hin per singula ephi. Cū
autem fecerit princeps spontaneū ho
locaustum aut pacifica voluntaria do
mino. aperiet̄ ei porta. que respicit ad
orientem: ⁊ faciet holocaustuz suum et

pacifica sua fiĉ fieri solet in die sabbati
& egredietꝛ claudeturq; porta postq; exie
rit. Et agnũ eiusdẽ anni immaculatu
faciet holocaustũ quotidie dño. Semp
mane faciet illud. Et faciet sacrificiũ su
per eo catamane mane: sextã pt̃ ephi
& de oleo tertiã pt̃ hin vt misceaꝛ simile
Sacrificiũ dño legitimũ iuge atq; per
petuũ. Faciet agnũ & sacrificiũ & oleum
catamane mane holocaustũ sempiternu
Hec dicit dñs de. Si dederit princeps
domũ alicui de filijs suis: hereditas eiꝰ
filioꝝ suoꝝ erit: possidebit eaꝫ hereditaꝛ
rie. Si aũt dederit legatũ ex hereditate
sua vni fuoꝝ suoꝝ erit illiꝰ vsq; ad ānũ
remissiõis & reuertet ad principẽ. He
reditas aũt eiꝰ filijs eiꝰ erit. Et nõ acci
piet princeps de hereditate pꝓli p violẽ
tiam et de possessiõe eoꝝ: sed de possessio
ne sua hereditatẽ dabit filijs suis vt ñ
dispergat pꝓlis meus vnusquisq; a pos
sessione sua Et introduxit me p ingres
sum q̃ erat ex latere porte in gaçophila
cia sanctuarij ad sacerdotes. q̃ respicie
bant ad aquilonẽ: & erat ibi locꝰ vergẽs
ad occidentẽ: & dixit ad me. Iste ẽ locꝰ
vbi coquent sacerdotes p pctõ & p de
licto. vbi coquẽt sacrificiũ vt nõ efferãt
in atriũ exterius: & sanctificet pꝓlis. Et
eduxit me in atriũ exteriꝰ et circũduxit
me p quattuoꝝ angulos atrij. Et ecce
atriolũ erat in angulo atrij. atriola sin
gula p angulos atrij. In quattuoꝝ an
gulis atrij atriola dispositaꝛ quadragin
ta cubitoꝝ um per longũ & : triginta per
latum. Mensure vnius quattuoꝝ erãt
Et paries per circũituꝫ ambiens quat
tuoꝝ atriola: et culine fabricate erant
subter porticus p gyrũ. Et dixit ad me
Hec est domus culinaꝝ: in qua coquẽt
ministri domus domini victimas pꝓli.

Et reduxit me ad XLVII
portam dom & ecce aq̃ egredie
bant subter limẽ dom ad oriẽ
tem. Facies enĩ domus respiciebat ad
orientẽ. Aque aũt descendebãt in latus
templi dextꝛ ad meridiẽ altarꝫ. Et edu
xit me p viam porte aquilonis: & cõuer
tit me ad viam foꝝas portã exterioꝝem
viam que respiciebat ad oꝛientem. Et
ecce aq̃ redundãtes a latere dextro cuj
egrederetur vir ad oꝛientem qui habe
bat funiculum in manu sua: et mẽsus
est mille cubitos: et traduxit me p aq̃m
vsq; ad talos. Rursumq; mensus est
mille. et traduxit me per aquaꝫ vsq; ad
genua. Et mensus est mille: et traduꝛ
it me per aquam vsq; ad renes. Et mẽ
sus est mille toꝛrentem quẽ non potui
pertransire: quouiã intumuerãt aque
pꝛofundi toꝛrentis qui non poteꝛt trã
uadari. Et dixit ad me. Certe vidisti fi
li hominis: et eduxit me: & conuertit ad
ripam toꝛrentis. Cumq; me conuertis
sem. ecce in ripa toꝛrentis ligna multa
nimis ex vtraq; parte Et ait ad me. Aq̃
iste que egrediuntur ad tumulos sabu
li oꝛientalis et descendunt ad plana de
serti: intrabũt mare: et exibunt & sana
buntur aque. Et omnis anima viuẽs
que serpit quocunq; venerit toꝛrẽs vi
uet: et erunt pisces mlti satis postq; ve
nerint illuc aque iste. Et sanabuntur &
viuent omnia ad que venerit toꝛrens:
et stabunt super illa piscatoꝛes. Ab en
gaddi vsq; ad engallim ficcatio sagenaꝝ
rum erit. Plurime species erũt pisciũ
eius sicut pisces maris magni multi
tudinis nimie. In litoꝛib aũt eius et
in palustribus nõ sanabunt: q in sali
nas dabũtur. Et sup toꝛrentẽ oꝛietur
ripis eius ex vtraq; parte omne lignũ
pomiferũ. Non defluet folium ex eo: et
non deficiet fructus eius. Per singlos
mẽses afferet primitiua: quia aque ei
de sanctuario egredient. Et erunt fru
ctus eius in cibum et folia eius ad me
dicinã. Hec dicit dñs deus. Hic est ter
minus in quo possidebit terrã in duo
decim tribus israel: quia ioseph duplex
cem funiculũ habet. Possidebitis aũt
eam singuli eque vt frater suus. super
quam leuaui manuꝫ meam vt darem
patribus vestris. Et cadet terra hec vo
bis in possessionem. Hic est autem ter
minus terre ad plagaꝫ septentrionales

a mari magno. via ethalon venientibꝫ
sedada emath berotha sabarim q̄ est in-
ter terminuꝫ damasci et ꝯfiniū emath
domꝰ thicon q̄ est iuxta terminū auran:
et erit t̄minꝰ a mari vsq̄ ad atriū enon
terminꝰ damasci: et ab aq̄lone ad aq̄lo-
nem terminꝰ emath. plaga septentrio-
nalis. Porro plaga oriētal' de medio au
ran ⁊ de medio damasci et de medio ga-
laad ⁊ de medio terre israel. iordanis di
sterminās ad mare oriētale metiemini
plagā orientalē. Plaga aūt austral' me
ridiana a thamar vsq̄ ad aq̄s contradi
ctionis cades: ⁊ torrens vsq̄ ad mare
magnū: ⁊ hec est plaga ad meridiem au
stral'. Et plaga mar̄: mare magnū a cō-
finio ꝑ directū donec venias emath: hec
est plaga maris. Et diuidetis terrā istā
vobis ꝑ tribꝫ isrl': ⁊ mittetis eā in here-
ditatē vob̄ et aduenis q̄ accesserint ad
vos qui genuerint filios in medio vr̄m
⁊ erūt vob̄ sicut indigene int̄ filios isrl'
Clobiscū diuident possessionē ī medio
tribuū isrl'. In tribu aūt q̄cunq̄ fuerit
aduena. ibi dabitis possessionez illi. ait
dominus deus.

XLVIII

Et hec noīa tribuū a finibꝫ aq̄lo-
nis iuxta viā ethalon ꝑgentibꝫ
emath atriū enon terminꝰ da-
masci. ab aquilone iuxta viā emath. et
erit ei plaga oriētal' mare. dan vna. Et
a termīo dan. a plaga orientali vsq̄ ad
plagaz mar̄. aser vna. Et sup̄ terminū
aser: a plaga orientali vsq̄ ad plagaz ma
ris. neptalim vna. Et sup̄ terminū ne-
ptalim a plaga orientali vsq̄ ad plagaz
maris. manasse vna. Et sup̄ t̄minū ma
nasse: a plaga orientali vsq̄ ad plagam
maris: effraim vna. Et sup̄ terminū ef
fraim. a plaga orientali vsq̄ ad plagam
maris. ruben vna. Et sup̄ t̄minū ruben
a plaga orientali vsq̄ ad plagā maris.
iuda vna Et sup̄ terminū iuda: a plaga
oriētali vsq̄ ad plagā mar̄. erūt primi-
tie q̄s separabit̄ vigintiq̄nq̄ milibꝫ cala-
mis latitudīs ⁊ lōgitudīs: sicuti singl'e
ꝑtes a plaga oriētali vsq̄ ad plagā ma-
ris. Et erit sanctuariū in medio eius.

Primitie quas separabitis domīo lon
gitudo vigintiquīq̄ milibꝫ: ⁊ latitudo
decem milibꝫ. He aūt erūt primitie san
ctuarij sacerdotū: ad aq̄lonem longitu
dinis vigintiquinq̄ milia: ⁊ ad mare la
titudinis decem milia. Sed et ad oriē
tem latitudinis decem milia: ⁊ ad me-
ridiē vigintiquinq̄ milia. Et erit san-
ctuarium dn̄i ī medio eius. Sacerdo-
tibus sanctuariū erit de filijs sadoch. q̄
custodierunt cerimonias meas et non
errauerūt cum errarent filij isrl'. sicut
errauerunt ⁊ leuite. Et erunt primitie
de primitiuis terre sanctū sanctoꝝ. iux-
ta terminū leuitaꝝ. Sed ⁊ leuitis simi
liter iuxta fines sacerdotū vigintiq̄nq̄
milia longitudinis: ⁊ latitudinis decez
milia. Omnis longitudo viginti et q̄n
q̄ milium: ⁊ latitudo decem miliuz. Et
nō venūdabūt ex eo neq̄ mutabūt neq̄
transferentur primitie terre: quia san-
ctificate sunt domino. Quīq̄ milia au-
tem que supersunt in latitudine per vi
gintiquinq̄ milia: prophana erunt vr
bis in habitaculum et in suburbana.
Et erit ciuitas in medio eius: ⁊ he mē-
sure eius. Ad plagam septētrionalē q̄n
genta et q̄ttuor milia: ⁊ ad plagam me
ridianam quingenta et quatuor milia
et ad plagā orientalē quingenta ⁊ q̄ttu
or milia: ⁊ ad plagam occidentalē qnin
genta et quattuor milia Erunt autem
suburbana ciuitatis ad aquilonē ducē-
ta quinquaginta: et ad merdiem ducē-
ta quinquaginta: et ad orientem ducē-
ta quinquagīta: et ad mare ducenta q̄n
quaginta. Quod autem reliquum fue
rit in lōgitudine s̄m primitias sanctua
rij decem milia in orientem: et decem
milia in occidentem erunt sicut primi-
tie sanctuarij: ⁊ erunt fruges eius ī pa
nes his qui s̄uiunt ciuitati. Seruien
tes autē ciuitati opabunt̄ ex oībus tri
bubus isrl'. Om̄s primitie vigītiq̄nq̄
miliū ꝑ vigītiq̄nq̄ milia ī quadrū sepa
bunt̄ in primitias sāctuarij ⁊ ī possessio
nem ciuitat̄. Qd̄ autē reliquū fuerit.
principis erit ex omni parte primitiaꝝ

sanctuarij ⁊ possessionis ciuitatis e re-
giōe vigintiq̄nq; miliū primitiaꝝ vsq;
ad terminū orientalē: s; ⁊ a mari e regi
one vigintiq̄nq; miliū vsq; ad terminū
marꝫ. similr in ꝑtibꝫ principis erit. Et
erūt primitie sanctuarij et sanctuariuꝫ
templi in medio eiꝰ. De possessione au
tem leuitaꝝ ⁊ de possessione ciuitatis ī
medio ꝑtium principis: erit ī terminū
iuda et in terminū beniamin: ⁊ ad prin
cipem ꝑtinebit. Et reliq̄s tribubꝫ erūt
tales portiones. A plaga orientali vsq;
ad plagam occidentalē. beniamin vna.
et cōtra terminū beniamin a plaga ori-
entali vsq; ad plagā occidentalē symeō
vna. Et sup terminū symeōis a plaga
orientali vsq; ad plagam occidentalez:
ysachar vna. Et sup terminū ysachar a
plaga orientali vsq; ad plagā occidenta
lem: çabulon vna. Et sup terminuꝫ ça-
bulō a plaga oriētali vsq; ad plagā marꝫ
gad vna. Et sup terminū gad ad plagā
austri ī meridiē: ⁊ erit finis de thamar
vsq; ad aq̄s ꝯdictiōis cades: hereditas
ꝯtra mare magnū. Hec est terra quam
mittetis in sortē tribubꝫ israel ⁊ he ꝑti
tiones earum. ait dn̄s deꝰ. Et hi egres-
sus ciuitatis. A plaga septētrionali q̄n
gentos ⁊ quattuor milia mensurabis:
⁊ porte ciuitatis omnibꝫ tribubꝫ israel
Porte tres a septētriōe. Porta ruben
vna: porta iuda vna: porta leui vna. Et
ad plagam orientalē quingētos ⁊ quat
tuor milia. Et porte tres. Porta ioseph
vna: porta beniamī vna: porta dan vna:
Et ad plagam meridianā quingentos
et quattuor milia metieris. Et porte
tres. Porta symeonis vna: porta ysa-
char vna: porta çabulon vna. Et ad pla
gam occidentalem quingentos ⁊ quat
tuor milia. Et porte tres. Porta gad
vna: porta aser vna. porta neptalim vna
Per circūitum decem ⁊ octo milia. Et
nomen ciuitatis ex illa die: dominꝰ ibi-
dem. Amen.

Explicit Ezechiel ꝓpheta.

Incit ꝓlogus sancti Hiero-
nymi in Danielem ꝓphetam.

Danielem prophetā iuxta
septuaginta interpretes
domini saluatoris eccle-
sie non legunt vtentes
theodotionis editione:
et hoc cur acciderit nescio. Siue enim
quia sermo chaldaicus est: et quibusdā
proprietatibus a nostro eloquio discre
pat: noluerunt septuaginta interp̄tes
easdem lingue lineas in translatione
seruare: siue sub nomīe eorum ab alio
nescio quo non satis chaldeam linguā
sciēte creditus est liber: siue aliud quid
cause extiterit ignorans: hoc vnuꝫ affir-
mare possum. q̄ multum a veritate di-
scordet et recto iudicio repudiatus sit.
Sciendum quippe danielem maxime
et esdram hebraicis quidem litteris: s;
chaldeo sermone conscriptos: ⁊ vnam
hieremie pericopen: iob quoq; cum ara
bica lingua plurimam habere societatē
Deniq; et ego adolescentulꝰ post quin
tiliani ⁊ tullij lectionez ac flores retho-
ricos cum me in lingue huiꝰ pistrinuꝫ
reclusissez: ⁊ multo sudore mltoq; tem
pore vix cepissem anhelantia stridentia
q; verba resonare: et quasi per cryptam
ambulans: rarum desuper lumen aspi
cerem. impegi nouissime in danielem:
et tanto tedio affectꝰ suꝫ vt desperatiōe
subita oēm laborem veterem voluerim
contēnere. Ter adhortante me quodā
hebreo ⁊ illud mihi crebriꝰ sua lingua
ingerēte. labor improbus oīa vincit: q̄
mihi videbar sciolus int̄ eos cepi rur-
sus discipulꝰ esse chaldaicus. Et vt ve-
rum fatear vsq; ad p̄sentē diem magis
possum s̄monē chaldaicū legere ⁊ intel
ligere q̄ sonare. Hec idcirco refero vt
difficultatē vob̄ daniel' ostenderez: qui
apud hebreos nec susanne hꝫ historiaꝫ
nec hymnū triū pueroꝝ. nec belis dra-
conisq; fabulas q̄s nos: q̄ in toto orbe
dispse sūt. veru añ posito easq; iugulā-
te subiecimꝰ ne viderem̄ apud īperitos

magnā partem voluminis detruncasse
Audiui ego q̄ndā d̄ p̄ceptoribꝫ iudeoꝝ
cum susanne derideret historiā: ⁊ a gre
co nescio quo eam diceret esse ꝯfictā. il
lud opponere quod origeni quoq̄ affri
canus opposuit: etymologias has apo
thoy schynoy schise: et apothoy prynoi
pryse de greco sermone descendere. Cu
ius rei nos intelligentiā nostris hanc
possumus dare. vt v̄bi gratia: dicamus
continuo de arbore ilice dixisse euz ilico
pereas: ⁊ a lentisco ī lentē te cōminuat
angel⁹: vl' nō lente pereas. aut lentus. i.
flexibilis ducar⁹ ad mortē: siue aliud q̄d
ad arboris nomē ꝯueniēs. Deinde tan
tum fuisse ocij tribꝫ puer⁹ cauillabatur
vt in camīo estuant⁹ incendij metro lu
derent. ⁊ p̄ ordinē ad laudē dei omīa ele
mēta ꝓuocarēt: aut q̄d miraculū diuīe
q̄ aspiratiōis iudiciū vl' draconē inter
fectum offa picis vl' sacerdotum belis
machinas dep̄hensas q̄ magis pruden
tia solertis viri q̄ꝫ ꝓphetali essent spū p̄
petrata. Cum v̄o abachuc veniret: ⁊ de
iudea in chaldeam raptū discofoꝝ lecti
taret: querebat exemplū vbi legissem⁹
in toto veteri testamēto quenq̄ sancto
ruz graui volasse corpe: ⁊ in puncto ho
re tanta terraꝝ spatia transisse. Cui cū
quidā e nostr⁹ satis ad loq̄ndū ꝓmptu
lus eçechielem adduxisset in medium:
et diceret eū de chaldea in iudeaz fuisse
translatū. derisit hoīem ⁊ ex ip̄o volumi
ne demonstrauit eçechielē in spū se vi
disse transpositū. Deniq̄ et apl'm nr̄m
videlicet vt eruditū viꝝ ⁊ qui legez ab
hebreis didicisset non fuisse ausuz affir
mare se raptuz in corpe: sed dixisse: siue
in corpe siue extra corpus. nescio deus
scit. His ⁊ talibꝫ argumēt⁹ apocriphas
in libro ecclesie fabulas arguebat. Su
per q̄ re lectoris arbitrio iudiciū d̄relin
quens illud ammoneo nō haberi dani
lem apud hebreos inter ꝓphetas: sz int̄
eos q̄ agiographa cōscripserūt. In tres
siquidē p̄tes oīs ab eis scriptura diui
dit̄: in legē: in ꝓphetas: ⁊ in agiographa
id est in quinq̄ et octo ⁊ in vndecim li
bros de quo nō est hui⁹ tēp̄is disserere
Que autē ex hoc ꝓpheta. immo ꝯ hūc
librum porphyrius obijciat. testes sūt
methodius eusebi⁹ et apollinaris. q̄ ml'
tis versuū milibꝫ ei⁹ vesanie rn̄dentes.
nescio an curioso lectori satisfecerint.
Vn̄ obsecro vos o paula ⁊ eustochium
fundat⁹ ꝓ me ad dn̄m p̄ces. vt q̄ꝫdiu in
hoc corpusculo suz. scribā aliquid g̃tum
vobis vtile eccl'ie: dignū posteris. Pre
sentium quippe iudicijs oblatrātium
nō satis moueor: qui in vtramq̄ p̄tem
aut amore labunt̄. aut odio.

Explicit prologus. Incipit
Daniel ꝓpheta. Capitulū I

Anno tertio
regni ioachim reg⁹ iu
da veīt nabuchodono
sor rex babylōis hieru
salem ⁊ obsedit eam ⁊
tradidit dominus in manu eius ioachī
regem iude ⁊ p̄tem vasorū domus dei
et asportauit ea in terrā sennaar in do
mum dei sui: ⁊ vasa intulit in domū the
sauri dei sui. Et ait rex affeneç preposi
to eunuchorū vt introduceret de filijs
israel et de semine regio et tyrannoruz
pueros in quibꝫ nulla esset macula: de
coros forma et eruditos omni sapiētia
cautos scientia et doctos disciplina: et
qui possent stare ī palatio regis. vt do
ceret eos litteras et linguā chaldeorū
Et constituit eis rex annonam per sin
gulos dies de cibis suis et vino vn̄ bi
bebat ipse ⁊ enutriti tribus annis post
ea starent in conspectu regis Fuerunt
ergo inter eos de filijs iude. daniel ana
nias miçael ⁊ açarias. Et imposuit eis
prepositus eunuchorum nomina dani
eli balthasar: ananie sidrac. miçaeli mi
sac: et açarie abdenago. Proposuit aūt
daniel in corde suo ne pollueret̄ d̄ men
sa reg⁹ neq̄ de vino potus ei⁹. ⁊ rogauit
eunuchoꝝ p̄positum ne cōtaminaretur
Dedit aūt de⁹ danieli grām ⁊ miscdiaz

in cōspectu principis eunuchoꝝ. Et ait
princeps eunuchoꝝ ad danielē. Timeo
ego dn̄m meū regē q̄ ꝯstituit vob̄ cibū
et potū: qui si viderit vult⁹ vestros ma
cilentiores p̄ ceteris adolescentib⁹ coe-
uis vestris. ꝯdēnabitis caput meū regi
Et dixit daniel ad malassar quē ꝯstitue
rat prīceps eunuchoꝝ sup̄ danielē ana-
niā miçaelē ⁊ açariam. Tempta nos ob
secro ſ̄uos tuos dieb⁹ decē: ⁊ dent̄ nob̄
legumīa ad vescendū ⁊ aq̄ ad bibenduz
⁊ contēplare vultus nr̄os ⁊ vl̄tus pue
roꝝ q̄ vescunt̄ cibo regio: et sic̄ vider⁹: fa
cies cū ſ̄uis tuis. Qui audito ſ̄mōe hu
iuscemodi. temptauit eos dieb⁹ decem.
Post dies aūt decē apparuerūt vultus
eoꝝ meliores ⁊ corpulentiores p̄ oībus
puer⁹ qui vescebant̄ cibo regio. Porro
malassar tollebat cibaria ⁊ vinum pot⁹
eoꝝ: dabatq̄ eis legumīa. Pueris aūt
his dedit deus sciam ⁊ disciplinā in oī
libro ⁊ sapientia. danieli aūt intelligen
tiam omniū visionū et somnioꝝ. Cō-
pletis itaq̄ dieb⁹ post q̄s dixerat rex vt
introducerent̄. introduxit eos p̄posit⁹
eunuchoꝝ in cōspectu nabuchodonosor
Cunq̄ eis locutus fuiss̄z rex. non sunt
inuenti tales de vniūsis vt daniel ana
nias miçael ⁊ açarias. Et steterūt in cō
spectu reg⁹: ⁊ om̄e verbū sapiētie ⁊ intel
lectus q̄d sciscitat⁹ est ab eis rex: inue-
nit in eis decuplum super cunctos ario
los et magos qui erant in vniuerso re
gno eius. Fuit autez daniel vsq̄ ad an
num primū cyri regis. II

In anno secundo regni nabucho
donosor. vidit nabuchodonosor
somniū: et conterritus est spūs
eius: ⁊ somniū ei⁹ fugit ab eo. Precepit
aūt rex vt cōuocarent̄ arioli et magi et
malefici ⁊ chaldei: vt indicarēt regi sō-
nia sua. Qui cū venissent steterūt corā
rege: ⁊ dixit ad eos rex. Vidi somniū: ⁊
mente confusus ignoro quid viderim
R̄nderuntq̄ chaldei regi syriace. Rex
in sempit ernū viue. Dic somniū ſ̄uis
tuis: ⁊ interp̄tationē eius indicabim⁹.
Et r̄ndens rex ait chaldeis: Sermo re
cessit a me. Nisi indicauerit⁹ mihi som
nium ⁊ ꝯiecturā eius: p̄ibitis vos ⁊ do
mus vr̄e publicabūt̄. Si aūt somniuz
⁊ ꝯiecturā ei⁹ narrauerit⁹: p̄mia ⁊ dona
et honorē multū accipiet⁹ a me. Som
nium igit̄ ⁊ interp̄tatōez eius indicate
mihi. R̄nderūt secūdo atq̄ dixert̄. Rex
somniū dicat ſ̄uis suis: ⁊ interp̄tatōez
eius indicabim⁹ R̄ndit rex ⁊ ait. Certe
noui q̄ temp⁹ redimitis: scientes q̄ re
cesserit a me sermo. Si ergo somniuz
non indicauerit⁹ mihi: vna est de vobis
sententia q̄ interp̄tationē quoq̄ falla-
cem ⁊ deceptione plenaz composuerit⁹
vt loquamini mihi donec tempus per
trāseat. Somniū itaq̄ dicite mihi: vt
sciam q̄ interp̄tationē quoq̄ eius verā
loquamini. R̄ndentes ergo chaldei co
ram rege dixerūt. Non est homo super
terram qui sermonē tuuz rex possit im
plere: sed neq̄ regum quisq̄ magn⁹ et
potens verbum huiuscemodi sciscitat̄
ab om̄i ariolo et mago ⁊ chaldeo. Ser
mo enī quem tu queris rex. grauis est
nec reperiet̄ quisq̄ qui indicet illuz in
cōspectu reg⁹: exceptis dijs quoꝝ non
est cum hoībus ꝯuersatō. Quo audito
rex in furore et in ira magna p̄cepit vt
perirent om̄s sapientes babylonis. Et
egressa sentētia sapientes interficiebā-
tur: querebat̄q̄ daniel et socij eius vt
perirent. Tūc daniel requisiuit de lege
atq̄ sentētia ab arioch principe militie
regis: qui egressus fuerat ad interficiē
dos sapientes babylonis. Et interroga
uit eū qui a rege ptārem accepat: quaz
ob causam taz crudelis sentētia a facie
reg⁹ esset egressa. Cum ḡ rem indicass̄z
arioch danieli: daniel ingressus roga-
uit regem vt tēpus daret sibi ad solu
tionē indicandā regi. Et ingressus est
domū suaz: ananieq̄ ⁊ miçaeli et açarie
socijs suis indicauit negociū vt q̄rerēt
misc̄diam a facie dei celi sup̄ sacram̄to
isto: ⁊ non perirent daniel et socij eius
cū ceteris sapientib⁹ babylonis. Tunc
danieli mysteriū p̄ visionem nocte re-
uelatum est. Et benedixit daniel deum

celi: ⁊ locut⁹ ait. Sit nomē dñi bñdictū a seculo ⁊ vsq; in secl'm: qꝛ sapīa ⁊ forti tudo ei⁹ sunt: ⁊ ip̄e mutat tp̄a ⁊ etates. Trāsfert regna atq; ꝯstituit. dat sapīaꝫ sapientib; ⁊ scientiā intelligētib; disci plinā. Ip̄e reuelat ꝓfūda ⁊ abscondita et nouit ī tenebr; ꝯstituta: ⁊ lux cū eo ē. Tibi deus patꝝ nrōꝝ ꝯfiteoꝛ teq; laudo qꝛ sapīam ⁊ fortitudinē dedisti mihi: et nunc oñdisti mihi q̄ rogauim⁹ te: qꝛ ser monē regis aperuisti nob. Post hec da niel ingressus ad arioch quē ꝯstituerat rex vt ꝑderet sapiētes babylōis: sic ei lo cutus est. Sapientes babylōis ne per das. Introduc me in ꝯspectū reg; ⁊ so lutōeꝫ regi narrabo. Tūc arioch festin⁹ introduxit danielē ad regem ⁊ dixit ei. Inueni hoīem de filijs trāsmigratiōis iude q̄ solutōem regi ānunciet. Rñdit rex ⁊ dixit danieli cui⁹ nomē erat baltha sar. Putas ne vere potes mihi indica re somniū qd̄ vidi ⁊ interp̄tatōem ei⁹? Et rñdens daniel corā rege ait. Miste rium qd̄ rex interrogat sapientes ma gi ⁊ arioli ⁊ aruspices neq̄unt indicare regi: sꝫ est de⁹ in celo reuelans mysteria qui indicauit tibi rex nabuchodonosoꝛ q̄ ventura sūt nouissimis tp̄ib;. Som nium tuū ⁊ visiōes capit; tui in cubili tuo huiuscemodi sūt. Tu rex cogitare cepisti ī stratu tuo q̄d esset futurū post hec: ⁊ q̄ reuelat mysteria oñdit tibi q̄ vē tura sunt. Mihi q̄ꝫ nō in sapīa q̄ est in me plus q̄ꝫ in cunct; viuētib;: sac̄mētuꝫ hoc reuelatū ē. sꝫ vt interp̄tatō regi ma nifesta fieret ⁊ cogitatōes mētis tue sci res. Tu rex videbas: ⁊ ecce quasi statua vna grandis. Statua illa mag̃ ⁊ statu ra sublimis stabat ꝯ te: ⁊ intuitus eius erat terribil'. Hui⁹ statue caput ex auro optimo erat. pectus aūt ⁊ brachia de ar gēto: porro venter ⁊ femora ex ere. tibie aūt ferree: pedū q̄daꝫ ꝑs erat ferrea: q̄ dam aūt fictilis. Videbas ita donec ab scisus ē lapis de mōte sine manibus et ꝑcussit statuā in pedib; ei⁹ ferreis ⁊ ficti lib; ⁊ ꝯminuit eos. Tūc ꝯtrita sunt pit̄ ferrū testa es argentū ⁊ auꝝ: ⁊ redacta quasi in fauillā estiue aree q̄ rapta suut vento. nullusq; loc⁹ inuēt⁹ ē eis. Lapis aūt q̄ ꝑcusserat statuā factus ē mōs ma gnus: ⁊ īpleuit vniu̇saꝫ terrā. Hoc est somniū. interp̄tatōem q̄ꝫ eius dicem⁹ corā te rex. Tu rex regū es: ⁊ de⁹ celi re gnū ⁊ fortitudinē ⁊ imperiū ⁊ gl'iam de dit tibi ⁊ oīa in q̄b; hītant filij hoīm et bestie agri ⁊ volucres q̄ꝫ celi dedit ī ma nu tua ⁊ sub ditione tua vniu̇sa consti tuit. Tu es g̃ caput aureū. Et post te cō surget regnū aliud min⁹ te argenteuꝫ: et regnū tertiū aliud ereū qd̄ imꝑabit vniuerse t̄re ⁊ regnū q̄rtū erit velut fer reū. Quō ferrū ꝯminuit ⁊ domat oīa: sic ꝯminuet ⁊ ꝯteret oīa hec. Porro qꝛ vidisti pedū ⁊ digitoꝝ ꝑtem testeā figu li ⁊ ꝑtē ferreā: regnū diuisū erit qd̄ tñ d̄ plantario ferri orie'. Scd̄m q̄ vidisti ferrū mixtū teste ex luto ⁊ digitos pedū ex ꝑte ferreos: ⁊ ex ꝑte fictiles: ex ꝑte re gnū erit solidū: ⁊ ex ꝑte ꝯtritū. Q̄ autē vidisti ferrū mixtū teste ex luto: ꝯmisce bunt̄ quidē hūano semini sꝫ nō adhere būt sibi: sicuti ferꝝ misceri non p̄t teste In dieb; āt regnoꝝ illoꝝ suscitabit de⁹ celi regnū qd̄ in et'nū nō dissipabit̄ ⁊ re gnū eius alteri ꝑpl'o nō tradet̄. Cōmi nuet aūt ⁊ ꝯsumet vniu̇sa regna hec: et ip̄m stabit in et'nū. Scd̄m q̄ vidisti q̄ de mōte abscisus ē lapis sine manibus ⁊ cōminuit testā ⁊ ferrū ⁊ es ⁊ argentū ⁊ auꝝ. deus magn⁹ oñdit regi q̄ ventura sunt postea: ⁊ veꝝ ē somniū ⁊ fidel' inter p̄tatio eius. Tūc rex nabuchodonosoꝛ cecidit in faciē suaꝫ ⁊ danielē adorauit: et hostias ⁊ incēsum p̄cepit vt sacrifica rēt ei. Loq̄ns g̃ rex ait danieli. Vere de us vester de⁹ deoꝝ ē ⁊ dñs regū reuelās mysteria. qm̄ tu potuisti aperiri hoc sac̄ mentū. Tunc rex danielē in sublime ex tulit: ⁊ munera ml'ta ⁊ mag̃ dedit ei. Et constituit eū principeꝫ sup̄ om̄s ꝓuin tias babylonis: ⁊ p̄fectū ⁊ magistꝝ sup̄ cūctos sapiētes babylonis. Daniel au tē postulauit a rege: ⁊ cōstituit sup̄ opa ꝓuintie babylonis sidrac misac ⁊ abde nago. Ip̄e aūt daniel erat ī foriby reg;.

Nabuchodonosor rex
fecit statuā auream altitudine
cubitoꝝ sexaginta· latitudīe cu
bitorum sex: ⁊ statuit eam in campo du-
ran ꝓuīcie babylōis. Itaq; nabuchodo
nosor rex misit ad ꝯgregādos satrapas
magistratus ⁊ iudices duces ⁊ tyrānos
et p̄fectos oēsq; principes regionuz vt
conuenirēt ad dedicatiōem statue quaz
erexerat nabuchodonosor rex. Tūc con
gregate sūt satrape mgr̄atus ⁊ iudices
duces ⁊ tyrāni ⁊ optimates q̄ erant in
ptātib; ꝯstituti ⁊ vniu̇si principes regi-
onū vt cōuenirēt ad dedicationē statue
quā erexerat nabuchodonosor rex. Sta
bant aūt in cōspectn statue quā posue-
rat nabuchodonosor rex: ⁊ preco clama-
bat valenter. Tlobis dicit̄ ꝑplis tribu-
bus ⁊ līguis in hora q̄ audierit̄ sonituz
tube ⁊ fistule ⁊ cythare sambuce et psal
terij ⁊ symphonie ⁊ vniu̇si gener̄ musi
coꝝ: cadētes adorate statuā aureā quā
constituit nabuchodonosor rex. Si q̄s
aūt nō ꝓstratus adorauerit: eadez hora
mittet̄ in fornacē ignis ardentis. Post
hec igitur statim vt audiert̄ oēs ꝑpli so
nituz tube fistule ⁊ cithare sambuce et
psalterij symphonie ⁊ oīs gener̄ musi-
coꝝ: cadentes oēs ꝑpli trib; ⁊ līgue ado
rauerūt statuaz aureaz quā cōstituerat
nabuchodonosor rex. Statimq; in ip̄o
tp̄e accedentes viri chaldei accusauert̄
iudeos· dixert̄q; nabuchodonosor regi:
Rex in eternū viue. Tu rex posuisti de-
cretū vt omīs hō qui audierit sonituz
tube fistule ⁊ cithare sambuce ⁊ psalte-
rij ⁊ symphonie ⁊ vniu̇si generis musi-
coꝝ· ꝓsternat se ⁊ adoret statuā auream
si quis aūt nō ꝓcidens adorauerit: mit
tat̄ in fornacē ignis ardentis. Sunt g̊
viri iudei q̄s constituisti sup̄ op̄a regio
nis babylonie sidrac misac ⁊ abdenago
viri isti contēpserunt rex decretū tuuz.
Deos tuos nō colunt: ⁊ statuā aureaz
quā erexisti nō adorāt. Tūc nabuchodo
nosor in furore ⁊ ira p̄cepit vt adducerē
tur sidrac misac ⁊ abdenago. Qui cōfe-
stim adducti sunt in conspectu reg̃ pro
nunciansq; nabuchodonosor rex ait eis
Clere ne sidrac misac ⁊ abdenago deos
meos nō colitis: ⁊ statuā aureā quā cō
stitui nō adoratis? Nunc g̊ si estis pati
quacūq; hora audierit̄ sonitū tube fistu
le cithare sambuce ⁊ psalterij ⁊ sympho
nie omnisq; generis musicoꝝ ꝓsternite
vos ⁊ adorate statuā quam feci· quod si
nō adoraueritis· eadez hora mittemini
in fornacē ignis ardent̄. Et q̄s est deus
qui eripiet vos de manu mea? Rn̄den-
tes sidrac misac ⁊ abdenago: dixerūt re
gi nabuchodonosor. Non oportz nos de
hac re respondere tibi. Ecce enī deꝰ nr̄
quē colimus p̄t eripere nos de camino
ignis ardentis· et de manib; tuis o rex
liberare. Quod si noluerit· notuz sit ti-
bi rex qꝛ deos tuos nō colimus: ⁊ statu
am aureā quā erexisti nō adoramꝰ. Tūc
nabuchodonosor repletus est furore: ⁊
aspectus faciei illius immutatꝰ est sup̄
sidrac misac ⁊ abdenago: ⁊ p̄cepit vt suc
cenderet̄ fornax septuplū q̄ succēdi cō
sueuerat: ⁊ viris fortissimis de exercitu
suo iussit vt ligatis pedibus sidrac mi-
sac ⁊ abdenago mitterent eos in forna
cem ignis ardentis. Et confestim viri
illi vincti cū brachijs suis et thiaris et
calciamētis ⁊ vestibus missi sunt in me
diū fornacis ignis ardentis. Naz iussio
regis vrgebat. Fornax aūt succēsa erat
nimis. Porro viros illos q̄ miserāt si-
drac misac ⁊ abdenago interfecit flāma
ignis. Viri aūt hi tres· id est· sidrac mi
sac ⁊ abdenago ceciderūt in medio ca
mino ignis ardent̄ colligati. Que se
quunt̄· in hebreis volumib; nō reperi
Et ambulabant in medio flāme: lau
dantes deū ⁊ bn̄dicentes dn̄o. Stans
autē açarias orauit sic: Aperiensq; os
suū in medio ignis ait: Benedictus es
dn̄e deus patꝝ nostroꝝ: et laudabile et
gloriosuz nomē tuū in secl̄a· qꝛ iust̄ es
in omnib; q̄ fecisti nob̄: ⁊ vniuersa ope
ra tua vera ⁊ vie tue recte: ⁊ oīa iudicia
tua vera. Iudicia eniz vera fecisti iuxta
omnia q̄ induxisti sup̄ nos ⁊ sup̄ ciuita
tem sanctā patrum nostroꝝ hierusalez

quia in vitate ⁊ in iudicio induxisti oīa hec ꝓpter pctā nostra. Peccauim⁹ enīz et inique egim⁹ recedentes a te ⁊ delīq⁹ mus in oīb⁹ ⁊ pcepta tua nō audiuim⁹ nec obſeruauim⁹ nec fecim⁹ ſicut pcepas nobiſ vt bñ nob eſſz. Oīa q̄ que indu xisti sup nos ⁊ vniuersa q̄ fecisti nob in vero iudicō fecisti: ⁊ tradidisti nos ī ma nib⁹ inimicoꝝ iniq̄ꝝ ⁊ pessimoꝝ pœuari catozūq̄ ⁊ regi ⁊ iniusto ⁊ pessimo vltra oēm terrā. Et nūc nō possum⁹ apire os Confusio ⁊ oppzobriū facti sum⁹ ſuis tuis ⁊ his q̄ colebant te. Ne q̄sum⁹ tra das nos in ꝓpetuū ꝓp nomē tuū: ⁊ ne dissipes testm̄ tuū neq̄ auferas miseri coꝛdiā tuā a nob ꝓp abzaam dilectū tu um ⁊ ysaac ſuū tuū ⁊ isrl̄ sanctū tuum. quib⁹ locut⁹es pollicēs q̄ mlt̄iplicares semē eoꝝ sic̄ stellas celi: ⁊ sic̄ arenā q̄ est in litoze marꝫ. qz dñe imminuti sum⁹ plus q̄z oēs gentes: sumusq̄z hūiles in vniuersa terra hodie ꝓpter pcc̄ata nīa. et nō est in tpe l̄ō pzinceps ⁊ dux ⁊ ꝓpha neq̄z holocaustū neq̄z sacrificiū neq̄z ob latio neq̄z incensuz neq̄z loc⁹ pzimitiaꝝ coꝛā te vt possimus inuenire miscōiaz tuā: sꝫ in aīo ꝯtrito ⁊ spū hūilitatis su sciꝑiamur. Sicut in holocausto arietū ⁊ tauroꝝ ⁊ sic̄ in milib⁹ agnoꝝ pinguiū sic fiat sacrificiū nostꝝ in ꝓspectu tuo ho die vt placeat tibi: qm̄ nō est ꝓfusio ꝓfi dentib⁹ in te. Et nūc seq̄mur te in toto coꝛde ⁊ timem⁹ te: ⁊ q̄rim⁹ faciē tuā. Ne ꝓfundas nos: sꝫ fac nobiscū iuxta man suetudiez tuā: ⁊ fm̄ mlt̄itudiez miscōie tue ⁊ erue nos in mirabilib⁹ tuis: ⁊ da gl̄iam nomī tuo dñe: ⁊ ꝓfundant⁹ oīs qui oſidunt ſuis tuis mala. Cōfundat⁹ in oīpotentia: ⁊ robur eoꝝ ꝓterat⁹ ⁊ sci ant qz tu es dñs deus sol⁹ ⁊ gl̄iosus su per oēm terrꝫ Et nō cessabāt q̄ mise rant eos ministri regꝭ succēdere foꝛna ces napta ⁊ stuppa ⁊ pice ⁊ malleol⁹: ⁊ ef fundebat⁹ flāma sup foꝛnacē cubit⁹q̄dra gintanouē: ⁊ erupit ⁊ incēdit q̄s reppe rit iuxta foꝛnacē de chaldeis. Angel⁹ āt dñi descendit cū acaria ⁊ socijs ei⁹ in foꝛ nacem: ⁊ excussit flāmā ignis ō foꝛnace et fecit mediū foꝛnacis q̄si ventū roꝛis flantem. ⁊ nō tetigit eos oīno ignis ne q̄z cōtristauit nec quicq̄z molestie intu lit. Tunc hi tres q̄si ex vno oꝛe lauda bant ⁊ gl̄ificabant ⁊ bñdicebāt deum in foꝛnace dicentes. Bñdictus es dñe de⁹ patꝝ nostroꝝ: ⁊ laudabil⁹ ⁊ gl̄iosus et su perexaltatus in secl̄a. Et benedictū no mē gl̄ie tue sanctū: ⁊ laudabile ⁊ super altatū in oīb⁹ secl̄is. Bñdictus es in templo sancto gl̄ie tue: et suplaudabil⁹ et supgloziosus in secula Benedict⁹es in thzono regni tui: ⁊ suplaudabil⁹ ⁊ su peraltat⁹ in secl̄a. Bñdictus es q̄ intue ris abyssos ⁊ sedes sup cherubin: ⁊ lau dabilis ⁊ superaltatus in secula. Bñdi ctus es in firmamēto celi: ⁊ laudabilis et gl̄iosus in secl̄a. Benedicicite oīa opera dñi dño: laudate ⁊ superaltate eū in secula. Bñdicite angeli dñi dño: lau date ⁊c. Benedicite celi dño: lau. Bene dicite aque oīs q̄ sup celos sunt dño: lau. Bñdicite oīes virtutes dñi dño: lau. Bñdicite sol ⁊ luna dño: lau. Bñdi cite stelle celi dño: lau. Benedicite im bꝛ ⁊ ros dño: lau. Bñdicite omis spūs dei dño: lau. Bñdicite ignis ⁊ est⁹ dño: lau. Benedicite frigus ⁊ estas domino lau. Bñdicite roꝛes et pruina dño: lau. Benedicite gelu ⁊ frigus dño: lau. Bñ dicite glacies ⁊ niues dño: lau. Benedi cite noctes ⁊ dies dño: lau. Benedicite lux ⁊ tenebꝛe dño: lau. Bñdicite fulgu ra ⁊ nubes dño: lau. Bñdicat terra dñz: laudet ⁊ superaltet eum in secl̄a. Bñdi cite mōtes ⁊ colles dño: lau. Benedici te vniuersa germinātia in t̄ra dño: lau Benedicite fontes domino: laudate. Benedicite maria ⁊ flumina dño: lau Bñdicite cete ⁊ omnia q̄ mouentur in aquis dño: lau. Bñdicite oēs volucres celi dño: lau. Bñdicite oīs bestie et pe coꝛa dño: lau. Bñdicite filij hominū do mino: lau. Benedicat isrl̄ dñm: laudet ⁊ superaltet eū in secula Bñdicite sacer dotes dñi dño: lau. Bñdicite ſui dñi do mino: lau. Bñdicite spūs ⁊ anīe iustoꝝ dño. lau. Benedicite sancti et hūiles

corde dño: lau. Bñdicite anania açaria
misael domīo: laudate ⁊ superexaltate eū
in secl'a: qꝛ eruit nos de inferno ⁊ saluos
fecit de manu mortis: ⁊ liberauit nos d̄
medio ardētis flāme: ⁊ de medio ignis
eruit nos. Cōfitemī dño qm̄ bon': qm̄
in secl'm miscdia eius. Benedicite oēs
religiosi dño deo deoꝝ: laudate ⁊ cōfite-
mini ei: qꝛ in omīa secl'a miscdia eius.

Hucusqꝫ in hebreo nō habet̄. et que
posuimus de theodotiōis editōe trans-
lata sunt. Tūc nabuchodonosor rex ob-
stupuit ⁊ surrexit ꝓpere. ⁊ ait optimati
bus suis. Nonne tres viros misimus
in medio ignis ꝯpeditos: Qui rñdētes
regi dixerūt. Vere rex. Rñdit rex ⁊ ait.
Ecce ego video q̄ttuor viros solutos ⁊
ambulātes in medio ignis: ⁊ nihil cor-
ruptionis in eis est: ⁊ spēs quarti sil'is
filio dei. Tūc accessit rex nabuchodono
sor ad ostiū fornac̄ ignis ardent̄: et ait.
Sidrac misac ⁊ abdenago s̄ui dei excel-
si egredimī ⁊ venite. Statimqꝫ egressi
sunt sidrac misac ⁊ abdenago d̄ medio
ignis. Et congregati satrape mgr̄atus
et iudices ⁊ potentes reḡ ꝯtemplabāt̄
viros illos: qm̄ nihil potestatis habuis
set ignis in corpib' eoꝝ: ⁊ capill' capitis
eoꝝ nō esset adustus: ⁊ saraballa eoꝝ nō
fuissent īmutata: ⁊ odor ignis nō trans
isset ꝑ eos Et erūpēs nabuchodonosor
ait. Bñdictus deus eoꝝ sidrac videlicꝫ
misac ⁊ abdenago: qui misit angeluꝫ su
um et eruit seruos suos q̄ crediderūt ī
eum: ⁊ verbuꝫ regis immutauer̄t: ⁊ tra
diderunt corpora sua ne s̄uirēt ⁊ ne ado
rarent omneꝫ deum excepto deo suo. A
me ergo positū est hoc decretū: vt omīs
ppl'us trib' ⁊ lingua q̄cunqꝫ locuta fue-
rit blasphemiaꝫ ꝯ deuꝫ sidrac misac ⁊ ab
denago dispereat: ⁊ domus ei' vastetur
Neqꝫ enī est alius de' q̄ possit ita salua-
re. Tunc rex ꝓmouit sidrac misac et ab
denago in ꝓuintia babylōis. Nabucho
donosor rex om̄ib' ppl'is gentib' et lin-
guis qui hītant in vniu̇sa terra: pax vo
bis multiplicet̄. Signa ⁊ mirabia fecit
apud me de' excelsus. Placuit ḡ mihi
predicare eius signa: qꝛ magna sunt et
mirabilia ei'. qꝛ fortia: ⁊ regnū e'. qꝛ re
gnū sempiternū: ⁊ potestas eius ī gene
ratione ⁊ generationem. IIII

Ego nabuchodonosor quietus
eram in domo mea. et florens
in palatio meo. Somniū vidi
quod ꝑterruit me: ⁊ cogitatōes mee in
stratu meo ⁊ visiones capit̄ mei cōtur
bauerūt me Et per me ꝓpositū est decre
tū: vt introducerent̄ ī ꝯspectu meo cun
cti sapientes babylonis: ⁊ vt solutōem
somnij indicarent mihi. Tūc ingredie-
bant̄ arioli magi chaldei ⁊ auruspices
et somniū narraui in ꝯspectu eoꝝ et so
lutionē eius nō indicauer̄t mihi. donec
collega ingressus est in ꝯspectu meo da
niel. cui nomē balthasar s̄m nomē dei
mei qui hꝫ spiritū deoꝝ sanctoꝝ ī semet
ipso: ⁊ somniū corā ipso locutus sum.
Balthasar princeps arioloꝝ: q̄niaꝫ ego
scio q̄ spm̄ deoruꝫ sanctoꝝ habeas in te
et omne sacramentū nō est impossibile
tibi. visiones somnioꝝ meoꝝ q̄s vidi:
et solutionē earuꝫ narra. Visio capitis
mei in cubili meo. Videbam: ⁊ ecce ar-
bor in medio terre ⁊ altitudo ei' nimia.
Magna arbor ⁊ fortis: et ꝓceritas eius
contingēs celū. Aspectus illi' erat vsq
ad terminos vniu̇se terre. Folia ei' pul
cerrima: ⁊ fruct' ei' nimi' ⁊ esca vniu̇
sorum in ea. Subter eam hītabāt ani-
malia ⁊ bestie: ⁊ in ramis eius cōuersa
bant̄ volucres celi: ⁊ ex ea vescebat̄ oīs
caro. Videbam in visione capit̄ mei su
per stratū meū: ⁊ ecce vigil ⁊ sanctus de
celo descēdit. clamauit fortiter: ⁊ sic ait.
Succidite arborē ⁊ precidite ramos ei'
excutite folia eius. ⁊ dispgite fruct' ei'.
fugiant bestie q̄ subter eam sunt volu-
cres de ramis ei'. Veruntamē germen
radicum eius in terra sinite: ⁊ alligetur
vinculo ferreo et ereo in herbis q̄ foris
sunt: ⁊ rore celi tingat̄: ⁊ cū feris ꝑs ei'
in herba terre. Cor ei' ab humano com
mutet̄: ⁊ cor fere detur ei: ⁊ septem tem
pora mutent̄ sup eum. In sententia vi
gilū decretū est: ⁊ s̄mo sanctoꝝ ⁊ petitio

donec ꝯgnoscant viuentes qm̄ dn̄atur
excelsus in regno hominū: ⁊ cuicūq; vo
luerit dabit illud: ⁊ humilimū hominē
constituet sup̄ eum. Hoc somniū vidi
ego nabuchodonosor rex. Tu ergo bal
thasar interp̄tatōem narra festinus: qꝛ
om̄es sapientes regni mei nō queunt
solutionē edicere mihi. Tu autez potes
quia spūs deoꝝ sctōꝝ in te est. Tunc da
niel cui⁹ nomē balthasar cepit intra se
metip̄m tacitus cogitare q̄si vna hora
⁊ cogitatiōes ei⁹ ꝯturbabāt eū. Respō
dens autē rex ait. Balthasar somniū et
interp̄tatio eius nō conturbent te. Re
spondit balthasar ⁊ dixit: Dn̄e mi som
niū his qui te oderūt: ⁊ interp̄tatio eius
hostibus tuis sit. Arborem quaz vidisti
sublimē atq; robustā cui⁹ altitudo ꝑtin
git ad celū: et aspectus illi⁹ in oēm t̄raz
et rami eius pulcerrimi ⁊ fructus eius
nimi⁹: ⁊ esca oīm in ea. subter eā hītan
tes bestie agri: ⁊ in ramis eius ꝯmoran
tes aues celi. tu es rex q̄ magnificat⁹ es
et inualuisti: ⁊ magnitudo tua creuit ⁊
peruenit vsq; ad celū: ⁊ ptās tua in ter
minos vniuerse terre. Q aūt vidit rex
vigilem ⁊ sanctū descendere de celo ⁊ di
cere: succidite arborē ⁊ dissipate illā. at
tamē germē radicū eius in terra dimit
tite ⁊ vinciat̄ ferro ⁊ ere in herbis foris:
et rore celi consp̄gat̄: ⁊ cū feris sit pabu
lum eius: donec septez tp̄a mutent̄ sup̄
eum. hec est interp̄tatio sentētie altissi
mi q̄ ꝑuenit sup̄ dominū meū regem.
Eijcient te ab hominibꝫ: ⁊ cū bestijs fe
risq; erit habitatō tua: ⁊ fenū vt bos co
medes: ⁊ rore celi infunderis. Septem
quoq; tp̄a mutabunt̄ sup̄ te donec sci
as q̄ dn̄etur excelsus sup̄ regnū hoīm:
et cuicūq; voluerit det illud. Q autem
p̄cepit vt relinq̄retur germen radicuz
eius. id est arboris. regnuz tuū tibi ma
nebit postq̄ cognoueris ptātem esse ce
lestem. Quāobrem rex consiliū meum
placeat tibi: ⁊ pctā tua elemosynis redi
me: ⁊ iniq̄tates tuas misericordijs pau
perum: forsitan ignoscet de⁹ delictis tu
is. Omnia hec venerūt sup̄ nabuchodo
nosor regē. Post finem mēsiuz duode
cim in aula babylōis deambulabat. Re
sponditq; rex ⁊ ait: Nōne hec est babylō
ciuitas magna quā ego edificaui in do
mū regni in robore fortitudinis mee: ⁊
in gl̄ia decoris mei? Cunq; s̄mo adhuc
esset in ore regis vox de celo ruit. Tibi
dicitur nabuchodonosor rex. Regnum
tuū transibit a te: ⁊ ab hominibꝫ eijciēt te
et cū bestijs ⁊ feris erit habitatio tua.
fenuz q̄si bos comedes: ⁊ septē tp̄a mu
tabunt̄ sup̄ te: donec scias q̄ dn̄etur ex
celsus ī regno hoīm: ⁊ cuicūq; voluerit
det illud. Eadem hora s̄mo ꝯpletus est
sup̄ nabuchodonosor: ⁊ ex hoībꝫ abiect⁹
est: ⁊ fenū vt bos comedit: ⁊ rore celi cor
pus ei⁹ infectū est: donec capilli ei⁹ in si
militudinē aquilaꝝ crescerēt ⁊ vngues
eius q̄si vngues auiū. Igit̄ post finem
dieꝝ ego nabuchodonosor ocl̄os meos
ad celū leuaui: ⁊ sensus me⁹ reddit⁹ est
mihi: ⁊ altissimo benedixi: ⁊ viuentē in
sempiternū laudaui ⁊ gl̄ificaui: qꝛ pote
testas eius ptās sempiterna: ⁊ regnuz
eius in generatōe ⁊ generatōem: ⁊ om
nes hītatores terre apud eū in nihiluz
reputati sunt. Juxta voluntatē enī suā
fecit tam in virtutibꝫ celi q̄ in hītato
ribus terre: ⁊ nō est qui resistat manui
eius: ⁊ dicat ei: quare fecisti? In ip̄o tp̄e
sensus me⁹ reuersus est ad me: ⁊ ad ho
norē regni mei decorēq; ꝑueni: ⁊ figura
mea reuersa ē ad me ⁊ optimates mei
et magistrat⁹ mei requisierūt me: et in
regno meo restitutus sum: ⁊ magnifi
Audite vbũ dñi filij isrl' qꝛ iudiciũ dño cũ hitatoribus terre. Non est enĩ vitas et nõ ẽ misericordia: ⁊ nõ est scientia dei in tra. Maledictũ ⁊ mendaciũ ⁊ homicidiũ et furtũ ⁊ adulteriũ inũdauerẽt: et sãguis sanguinẽ tetigit. Propt' h̄ lugebit tra. et infirmabit' omis qui hitat in ea. In bestia agri ⁊ in volucre celi: sed ⁊ pisces mar' ꝯgregabunt'. Verũtñ vnusquisq; nõ iudicet ⁊ nõ arguat' vir. Popul⁹ enĩ tuus sic hi: qui ꝯdicũt sacerdoti. Et corrues hodie: ⁊ corruet etiã ꝓpheta tecuz. Nocte tacere feci matrẽ tuaz. Cõticuit ꝓplus me⁹: eo ꝙ nõ habuerit scientiaz Quia tu sciaz repullisti: repellã te ne sacerdotio fũgar' mihi. Et oblita es leg' dei tui: obliuiscar filioꝝ tuorum et ego. Scdm multidinẽ eoꝝ sic peccauerunt mihi: gl'iam eoꝝ in ignominiã cõmutabo. Peccata ꝓpl'i mei comedẽt: ⁊ ad iniquitatẽ eoꝝ subleuabũt anĩas eoꝝ. Et erit: sicut ꝓpl's sic sacerdos. Et visitabo sup eũ vias eius ⁊ cogitatões eius reddam ei Et comedent et nõ saturabunt' Fornicati sunt ⁊ nõ cessauerẽt: qm̃ dñm dereliq̃runt in nõ custodiẽdo. Fornicatio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas auferunt cor. Populis me⁹ in ligno suo interrogauit: ⁊ bacul⁹ eius annũciauit ei. Spũs eniz fornicationũ decepit eos: ⁊ fornicati sũt a deo suo. Sup capita mõtiũ sacrificabant: ⁊ sup colles accẽdebãt thymiana subt⁹ quercũ ⁊ ꝓpl'm ⁊ terebinthũ: qꝛ bona erat vmbra ei⁹. Ideo fornicabunt' filie vr̃e ⁊ sponse vestre adultere erũt. Nõ visitabo sup filias vr̃as cũ fuerint fornicate: ⁊ sup sponsas vr̃as cũ adulterauerint: qm̃ ipsi cũ meretricib⁹ ꝯuersabãt': et cũ effeminatis sacrificabãt. Et ꝓpl's nõ intelligẽs vapulabit. Si fornicaris tu isrl': nõ delinq̃t saltem iuda. Et nolite ingredi in galgala: ⁊ ne ascenderit' in bethauen: neq; iurauerit is: viuit dñs. Qm̃ sicut vacca lasciuiẽs declĩauit isrl' Nunc pascet eos dñs: q̃i agnũ in latitudine. Particeps idoloꝝ effraim dimitte eum. Separatum est ꝯuiuiuz eoꝝ: fornicatõe fornicati sunt dilexerũt afferre ignominiã ꝓtectores eius. Ligauit euz spiritus in alis suis: ⁊ confundentur a sacrificijs suis.

V

Audite hoc sacerdotes: ⁊ attendite domus isrl': ⁊ domus reg' auscultate: qꝛ vobis iudiciũ est. Qm̃ laqueus facti estis speculationi: ⁊ sic rete expansum subter thabor. ⁊ victimas declinastis ĩ ꝓfundũ. Et ego eruditor omniũ eoꝝ Ego scio effraim: ⁊ isrl' nõ ẽ abscondit⁹ a me. Quia nũc fornicatus est effraim: cõtaminat⁹ est isrl'. Non dabũt cogitatões suas vt reuertant' ad deũ suum: qꝛ spũs fornicationũ in medio eoꝝ et dñm nõ cognouerũt. Et rñdebit arrogantia isrl' in facie eius: ⁊ isrl' ⁊ effraĩ ruent in iniq̃tate sua. Ruet etiã iudas cũ eis. In gregib⁹ suis ⁊ in arment' suis vadent ad q̃rendũ dñm ⁊ nõ inuenient. Ablatus ẽ ab eis. In dño ꝑuaricati sunt: qꝛ filios alienos genuerẽt. Nũc deuorabit eos mẽsis cũ partibus suis. Clangite buccina ĩ gabaa. tuba ĩ rama. Vllulate in bethauen: post tergum tuũ beniamin. Effraim in desolatione erit. In die correptõis in tribub⁹ isrl' oñdi fidez. Facti sunt principes iuda q̃si assumentes terminũ. sup eos effundaz q̃si aq̃m iram meã. Calumniã patiens est effraim fractus iudicio: qm̃ cepit abire post sordem. Et ego q̃si tinea effraim: ⁊ quasi putredo domui iuda. Et vidit effraim languorẽ suũ. ⁊ iudas vinculum suũ. Et abijt effraim ad assur. Et misit ad regem vltorẽ. Et ipse non poterit sanare vos: nec soluere poterit a vob vinculuz. Qm̃ ego q̃si leena effraim: et q̃si catul⁹ leonis domui iuda. Ego ego capiam ⁊ vadã: tollam ⁊ nõ est qui eruat. Vadens reuertar ad locũ meuz donec reficiatis: et queratis faciem meam.

VI

In tribulatione sua mane consurgent ad me Veni te et reuertamur ad dominum quia ipse cepit ⁊ sanabit nos ꝑcutiet ⁊

curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: & viuemus in conspectu eius: sciemus sequamurque vt cognoscamus dñm. Quasi diluculum præparatus egressus eius: & veniet quasi imber nobis tempora ne & serotinus terre. Quid faciam tibi effraim: quid faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina & quasi ros manes transiens. Propter hoc dolaui in prophetis: & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua qui lux egredient. Quia misericordiam volui et non sacrificium et scientiam dei plus quam holocaustum. Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pactum: ibi prauaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine: & quasi fauces virorum latronum. Participes sacerdotum in via interficientium pgentes de sychem. quia scelus operati sunt. In domo israel vidi horrendum. Ibi fornicationes effraim contaminata est israel. Sed & iuda pone messem tibi: cum conuertero captiuitatem populi mei. VII

Olim sanare volebam israel: reuelata est iniquitas effraim & malicia samarie: quia operati sunt mendacium. Et fur ingressus est spoliauit latrunculus foris. Et ne forte dicat in cordibus suis. omnem malitiam eorum me recordatum. Nunc circumdederunt eos adinuentiones sue coram facie mea facte sunt. In malicia sua letificauerunt regem: & in mendacijs suis principes. Omnis adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. Quieuit paululum ciuitas a commixtione fermenti donec fermentaret totum. Dies regum nostri. Ceperunt principes furere a vino. Extendit manum suam cum illusoribus: quia applicauerunt quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos: mane ipse succensus quasi ignis flamme. Omnes calefacti sunt quasi clibanus: & deuorauerunt iudices suos. Omnis reges eorum ceciderunt. non est qui clamet in eis ad me. Effraim in populis ipse permiscebatur. Effraim factus est subcinericius panis qui non reuersatur. Comederunt alieni robur eius: & ipse nescit. Sed & canum effusi sunt in eo: & ipse ignorauit. Et humiliabit superbia israel in facie eius. Nec reuersi sunt ad dñm deum suum: & non quesierunt eum in omnibus his. Et factus est effraim quasi columba seducta non habens cor. Egyptum inuocabant: ad assyrios abierunt. Et cum perfecti fuerint: expandam super eos retem meum: & quasi volucres celi deducam eos. Cedam eos secundum auditionem cetus eorum. Vae eis: quia recesserunt a me. Vastabuntur: quia preuaricati sunt in me. Ego redemi eos et ipsi locuti sunt mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo: cum vlulabant in cubilibus suis. Super triticum et vinum ruminabant & recesserunt a me. Et ego erudiui eos: & confortaui brachia eorum: & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt vt essent absque iugo facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gladio principes eorum. a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra egypti. VIII

In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum dñi: pro eo quod transgressi sunt fedus meum: & legem meam prevaricati sunt. Me inuocabunt deus meus: et cognouimus te israel. Proiecit israel bonum: inimicus persequetur eum. Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt: & non cognouit. Aurum suum & argentum suum fecerunt sibi idola vt interirent. Proiecit vitulum tuus samaria. Iratus est furor meus in eis. Usquequo non poterunt emundari? Quia ex israel & ipse est. Artifex fecit illum et non est deus. Quoniam in aranearum telas erit vitulus samarie: quia ventum seminabunt & turpidinem metet. Culmus stans: non est in eo germen. Non faciet farinam. Quod & si fecerit: alieni comedent eam. Deuoratus est israel. Nunc facti sunt in nationibus quasi vas immundum: quia ipsi ascenderunt ad assur. Onager solitarius sibi effraim. Munera dederunt amatoribus suis: sed & cum mercede conduxerunt nationes. Nunc congregabo eos & quiescent paulisper ab onere regis & principum. Quia multiplicauit effraim altaria ad peccandum: facte sunt ei aree in delictum. Scribam ei multiplices leges meas quasi

velut aliene computate sunt. Hostias offerent: immolabunt carnes et comedent: & dominus non suscipiet eas. Nūc recordabitur iniquitatis eorū: & visitabit peccata eor. Ipsi in egyptū cōuertē tur. Et oblitus est israel factoris sui: et edificauit delubra: et iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mittam ignez in ciuitates eius: et deuorabit edes illius.

Noli letari israel: noli exultare sicut populi: qz fornicatus es a deo tuo. Dilexisti mercedē sup omes areas tritici. Area & torcular non pascet eos: & vinū mentiet eis. Nō habitabunt in terra dñi. Reuersus est effraim in egyptuz: & in assyrijs polluta comedit. Non libabunt dño vinū: & nō placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentiū. Oēs qui comedēt eū contaminabunt: qz panis eor aīe ipor: nō intrabit in domū dñi. Quid facietis in die solenni in die festiuitatis dñi? Ecce enī profecti sunt a vastitate. Egyptus cōgregabit eos: mēphis sepeliet eos. Desiderabile argentū eor vrtica hereditabit: lappa in tabernaculis eor. Venerūt dies visitationis: venerūt dies retributionis. Scitote israel stultū: pphetam insanū: virū spiritalez. Propter multitudinem iniquitatis tue: & multitudinez amentie. Speculator effraim cum deo meo pphēta: laqus ruine factus est sup omnes vias eius. Insania in domo dei eius. Profunde peccauerūt sicut in diebus gabaa. Recordabit iniquitatis eor & visitabit peccata eor. Quasi vuas in deserto inueni israel: qsi prima poma ficulnee in cacumine eius vidi pres eor. Ipsi aūt introuerūt ad beelphegor: & abalienati sunt in confusione & facti sunt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt. Effraim qsi auis auolauit. Gloria eor a ptu: & ab vtero & a conceptu. Quod si enutrierint filios suos: absq; liberis eos faciam in hoīb. Sed & ve eis: cum recessero ab eis. Effraim vt vidi tyrus erat: fundata in pulcritudine. Et effraim educet ad interfectorem filios suos. Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: & vbera arentia. Omnes nequicie eor in galgal: quia ibi exosos habui eos. Propter malicias adinuentionū eoruz: de domo mea eiciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes principes eorū recedentes. Percussus est effraim: radix eoruz exiccata est. Fructum nequaq̄ facient. Quod si genuerint interficiam amantissima vteri eorum. Abiciet eos dominus deus meus quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

## X

Vitis frondosa israel: fructus adequatus est ei. Scom multitudinez fructus sui multiplicauit altaria: iurta vbertatez terre sue exuberauit simulacris. Diuisuz est cor eorum: nūc interibunt. Ipse confringet simulacra eorum: depopulabitur aras eor. Quia nunc dicent non est rex nobis. Non enī timem⁹ dominū. Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis & ferietis fedus cum mendacio & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Vaccas bethauen coluerūt habitatores samarie. Quia luxit super eum populus eius: & editui eius super eum exultauerūt in gloria eius: qz migrauit ab eo. Siquidem & ipse in assyrios delatus est munus regi vltori. Confusio effraim capiet: & confundetur israel in voluntate sua. Trāsire fecit samaria regem suum quasi spumam super faciez aque. Et disperdent excelsa idoli peccatuz israel. Lappa & tribulus ascēdet super aras eorū. Et dicent montibus: operite nos: & collibus: cadite sup nos. Ex diebus gabaa peccauit israel. Ibi steterūt. Non comprehendet eos in gabaa prelū: sup filijs iniquitatis. Iurta desiderium meū corripiam eos. Congregabunt super eos populi: cum corripient propter duas iniquitates suas. Effraim vitula docta diligere triturā: & ego transiui sup pulcritudinem colli eius. Ascendaz sup effraim arabit iudas: confringet sibi sulcos iacob. Seminate vobis in iusticia: & me-

tite in ore misericordie. innouate vobis
nouale. Tempus aūt requirendi dñm:
qui venerit cum docebit vos iusticiā. A/
rastis impietatez: iniq̄tatē messuistis: co
medistis frugez mēdacij. Quia ꝯfisus
es in vijs tuis: ⁊ in multitudīe fortiuz
tuoꝝ: ꝯsurget tumlt⁹ in ꝓplo tuo: ⁊ oēs
munitiones tue vastabūtur sicut vasta
tus est salmana. a domo ei⁹ qui vindica
uit baal. in die p̄lij mr̄e sup̄ filios allisa.
Sic fecit vobis bethel: a facie militie ne
quitiarum vestrarum. XI

Sicut mane trāsit. ꝑtrāsit rex is/
rael: q̄ puer isrl̄ ⁊ dilexi euz ⁊ ex
egypto vocaui filiū meū. Vloca
uerūt eos: sic abierūt a facie eoꝝ. Baaliz
immolabāt: ⁊ simulacr̄ sacrificabāt. Et
ego q̄si nutricius ephraim portabā eos
in brachijs meis: ⁊ nescierūt ꝙ curarez
eos. In funiculis adam trahā eos: in vī
culis charitatis. Et ero eis q̄si exaltans
iugū sup̄ maxillas eoꝝ ⁊ declinaui ad eū
vt vesceret̄. Nō reuertet̄ in terram egy
pti: ⁊ assur ipse rex ei⁹ qm̄ noluerūt con/
uerti. Cepit gladius in ciuitatib⁹ eius:
et consumet electos eius: ⁊ comedet ca
pita eoꝝ. Et ꝓpl's me⁹ pendebit ad redi/
tū meuz. Jugū aūt imponet̄ eis simul:
qd̄ nō auferet̄. Qūo dabo te effraim. ꝓ/
tegam te isrl̄: Qūo dabo te: Sicut ada
ma ponam te: vt seboim. Conuersuz est
in me cor meuz: pariter conturbata est
penitudo mea. Nō faciā furorez ire mee
Non conūtar vt dispdam effraim: qm̄
deus ego ⁊ nō homo. In medio tui scūs
⁊ nō ingrediar ciuitatē. Post dñm am/
bulabūt. Quasi leo rugiet: q̄ ipse rugi
et: ⁊ formidabunt filij maris. Et auola/
būt q̄si auis ex egypto: et q̄si colūba de
terra assyrioꝝ: ⁊ collocabo eos in domib⁹
suis dicit dñs. Circūdedit me effraim ī
negociatiōe: ⁊ in dolo dom⁹ isrl̄. Judas
aūt test̄ descēdit cū d̄o: ⁊ cū sctis fidelib⁹

Effraim pascit ventū: ⁊ XII
sequit̄ estum. Tota die mēdaci/
um ⁊ vastitatē multiplicat. Et
fedus cū assyrijs inijt: ⁊ oleū in egyptuz
ferebat. Judiciū g̊ dñi cū iuda: ⁊ visita/
tio super iacob. Juxta vias eius ⁊ iuxta
adinuentiones eius reddet ei. In vte/
ro supplantauit fratrem suuz: ⁊ in forti/
tudine sua directus est cum angelo. Et
inualuit ad angelum: ⁊ confortatus est
Fleuit: ⁊ rogauit eum. In bethel inue/
nit eum: ⁊ ibi locutus est nobiscum. Et
dñs deus exercituū: dñs memoriale ei⁹
Et tu ad dñm deum tuuz conuerteris.
Misericordiā ⁊ iudiciuz custodi: ⁊ spera
in deo tuo semp̄. Chanaan in manu ei⁹
statera dolosa: calumniam dilexit. Et di
xit effraim. Veruntamē diues effectus
sum: inueni idolum mihi. Omēs labo/
res mei non inuenient mihi iniquitatē
quā peccaui. Et ego dñs deus tu⁹ ex ter
ra egypti. Adhuc sedere te faciā in taber
naculis: sicut in dieb⁹ festiuitatis. Et lo
cut⁹ sum sup̄ ꝓphetas: ⁊ ego visionē mul
tiplicaui: ⁊ in manu ꝓphetarū assimilat⁹
sum. Si galaad idolū: g̊ frustra erāt in
galgal bob⁹ immolātes. Nam ⁊ altaria
eoꝝ q̄si acerui sup̄ sulcos agri. Fugit ia/
cob ī regionē syrie: ⁊ seruiuit isrl̄ in vxo/
rē: ⁊ in vxorē seruiuit. In ꝓpheta aūt e/
duxit dñs israel de egypto: ⁊ in ꝓpheta s
uatus est. Ad iracūdiam me ꝓuocauit
effraī in amaritudib⁹ suis: ⁊ sanguis ei⁹
sup̄ eum veniet: ⁊ opprobrium eius re/
stituet ei dominus deus suus. XIII

Loquēte effraim. horror inuasit
israel: ⁊ deliquit in baal ⁊ mortu
us est. Et nūc addiderūt ad pec
candū: fecerūtq̄ sibi ꝯflatile de argento
suo quasi similitudinem idolorum. Fa/
ctura artificū totum est. His ipsi dicūt
Immolate homīes vitulos adorātes:
Idcirco erunt q̄si nubes matutina: ⁊ si/
cut ros matutin⁹ p̄teriens. Sicut pul
uis turbine rapt⁹ ex area: ⁊ sicut fumus
de fumario. Ego aūt dñs de⁹ tu⁹ ex terra
egypti: ⁊ deum absq̄ me nescies: ⁊ salua
tor nō est preter me. Ego cognoui te in
deserto: in terra solitudīs. Juxta pascua
sua adimpleti sunt: ⁊ saturati sunt. Et
eleuauerunt cor suuz: ⁊ obliti sunt mei
Et ego ero eis q̄si leena: sic ꝑadisus in
via assyrioꝝ. Occurraz eis q̄si vrsa rapt⁹

# Prologus

catulis ⁊ dirũpam interioꝛa iecoꝛis eoꝝ
Et cõſumã eos ibi quaſi leo: beſtia agri
ſcindet eos. Perditio tua iſrael: tantũ
modo in me auxiliũ tuũ. Vbi eſt rex tu
us: Varime nũc ſaluet te in oĩbꝫ vrbi
bus tuis. Et iudices tui de qbꝫ dixiſti:
da mihi regẽ ⁊ pꝛincipes. Dabo tibi regẽ
in furoꝛe meo: ⁊ auferã in indignatiõe
mea. Colligata eſt iniquitas effraim: ab
ſconditum peccatũ eiꝰ. Dolores pturiẽ
tis venient ei. Ipſe filius non ſapiens.
Nũc enim nõ ſtabit in contritione filio
rũ. De mãu moꝛtis liberabo eos: de moꝛ
te redimaꝫ eos: Ero moꝛs tua o moꝛs:
moꝛſus tuꝰ ero inferne. Cõſolatio ab
ſcondita eſt ab oculis meis. qꝛ ipſe inter
fratres diuidet. Adducet vẽtem vẽtũ
dñs de deſerto aſcendentẽ: ⁊ ſiccabit ve
nas eiꝰ: ⁊ deſolabit fontes eiꝰ: ⁊ ipſe diri
piet theſaurũ oĩs vaſis deſiderabilis.

Pꝛeat ſamaria: qm̃ XIIII
ad amaritudinẽ concitauit deũ
ſuũ. In gladio pereãt. Parvu
li eoꝝ elidant̃: ⁊ fetę eius ſcindant̃. Con
uertere iſꝛl̃ ad dñm deũ tuũ: qm̃ corꝛuiſti
in iniquitate tua. Tollite vobiſcũ verba
auſer iniquitatẽ: ⁊ accipe bonuꝫ: ⁊ redde
mus vitulos labioꝝ noſtroꝝ. Aſſur nõ
ſaluabit noſ. Sup equũ nõ aſcendemꝰ
nuꝫ noſtrarũ: qꝛ eius qui in te eſt miſe
reꝛis pupilli. Sanabo contritiones
eoꝝm: diligam eos ſpontanee: quia aũ
ſus eſt furoꝛ meꝰ ab eis. Ero q̃ſi roſ. Et
iſꝛl̃ germinabit ſicut liliũ: ⁊ erũpet radix
eius vt libani. Ibũt rami eiꝰ: et erit q̃ſi
oliua gl̃ia eiꝰ: ⁊ odoꝛ eiꝰ vt libani. Conũ
tẽnt̃ ſedẽtes in vmbra eiꝰ: viuẽt tritico
Et germinabunt q̃ſi vinea: memoꝛiale
eius ſic̃ vinũ libani. Effraĩ q̃d mihi vl
tra idola: Ego exaudiã ⁊ dirigã euꝫ: ego
vt abietẽ viridẽ: ex me fructꝰ tuꝰ inuẽtꝰ
eſt. Quis ſapiẽs ⁊ intelliget iſta: intelli
gens ⁊ ſciet hec: Quia recte vie dñi
⁊ iuſti ambulabunt in eis: preuaricato
ꝛes vero coꝛruent in eis.

Explicit Oſee pꝛopheta.

Incipit pꝛologus in Johel ꝓphetaꝫ.

Sanctus iohel apud hebꝛeos
poſt oſee ponitur. Et ſicut ibi
ſub nomine effraim ad decem
tribus cõfertur vaticiniũm:
que vel ſamaria vel iſrael ſepe memoꝛã
tur: ſic in hunc ꝓphetam omne qꝛ dicit̃
ad tribũ iuda ⁊ ad hieꝛlm pꝛtinere credẽ
dum eſt: ⁊ nullam omnino iſraelis id ẽ
decẽ tribuũ in hoc fieri mentionẽ. Tem
poꝛa q̃ꝫ quibꝰ ꝓphetauit eadez tetemus
accipere que in oſee legimus: in diebꝰ
ozie. ioathan. ⁊ achaz. ⁊ ezechie regum iu
da. ⁊ in diebꝰ hieꝛoboã filij ioas regis iſ
rael. Pꝛoꝛo fcm̃ eſſe ſermonem dñi ad
meritũ eius referꝝ cui fit. non ad pꝛditio
nẽ eius qui fieri dꝛ. vt alibi legim̃: Do
minꝰ fcũs eſt mihi ĩ ſalutẽ. Auditus. n.
in ſcripturis ſcĩs nõ eſt iſte qui ad aures
ſonat: ſꝫ qui ĩ coꝛde pcipitur. iuxta illud
qꝛ dñs loquit̃. Qui hꝫ aures audiendi
audiat. Quod aũt dꝛ hebꝛaice hieẓimi.
grece enechẓiaſti. latine ſonat auribꝰ pꝛ
cipite. ꝓpie nõ aure ſed coꝛde pcipitur.
Qui ſenes ſunt ⁊ celeſtes audiũt ſpũa
liter: qui aũt habitãt in terra appellan
turqꝫ terreni. auribus percipiunt. Vbi
cũqꝫ autẽ hec duo verba iuncta ponunt̃
nõ ad ſimplicẽ tm̃ ſ̃vbꝛũ ſonũ: ſed ad re
conditã q̃ꝫ dictoꝝ intelligentiã pꝛtinere
intelligenduz eſt. In geneſi lamech lo
quit̃ ad vxoꝛes ſuas ada ⁊ ſella: Audite
verba mea vxoꝛes lamech. auribꝰ pcipi
te ſermones meos. Quia virum occidi
in vulnus meũ: ⁊ iuuenem in liuoꝛem
meum. Et eſaias: Audite cęli et auribꝰ
percipe terra.

Item alius ꝓlogus in eundem:

In hoc ꝓpheta idcirco nec
reges nec tpa ſunt pnota
ta qꝛ eiſdem tpibꝰ ac regi
bus quibꝰ oſee ꝓphetaue
rat ⁊ ipſe ꝓphetauit. Et tri
bus igitur generibꝰ rhetoꝝ hec ſumunt̃
pꝛincipia: ⁊ tres ſunt argumentoꝝz pꝛ
tes. ex quibus incipere ſolet oĩs oꝛatoꝛ.

Aut enim docibiles·aut beniuolos aut attentos auditores debet efficere. Hic ergo propheta a magnitudine cladis sumens principiū eosq; qui audituri erāt volens ad pnīaz prouocare·reddit attē/tos admirans futurum malum vt considerantes venture cladis asperitatem: ocius arriperent penitētiam. Johel int/pretatur incipiens·aut domini descēsus Fatuel vero aut latitudo aut ostiuz dei. Tropologice hoc est ꝙ qui ostium dei et scientiam habuerit aptam·recte incipit prophetare.

Incipit argumentum in eundem.

Johel filius fatuel describit terram duodecim tribuum· eruca·brucho·locusta· rubigine vastante consumptam: et post reuersionez prioris populi effusuz iri spiritum sanctum super seruos dei ⁊ ancillas id est super centum viginti credentium nomina:⁊ effusum iri in cenaculo sion:qui centū viginti ab vno vsq; ad quindecim:paulatim ⁊ per incremē/ta surgentes·quindecim graduum numerum efficiunt·qui in psalterio mystice continentur.

Explicit argumentū. Incipit Johel ꝓpheta Capitulum I

Verbum domini quod factum est ad iohel filium fatuel. Audite hec senes:⁊ auribꝫ percipite omnes habitatores terre·si factū est istud in diebus vestris:aut in diebꝫ patrum vestroꝝ. Sup hoc filijs vestris narrate:⁊ filij vestri filijs suis:⁊ filij eoꝝ generationi altere. Residuū eruce comedit locusta:⁊ residuum locuste comedit bruchus ⁊ residuuz bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij:flete ⁊ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine:quoniam perijt ab ore vestro. Gēs enī ascendet sup terrā meaz:fortis ⁊ innumerabilis. Dentes eius vt dentes leonis:⁊ molares eius vt catuli leonis Posuit vineā meam in desertū:⁊ ficuz meā decorticauit. Nudās spoliauit eam ⁊ ꝓiecit:albi facti sunt rami eius. Plange q̄si v̄go accincta sacco:super virū pubertatis sue. Perijt sacrificiuz ⁊ libatio de domo dñi:luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio:luxit humus:qm̄ deuastatū est triticum. Cōfusum est vinum ⁊ elanguit oleuz. Cōfusi sunt agricole·vlulauerūt vinitores sup frumēto vino ⁊ hordeo:quia perijt messis agri. Vinea confusa est:⁊ fic⁹ elāguit. Malogranatum ⁊ palma ⁊ maluz ⁊ omīa ligna agri aruerūt:qꝛ ꝯfusuz est gaudiū a filijs hoīm. Accīgite vos ⁊ plāgite sacerdotes:vlulate ministri altaris Ingredimini:cubate in sacco ministri dei mei:qm̄ interijt de domo dei vestri sacrificiū ⁊ libatio. Sanctificate ieiuniuz vocate cetū:ꝯgregate senes omēs habitatores terre in domū dei vr̄i:⁊ clamate ad dñm. A.a.a. diei:qꝛ ꝓpe est dies dñi ⁊ q̄si vastitas a potēte veniet. Nūquid nō corā oculis vr̄is alimēta perierūt:de domo dei vestri leticia ⁊ exultatio? Computruerūt iumēta in stercore suo. Demolita sunt horrea:dissipate sunt apothece: qm̄ ꝯfusum est triticuz. Quid ingemuit animal:mugierunt greges armenti? Quia nō est pascua eis. Sed ⁊ greges pecoꝝ disperierūt. Ad te dñe clamabo:qꝛ ignis comedit speciosa d̄serti:⁊ flamma succendit omīa ligna regionis. Sed et bestie agri quasi area sitiens imbrem:suspexerūt ad te: qm̄ exiccati sunt fontes aq̄ꝝ:⁊ ignis deuorauit speciosa deserti.

Canite tuba in sion:vlulate in mōte scō meo. Conturbent oēs hītatores terre qꝛ venit dies domini:qꝛ ꝓpe est dies tenebraꝝ ⁊ caliginis:dies nubis et turbinis. Quasi mane expansum sup mōtes: ꝓpl's multus ⁊ fortis. Similis ei nō fuit a principio ⁊ post eū non erit vsq; in annos generationis ⁊ generatiōis. Ante faciē ei⁹ ignis vorās: ⁊ post eū exurens flamma.

Quasi hortus voluptatis terra corã eo
⁊ post eũ solitudo deserti: neq; est qui ef-
fugiat eũ. Quasi aspectus eq̃r aspectus
eor: ⁊ q̃si equites sic currẽt. Sicut soni
tus q̃drigar sup capita montiũ exilient
sicut sonitus flãme ignis deuorãtis sti-
pulã: velut ppl's fortis p̃parat' ad p̃liu;
A facie ei' cruciabunt̃ ppl'i: oẽs vultus
redigẽt̃ in ollã. Sicut fortes currẽt: q̃si
viri bellatores ascendẽt muru;. Viri in
vijs suis gradient̃: ⁊ nõ declinabũt a se-
mitis suis. Unusquisq; frẽm suũ nõ co
artabit: singuli in calle suo ambulabũt.
Sed ⁊ p fenestras cadẽt: ⁊ nõ demolien
tur. Urbem ingredient̃: in muro currẽt
Domos conscendẽt: p fenestras intra-
bunt q̃si fur. A facie eius cõtremuit ter
ra: moti sunt celi. Sol et luna obtene-
brati sunt: ⁊ stelle retraxerũt splendorez
suũ. Et dñs dedit vocẽ suã ante faciem
exercit' sui: q; multa sunt nimis castra
eius: q; fortia ⁊ facientia v̄bũ eius. Ma
gnus enim dies dñi: ⁊ terribilis valde.
Et quis sustinebit eũ? Nũc g̃ dicit dñs
Cõuertimini ad me in toto corde vr̃o.
in ieiunio ⁊ fletu ⁊ in planctu: ⁊ scindite
corda vr̃a ⁊ non vestimẽta vr̃a. Et ꝯuer
timini ad dñm deũ vr̃m: q; benignus ⁊
misericors est: patiẽs ⁊ multe misericor
die ⁊ p̃stabilis sup malicia. Quis scit si
cõuertat̃ ⁊ ig̃scat: ⁊ relinq̃t post se benedi
ctionẽ? Sacrificium ⁊ libamẽ dño deo
nr̃o. Canite tuba in sion: sanctificate ie-
iuniũ. vocate cetũ. ꝯgregate ppl'm. scĩfi-
cate ecclesiã. coadunate senes. congrega
te puulos ⁊ sugentes vbera. Egrediat̃
sponsus de cubili suo: ⁊ sponsa de thala-
mo suo. Inter vestibulũ ⁊ altare plora-
bunt sacerdotes ministri dñi ⁊ dicent:
Parce dñe parce ppl'o tuo ⁊ ne des here
ditatem tuam in opprobriũ. vt dominẽ
tur eis nationes. Quare dicũt in popu
lis vbi est deus eor? Zelatus est dñs ter
rã suã: ⁊ pepercit ppl'o suo. Et rñdit dñs
⁊ dixit ppl'o suo: Ecce ego mittaz vobis
frumentum ⁊ vinũ ⁊ oleum: ⁊ replebi-
mini in eis: ⁊ non dabo vos vltra oppro
brium in gentib;. Et eum qui ab aqui-
lone est procul faciam a vobis: ⁊ expellã
eum in terram inuiam ⁊ desertaz. Faciẽ
eius ꝯtra mare oriẽtale: ⁊ extremũ eius
vsq; ad mare nouissimũ. Et ascendet fe
tor eius: ⁊ ascẽdet putredo ei'. q; sup̃be
egit. Noli timere terra: exulta et letare:
qm̃ magnificauit dñs vt faceret. Noli-
te timere aĩalia regionis: q; germinaue
rũt speciosa deserti: quia lignum attulit
fructũ suum: ficus ⁊ vinea dederũt vir
tutez suã. Et filie sion exultate ⁊ letami
ni in dño deo vr̃o: q; dedit vob̃ doctorez
iusticie: ⁊ descendere faciet ad vos imbrẽ
matutinũ ⁊ serotinũ sicut in principio
Et implebunt̃ aree frumẽto: ⁊ redũda-
bunt torcularia vino ⁊ oleo. Et reddaz
vobis annos q̃s comedit locusta bruch'
⁊ rubigo ⁊ eruca: fortitudo mea magna
quam misi in vos. Et comedetis vescẽ-
tes ⁊ saturabimini: ⁊ laudabitis nomẽ
dñi dei vr̃i qui fecit mirabilia vobiscuz
Et non confundet̃ ppl's meus in sempi
ternũ: ⁊ scietis q; in medio isrl' ego sum
Et ego dñs deus vester: ⁊ non est ampli
us: ⁊ non ꝯfundet̃ populus meus in et'-
num. Et erit: post hec effundam spiritũ
meũ sup oẽm carnem: ⁊ pphetabunt fi-
lij vestri ⁊ filie vr̃e. Senes vr̃i somnia
somniabũt: et iuuenes vr̃i visiones vi-
debũt. Sed ⁊ sup seruos meos ⁊ ancil-
las in dieb; illis effundã spiritũ meũ. et
dabo pdigia in celo: ⁊ in terra sanguinez
⁊ ignem ⁊ vaporẽ fumi. Sol ꝯuertẽtur
in tenebras: ⁊ luna in sanguinẽ: anteq̃z
veniat dies dñi magnus ⁊ horribilis. Et
erit: oĩs q̃ inuocauerit nomẽ dñi salu'
erit: q; in mõte sion ⁊ in hierl'm erit sal
uatio sicut dixit dñs: ⁊ in residuis quos
dominus vocauerit.

III

Q Uia ecce in dieb; illis ⁊ in tem
pore illo cum conũtero captiui
tatem iuda ⁊ hierl'm: ꝯgregabo
omẽs gẽtes: ⁊ deducã eas in vallez iosa
phat ⁊ disceptabo cũ eis ibi sup populo
meo ⁊ hereditate mea isrl' q̃s dispserũt
in nationib;: ⁊ terrã meã diuiserũt: ⁊ su
per ppl'm meũ miserũt sortẽ. Et posue-
rũt puer in pstibulo: ⁊ puellã vẽdidert

pro vino vt biberēt. Verū quid mihi ⁊ vobis tyrus ⁊ sidon ⁊ oīs termin⁹ palestinoꝝ? Nūquid vltionē vos reddētis mihi? Et si vlciscimini vos ꝯ me: cito velociter reddā vicissitudinem vob̄ sup̄ caput vr̄m. Argentū. n. meū ⁊ aurū tulistꝭ ⁊ desiderabilia mea ⁊ pulcerrima intulistis in delubra vr̄a. Et filios iuda ⁊ filios hierl̄m vendidistis filijs grecorū: vt lōge faceretis eos de finib⁹ suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in q̄ vendidistis eos: ⁊ ꝯuertaꝫ retributionē vr̄am in caput vr̄m. Et vendā filios vr̄os et filias vr̄as in manib⁹ filioꝝ iuda: ⁊ venundabūt eos sabeis genti longinque: qꝛ dn̄s locutus est. Clamate hec in gētib⁹ scīficate bellū: suscitate robustos. Ascendāt accedant: oēs viri bellatores. Concidite aratra vr̄a in gladios: ⁊ ligones vr̄os in lanceas. Infirmus dicat: qꝛ ego fortis suꝫ. Erumpite ⁊ venite oēs gētes de circūitu: ⁊ ꝯgregamī. Ibi occūbere faciet dn̄s robustos tuos. Cōsurgāt ⁊ ascendant gentes in vallē iosaphat: qꝛ ibi sedebo vt iudicē omēs gentes in circūitu. Mittite falces qm̄ maturauit messis. Venite ⁊ descendite: qꝛ plenū est torcular. Exuberāt torcularia: qꝛ multiplicata est malicia eoꝝ. Populi ꝓpl̄i in valle concisionis: qꝛ iuxta est dies dn̄i in valle concisionis. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt: ⁊ stelle retraxerūt splēdorē suum. Et dn̄s d̄ sion rugiet ⁊ de hierl̄m dabit vocem suam. Et mouebunt̄ celi ⁊ terra ⁊ dn̄s spes ꝓpl̄i sui: ⁊ fortitudo filioꝝ isrl̄. Et scietis qꝛ ego dn̄s deus vester: habitās in sion in mōte scō meo. Et erit hierusalē sancta: ⁊ alieni non trāsibunt per eam amplius. Et erit: in die illa stillabunt mōtes dulcedinē ⁊ colles fluēt lacte. Et per omnes riuos iuda ibunt aq̄ ⁊ fōs de domo domini egredietꝫ: ⁊ irrigabit torrentem spinarū. Egyptus in desolatione erit ⁊ idumea in desertum p̄ditionis: ꝓ eo q̄ iniq̄ egerint in filios iuda: ⁊ effuderit sanguinē innocētē in terra sua. Et iudea ī et̄nū h̄itabit̄ ⁊ hierl̄m in gn̄ationē ⁊ gn̄atiōeꝫ. Et mūdabo sanguinem eorum quos non mūdauerā ⁊ dominus cōmorabitur in sion.

Explicit Iohel ꝓpheta. Incipit prologus in Amos ꝓpheram.

Ozias rex cum religionem sollicite emularetur: nimio religionis amore prouocatus: circa preceptum legis moysi arrepto thuribulo vt in historia libri secundi paralipomenon ostenditur: sacerdotale officiuꝫ presumere conat⁹ ē. Ob eam rem terremotum in templo dei exortum constat: cuius etiam çacharias propheta meminit. Ante hunc itaq̄ tremotū amos ꝓpheta tp̄ib⁹ p̄dicti regꝭ et tp̄ib⁹ hieroboā filij ioas regꝭ isrl̄: ī eas gētes que electiōe cōprehense sunt irā dei ob eas causas q̄s memorauit affuturā denūciat. Et qꝛ idem ꝓpheta in sequētibus ait: Sup̄ trib⁹ impietatib⁹ ⁊ super q̄ttuor nō ꝯuertam eum: tertio peccatorū indulgētiam deum dare posse significat: quē q̄rto eadem peccata admittentibus: nec pn̄iam nec indulgentiā datur̄ annūciat. Nā per ignis similitudinem: quem in p̄dictas gentes immittendū predixit: grauē atq̄ irreuocabilez dei irā ad euersionem earundem ciuitatum ꝓcessuram voluit demonstrare.

Item alius prologus. ī cōmē.

Amos propheta pastor et rusticus ⁊ ruborum mora distringēs. paucis verbis explicari nō potest. Quis enim digne exprimat tria ⁊ q̄ttuor scelera damasci. gaçe. tyri. idumee filiorum ammon: et moab: et septimo octauoq̄ gradu iude et israel? Hic loquitur ad vaccas pingues que sunt in monte samarie et ruituram domum maioreꝫ minoremq̄ testatur. Ipse cernit victorem locuste: et stantez dominū super murum litum vel adamantium ⁊ vncinum pomorum attrahentez. supplicia peccatoribus ⁊ famez in terra. nō

famem panis: neq; sitim aque. sed audi
diendi verbum dñi: non dixit verba sed
verbum. Amos vero interp̄tatur onu-
stus. Hic amos speciali gratia plenus.
ꝓphetauit inter ceteros ꝓphetas. Nō eī
solus ipse erat ꝓphetes. sed etiā alij. Et
quippe non poterat ꝓphetes esse. nisi pa
stor ante fuisset. Qui etiā tuba sua clan
git per singulos dies erudiens ⁊ docēs
in ecclesia. In veritate enī vox oīm ꝓphe
tar̄ tanq̄ tuba spūalis est predicans in
ecclesia. ꝟm q̄ scriptū est: Ascēde in mō-
tem excelsum tu qui euāgeliças sion: ex
alta vocem tuam qui predicas hierl'm.

Item alius prologus.

Hic amos ꝓpheta ⁊ pastor. nō
fuit pater esaie ꝓphete. quā-
q̄ ⁊ ille ꝓpheta extiterit. Naz
alijs litteris ille. alijs iste a-
pud hebreos scribit̄ q̄ differētia litterar̄
apud latinos nō habetur: ⁊ ille fortis vl'
robustus: hic vero auulsus interp̄tat̄. qr
loquit̄ ꝯtra decem trib. q̄ ꝑ idolatriā a
cultu dei ⁊ a regno dauid erant auulse.
Fuit autez cognatio eius ex oppido the-
cue quod sex miliarib. distat a bethleez
curam gerēs pecor̄ in latitudine campo
rū qui sunt ꝓximi oppido thecue in qui
bus humi arido atq; arenoso nihil om
nino frugū gignit̄. sed vberrimis pascu
is abundāt. ⁊ ideo cūcta sunt plena pa-
storib.: ⁊ sterilitas terre cōpensat̄ pecor̄
multitudine. Ex hoc numero pastor̄ fu
it amos impitus ꝟmone: sed plenus sci
entia. Prophetauit autem eisdez tp̄ib.
quibus iohel. naum. ionas. osee. esaias.
Sz aliq̄ntulū exorsus ē ꝓphetare añq̄
esaias. Maxīe autē ꝯ decē trib. locut' ē
pauca de duab. interserēs. Hunc abla-
tum de numero pastoruz misit domin'
vt in samaria prophetaret. quem amasi
as sacerdos frequenter plagis afflixit.
tandem filius eius oçias vecte per tem
pora transfixit. Post hec semiuiuus in
terrā suā euect' p' aliqd̄ dies dolore vul
ner' expirauit: sepultusq; ē cū p̄tib. suis

Explicit ꝓlogus. Incipit
Amos ꝓpheta. Capl'm I

Verba Amos
qui fuit in pastoralib. the
cue: que vidit super israel
in diebus oçie regis iuda
et in diebus hieroboam filij ioas regis
israel ante duos annos terremot'. Et
dixit: Dominus de sion rugiet ⁊ de hie
rusalem dabit vocem suam. Et luxerūt
speciosa pastorum: ⁊ exiccatus est vertex
carmeli. Hec dicit dominus super trib.
sceleribus damasci ⁊ super quattuor nō
conuertam eum. eo q̄ triturauerunt in
plaustris ferreis galaad. Et mittaz ignē
in domuz açahel: ⁊ deuorabit domos be-
nadab. Et conteram vectem damasci: ⁊
disperdam habitatorem de campo idoli
et tenentem sceptrum de domo volup-
tatis ⁊ trāsferetur populus syrie cyrenē
dicit domin'. Hec dicit dominus. Su
per tribus sceleribus gaçe ⁊ super quat
tuor non conuertam euz: eo q̄ transtu-
lerit captiuitatem perfectam vt conclu
deret eā ī idumea. Et mittā ignē in mu
rum gaçe: ⁊ deuorabit edes eius: ⁊ disp-
dam habitatorem de açoto ⁊ tenentem
sceptrum de ascalone: ⁊ conuertam ma
num meam super acharon: et peribunt
reliqui philistinorum dicit dominus.
Hec dicit dominus: Super tribus sce
leribus tyri ⁊ super quattuor non con-
uertam eum: eo q̄ concluserint captiui
tatem perfectam in idumea. ⁊ non sint
recordati federis fratrum. Et mittam
ignem in murum tyri ⁊ deuorabit edes
eius. Hec dicit dominus: Super trib.
sceleribus edom ⁊ super quattuor non
conuertam eum: eo q̄ persecutus sit in
gladio fratrem suum: ⁊ violauerit mi-
sericordiam eius: ⁊ tenuerit vltra furo-
rem suum: ⁊ indignationem suam ser-
uauerit vsq; in finem. Mittam ignem
in theman: ⁊ deuorabit edes bosre. Hec
dicit domin': Sup̄ trib. sceleribus filior̄
ammō ⁊ sup̄ q̄ttuor nō ꝯuertā eū: eo q̄

disseeuerit pregnātes galaad ad dilatā/
dum terminū suū. Et sucendā ignez in
muro rabbath et deuorabit edes ei⁹: in
vlulatu ī die belli: ⁊ in turbīe in die cō/
motiōis. Et ibit melchon ī captiuitatez
ipe et p̄ncipes ei⁹ simul. dicit dn̄s. II

Hec dicit dn̄s: Sup̄ trib⁹ scele/
rib⁹ moab ⁊ sup̄ q̄ttuor nō con/
uertā eū: eo q̄ incēderit ossa re/
gis idumee vsq̄ ad cinerez. Et mittam
ignē in moab: ⁊ deuorabit edes carioth
⁊ morieť ī sonitu moab in clāgore tube:
⁊ disp̄dā iudicē de medio ei⁹: ⁊ oēs p̄nci
pes ei⁹ interficiā cū eo dicit dn̄s. Hec di
cit dn̄s: Sup̄ trib⁹ sceleribꝫ iuda ⁊ sup̄
q̄ttuor nō ꝯuertā eū: eo q̄ abiecerit legē
dn̄i: ⁊ mādata eius nō custodierit. De/
ceperūt enī eos idola sua: post q̄ abierāt
p̄res eoꝝ. Et mittā ignē in iudā ⁊ deuo
rabit edes hierl'm. Hec dicit dn̄s: Su
per trib⁹ sceleribꝫ isrl' ⁊ sup̄ q̄ttuor nō cō
uertā eum: ꝓ eo q̄ vendiderit ꝓ argēto
iustū ⁊ paupem ꝓ calciamētis. Qui cō/
terūt sup̄ puluerē terre capita pauperū
⁊ viam humiliū declinant. Et filius ac
pater eius ierūt ad puellā vt violarent
nomen scm̄ meū: ⁊ sup̄ vestimentis pi/
gneratis accubuerūt iuxta oē altare: et
vinū dānatoꝝ bibebāt in domo dei sui.
Ego aūt extrminaui āmorreū a facie eoꝝ
cui⁹ altitudo. cedroꝝ altitudo ei⁹: ⁊ fortꝫ
ipe q̄si quercus. Et ꝯtriui fructū ei⁹ d̄su
per: ⁊ radices eius subter. Ego sum qui
ascendere vos feci de terra egypti: ⁊ edu
xi vos in desertū quadraginta annis. vt
possideretis terrā ammorrei: ⁊ suscitaui
de filijs vestris in ꝓphetas: ⁊ de iuuenib⁹
vr̄is naçareos. Nunquid nō ita est filij
israel dicit dn̄s: Et ꝓpinabatis naçare/
is vinū ⁊ ꝓphetis mādabatis dicentes:
ne ꝓphetetis. Ecce ego stridebo subť vos
sic̄ stridet plaustruz onustū feno. Et pe
ribit fuga a veloce: ⁊ fortis non obtine/
bit virtutē suā: ⁊ robustus nō saluabit
aīam suā. Et tenens arcū non stabit: et
velox pedib⁹ suis non saluabiť: ⁊ ascēsor
equi non saluabit animam suam: ⁊ ro/
bustus corde inter fortes nudus fugiet
in illa die dicit dominus. III

Audite verbum q̄d locutus est
dn̄s sup̄ vos filij israel: sup̄ om/
nem cognationē quaz eduxi de
terra egypti dicēs: Tantūmodo vos co
gnoui ex omīb⁹ cognationib⁹ terre. Id/
circo visitabo sup̄ vos omēs iniquitates
vr̄as. Nūquid ambulabūt duo pariter
nisi ꝯuenerit eis? Nunquid rugiet leo
in saltu: nisi habuerit p̄dam? dabit catu
lus leonis vocē de cubili suo: nisi aliq̄d
apprehenderit? Nūquid cadet auis in la
queū terre absq̄ aucupe? Nūquid ause/
reť laqueus de terra: anteq̄ quid ceperit
Si clanget tuba in ciuitate ⁊ ꝓpl's non
expauescet? Si erit malum in ciuitate:
q̄d dn̄s nō fecerit? Quia nō faciet dn̄s
deus verbū: nisi reuelauerit secretū suū
ad seruos suos ꝓphetas. Leo rugiet: q̄s
nō timebit? Dn̄s de⁹ locutus est q̄s nō
ꝓphetabit? Auditū facite in edib⁹ açoti:
⁊ in edib⁹ terre egypti: ⁊ dicite. Congre/
gamini sup̄ mōtes samarie: ⁊ videte in/
sanias multas in medio ei⁹: ⁊ calūniam
patiētes in penetralib⁹ eius. Et nescie/
rūt facere rectū dicit dn̄s: thesauriçātes
iniquitatē ⁊ rapinas in edib⁹ suis. Pro
pterea hec dicit dn̄s de⁹. Tribulabiť et
circūietur terra: ⁊ detrahet ex te fortitu/
do tua: ⁊ diripienť edes tue. Hec dicit
dn̄s: Quō si eruat pastor de ore leonis
duo crura aut extremū auricule: sic eru
enť filij isrl' qui hītant in samaria ī pla
ga lectuli ⁊ in damasci grabato. Audite
⁊ cōtestamini in domo iacob. dicit dn̄s
deus exercituū: q̄r in die cū visitare cepe
ro p̄uaricationes isrl': sup̄ eū visitabo: et
super altaria bethel: ⁊ amputabunť cor/
nua altaris ⁊ cadēt in terrā. Et p̄cutiaz
domū hyemalē cū domo estiua: ⁊ p̄ibūt
domus eburnee: ⁊ dissipabuntur edes
multe. dicit dominus. IIII

Audite vbuz h̄ vacce pingues q̄
estis in mōte samarie q̄ calūniā
facitis egenis: ⁊ ꝯfringitis pau
peres. Que dicitis dn̄is vr̄is: afferte et
bibemus. Jurauit dn̄s de⁹ in sancto suo
q̄r ecce dies venient super vos: ⁊ leuabūt

vos in contis: ⁊ reliquias vr̄as in ollis
feruentib⁹. Et ꝑaperturas exibitis alte/
ra ꝯtra alterā: ⁊ ꝓijciemini in armon di
cit dn̄s. Venite ad bethel ⁊ impie agite:
ad galgalā: ⁊ multiplicate p̄uaricationē
Et offerte mane victimas vr̄as: tribus
dieb⁹ decimas vr̄as. Et sacrificate de fer
mētato laudē: ⁊ vocate volūtarias obla
tiones ⁊ annūciate. Sic enī voluistis fi
lij isrl̄ dicit dn̄s de⁹. Vn̄ ⁊ ego dedi vob̄
stuporē dentiū ī cūctis vrbib⁹ vr̄is. ⁊ in
digentiā panū in oīb⁹ locis vr̄is: ⁊ non
estis reuersi ad me dicit dn̄s. Ego q̄z ꝓ/
hibui a vobis imbrē cū adhuc tres mē/
ses superessent vsq̄ ad messez: ⁊ plui su/
per vnā ciuitatē: ⁊ sup̄ alterā ciuitatem
non plui. Pars vna cōpluta est: ⁊ pars
sup̄ quam non plui aruit. Et venerunt
due ⁊ tres ciuitates ad vnā ciuitatez vt
biberēt aquā: ⁊ non sunt satiate: ⁊ nō re/
distis ad me dicit dn̄s. Percussi vos in
vento vrente: ⁊ in aurudine multitudi/
nē hortoꝝ vestroꝝ ⁊ vineaꝝ vr̄aꝝ. oliueta
vr̄a: ⁊ ficeta vr̄a comedit erūca: ⁊ non re
distis ad me dicit dn̄s. Misi ī vos mor/
tem in via egypti: ꝑcussi in gladio iuue
nes vr̄os vsq̄ ad captiuitatē equoꝝ vr̄o
rū ⁊ ascendere feci putredinē castroruz
vr̄oꝝ in nares vr̄as: ⁊ nō redistis ad me
dicit dn̄s. Subuerti vos sicut subuer/
tit dn̄s sodomā ⁊ gomorrā. et facti estꝫ
q̄si torris raptus ab incēdio. ⁊ nō redistꝫ
ad me dicit dn̄s. Quapropter hec faciā
tibi isrl̄. Postq̄z aūt hec fecero tibi: p̄pa
re in occursuz dei tui isrl̄. Quia ecce for
mās mōtes ⁊ creans ventū ⁊ annūciās
homini eloquiū suū: faciens matutinaz
nebulam ⁊ gradiens sup̄ excelsa terre:
dn̄s deus exercituū nomen eius. V

Audite verbum istud: q̄d ego le
uo sup̄ vos planctuz. Domus
isrl̄ cecidit: ⁊ nō adijciet vt resur
gat. Virgo isrl̄ ꝓiecta est in terrā suam
non est qui suscitet eaz. Quia hec dicit
dn̄s deus: Vrbs de q̄ egrediebant̄ mil/
le: relinquent̄ in ea centū: ⁊ de q̄ egrēdie
bant̄ centū relinquent̄ in ea decē in do/
mo isrl̄: q̄z h̄ dicit dn̄s de⁹ domui israel:

Querite me ⁊ viuetis: ⁊ nolite quere/
re bethel. In galgalam nolite intrare: ⁊
in bersabee nō transibitis: q̄z galgala ca/
ptiua ducet̄ ⁊ bethel erit inutilis. Que/
rite dn̄m et viuite. ne forte cōburat̄ vt
ignis domus ioseph: ⁊ deuorabit ⁊ non
erit qui extinguat bethel. Qui ꝯuertitis
in absinthiū iudiciū: ⁊ iusticiā ī terra re/
linquitis: faciētem arcturuz ⁊ orionem
⁊ ꝯuertentē in mane tenebras: ⁊ diez in
noctē mutantē. Qui vocat aq̄s maris ⁊
effundit eas sup̄ faciē terre: dn̄s nomē
est eius. Qui subridet vastitatē sup̄ ro/
rubustū: ⁊ depopulationē sup̄ potentez
affert. Odio habuerūt corripiētem in
porta: ⁊ loquentē ꝑfecte abominati sunt
Idcirco ꝓ eo q̄ diripiebatis paupem ⁊
predā electā tollebatis: ab eo: domos q̄
dro lapide edificabitis: ⁊ nō habitabitꝫ
in eis. Vineas plātabitis amātissimas
⁊ non bibetis vinum earum: quia co/
gnoui multa scelera vestra: ⁊ fortia pec
cata vestra. Hostes iusti accipiētes mu
unus: et paupes deprimentes in porta
Ideo prudens in tp̄e illo tacebit: q̄z tp̄s
malū est. Querite bonū ⁊ non malū vt
viuatis: ⁊ erit dn̄s deus exercituū vobi/
scū sicut dixistis. Odite malū ⁊ diligite
bonū: ⁊ ꝯstituite in porta iudiciū: si forte
misereat̄ dn̄s de⁹ exercituū reliquijs io
seph. Propterea hec dicit dn̄s deus ex/
ercituū dn̄ator. In oīb⁹ plateis planct⁹
⁊ in cūctis q̄ foris sunt dicet̄ ve ve. Et
vocabūt agricolā ad luctū: ⁊ ad plāctuz
eos q̄ sciūt plāgere. Et in oīb⁹ vijs erit
plāctus: q̄z ꝑtransibo in medio tui dicit
dn̄s. Ve desiderantib⁹ diē dn̄i. Ad quid
eā vob̄? Dies dn̄i ista tenebre ⁊ nō lux.
Quō si fugiat vir a facie leonis ⁊ occur
rat ei vrsus: ⁊ ingrediat̄ domū ⁊ innitat̄
mānu sua sup̄ parietē: ⁊ mordeat eū colu
ber. Nūquid nō tenebre dies dn̄i: ⁊ non
lux ⁊ caligo ⁊ nō splēdor in ea? Odi ⁊ ꝓ/
ieci festiuitates vr̄as: ⁊ nō capiā odorez
cetuū vr̄oꝝ. Q̄z si obtuleritis mihi holo
caustomata ⁊ munera vestra. non susci/
piam: ⁊ vota pinguiū vestroꝝ non respi
ciā. Aufer a me tumultū carminū tuo/

rũ ⁊ cãtica lyre tue nõ audiã. Et reuela-
bit̃ q̃si aqua iudiciũ: ⁊ iusticia q̃si torrẽs
fortis. Nũquid hostias ⁊ sacrificiũ obtu
listis mihi in deſto q̃draginta annis do
mus isrl̃: Et portastis tabnaculuz mo-
loch deo vr̃o ⁊ imaginẽ idoloꝝ vr̃oꝝ. si-
dus dei vr̃i rẽpha: figuras q̃s fecist̃ vob
adorare eas. Et migrare vos faciã trãs
damascũ dixit dñs: deꝰ exercituũ nomẽ

VI

Ve vob qui opulẽti est̃ (eiꝰ
in siõ ⁊ ꝯfiditis ĩ mõte samarie:
optimates capita ꝓplꝰoꝝ: ingre
diẽtes popatice domũ isrl̃. Trãsite in ca
lãne ⁊ videte: ⁊ ite inde ĩ emath magnã
⁊ descẽdite in geth palestinoꝝ ⁊ ad opti-
ma q̃z regna hoꝝ: si latior terminus eoꝝ
termino vr̃o est. Qui sepati estis in diẽ
malũ: ⁊ appropinq̃tis solio iniquitatis.
Qui dormitis in lectis eburneis: ⁊ lasci
uitis in stratis vestris. Qui comeditis
agnũ de grege: ⁊ vitulos de medio armẽ
ti: qui canitis ad vocẽ psalterij. Sicut
dauid putauerũt se hr̃e vasa cantici: bi
bentes vinũ in phalis: ⁊ optimo vnguẽ
to delibuti: ⁊ nihil patiebant̃ sup cõtri-
tione ioseph. Quapropter nũc migbũt
in capite trãsmigrãtiuz: ⁊ auferet̃ factio
lasciuiẽtiũ. Jurauit dñs deꝰ in aĩa sua:
dicit dñs deꝰ exercituũ. Detestor ego su
pbiã iacob: ⁊ domos eiꝰ odi: ⁊ tradã ciui
tatẽ cũ hĩtatoribꝫ suis. Q̃ si reliq̃ fuerit
decẽ viri in domo vna: et ipsi morient̃.
Et tollet eũ ꝓpinquus suus ⁊ cõburet
eũ vt efferat ossa de domo ⁊ dicet ei q̃ in
penetralibꝫ domus est: Nũquid adhuc ẽ
penes te: Et rñdebit. Finis est. Et dicet
ei. Tace: ⁊ nõ recorder̃ noĩs dñi. Quia
ecce dñs mãdauit: ⁊ pcutiet domuz ma-
iorẽ ruinis: ⁊ domũ minorẽ scissionibus
Nunquid currere queũt in petris equi
aut arari põt in bubalis: Qm̃ ꝯuertist̃
in amaritudinẽ iudiciũ: ⁊ fructuz iusti-
cie in absinthiũ qui letamini in nihili.
qui dicitis: Nũquid nõ in fortitudĩe no
stra assumpsimꝰ nob cornua: Ecce eniz
suscitabo sup vos domꝰ isrl̃. dicit dñs de
us exercituũ gẽtez: ⁊ conteret vos ab in
troitu emath vsq̃z ad torẽrtẽ deſti

VII

Hec ostendit mihi dñs deus. Et
ecce fictor locuste in principio
germinãtiũ serotini imbris: et
ecce serotinus post tõsionẽ regis. Et fa-
ctũ est cũ ꝯsumassz comedere herbã ter-
re. dixi: Dñe deus ꝓpitius esto obsecro.
Quis suscitabit iacob q̃z paruulus est:
Misertus est dñs sup h̃. Non erit dixit
dñs. Hec ostendit mihi dñs deus. Et
ecce vocabit iudiciũ ad ignem dñs deꝰ
⁊ deuorabit abyssum multã ⁊ comedet
simul ptẽ: Et dixi. Dñe deꝰ quiesce ob-
secro. Quis suscitabit iacob q̃z paruulus
est: Misertus est dñs sup hoc. Sed et
istud nõ erit dixit dñs deus. Hec oñdit
mihi dñs deus. Et ecce dñs stans sup
murũ litum ⁊ in manu eiꝰ trulla cemẽ-
tarij. Et dixit dñs ad me. Quid tu vi-
des amos: Et dixi: Trullã cementarij.
Et dixit dñs. Ecce ego ponã trullam in
medio ꝓpl̃i mei israel. Nõ adijciã vltra
supinducere eũ ⁊ demolient̃ excelsa ido
li: ⁊ sanctificationes isrl̃ desolabunt̃: et
consurgam sup domuz hieroboã in gla-
dio. Et misit amasias sacerdos bethel
ad hieroboã regem israel. dicens: Rebel
lauit cõtra te amos in medio domꝰ isrl̃.
Nõ poterit terra sustinere vniuersos ſ-
mones eiꝰ. Hec enĩ dicit amos. In gla
dio morient̃ hieroboam: ⁊ israel captiuꝰ
migrabit de terra sua. Et dixit amasias
ad amos: Qui vides. gradere: fuge in
terram iuda: ⁊ comede ibi panem ⁊ pro
phetabis ibi ⁊ in bethel non adijcies vl-
tra vt ꝓphetes: q̃z sanctificatio regis est
⁊ domus regni est. Responditq̃z amos:
⁊ dixit ad amasiam. Non suz propheta:
⁊ non suz filius prophete: sed armẽtariꝰ
ego sum vellicans sycomoros. Et tulit
me dominus deus cum sequerer gregẽ
et dixit dominus ad me. Vade prophe-
ta ad populum meum israel: Et nũc au
di verbum domini. Tu dicis non pro-
phetabis super israel et nõ stillabis sup
domũ idoli. Propter h̃ hec dic̃ dominꝰ
Vxor tua in ciuitate fornicabitur: ⁊ filij
tui ⁊ filie tue in gladio cadent: ⁊ humꝰ
tua funiculo metiet̃. Et tu in terra pol-

luta morieris: ⁊ israel captiuus migrabit de terra sua.

VIII

Hec ondit mihi dñs deus. Et ecce vncinus pomoruz. Et dixit. Quid tu vides amos? Et dixi. Vncinum pomoꝝ. Et dixit dñs ad me. Venit finis sup populũ meũ israel. Nõ adijciã vltra vt pertrãseam eum. Et stridebũt cardines tẽpli in die illa dicit dominus deꝰ. Multi morienť. in omni loco ꝓijcieť silentiũ. Audite hꝰ qui ꝯteritꝫ pauperem: ⁊ deficere facitis egenos terre dicẽtes. Quãdo trãsibit messis ⁊ venundabimꝰ merces: ⁊ sabbatũ ⁊ aperiemus frumẽtum: vt imminuamꝰ mensurã ⁊ augeamus siclũ: ⁊ supponamꝰ stateras dolosas vt possideamꝰ in argento egenos: ⁊ pauperes pro calciamentis: ⁊ quisquilias frumenti vendamus? Jurauit dñs in supbiã iacob: si oblitꝰ fuero vsq̃ ad finẽ oĩa opa eoꝝ. Nũquid super isto non cõmouebiť terra: ⁊ lugebit oĩs hĩtator eius? Et ascẽdet q̃si fluuius vniuersus ⁊ eijcieť ⁊ defluet q̃si riuꝰ egypti. Et erit in die illa dicit dñs: occidet sol meridie ⁊ tenebrescere faciã terraz in die luminis. Et conuertam festiuitates vr̃as in luctũ: ⁊ oĩa cãtica vr̃a in plãctũ Et inducã sup oẽ dorsum vr̃m saccũ: ⁊ sup omne caput caluitiũ. Et ponã eam q̃si luctũ vnigeniti: ⁊ nouissima eiꝰ quasi diem amarũ? Et ecce dies veniũt dic̃ dñs ⁊ emittã famẽ in terrã: nõ famẽ panis neq̃ sitim aque: sed audiendi v̄buz dñi. Et cõmouebunť a mari vsq̃ ad mare: ⁊ ab aquilone vsq̃ ad orientez circũibunt querẽtes verbũ dñi ⁊ nõ inueniẽt In die illa deficiẽt v̄gines pulcre ⁊ adolescentes in siti: qui iurant in delicto samarie ⁊ dicũt. Viuit deꝰ tuus dan: ⁊ viuit via bersabee. Et cadẽt ⁊ nõ resurgẽt

IX

Vidi dñm stantẽ (vltra: super altare. Et dixit. Percute cardinẽ ⁊ cõmoueanť suplimina. Auaricia enim in capite oĩm ⁊ nouissimũ eoꝝ ĩ gladio interficiã. Nõ erit fuga eis: ⁊ qui fugerit ex eis: nõ saluabitur. Si descenderint vsq̃ ad infernum inde manus mea educet eos: ⁊ si ascenderint vsq̃ in celũ inde detrahã eos. Et si absconditi fuerint in vertice carmeli. inde scrutans auferam eos ⁊ si celauerint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mãdabo serpenti ⁊ mordebit eos Et si abierint in captiuitatẽ corã inimicis suis. ibi mandabo gladio ⁊ occidet eos. Et ponã oculos meos sup eos ĩ malũ ⁊ nõ in bonũ. Et dñs deus exercituuz qui tangit terram ⁊ tabescit: et lugebũt omẽs habitantes in ea. Et ascendet sic̃ riuus omĩs: ⁊ defluet sicut fluuius egypti. Qui edificat in celo ascensionẽ suaz ⁊ fasciculũ suũ sup terrã fũdauit. Qui vocat aq̃s maris: ⁊ effundit eas sup faciem terre. Dñs nomen eius. Nunquid non vt filij ethiopum vos estis mihi filij israel ait dominus? Nunquid nõ isrl̃ ascendere feci de terra egypti: ⁊ palestinos de cappadocia: et syrios de cyrene? Ecce oculi domini dei sup regnũ peccãs ⁊ conteraz illud a facie terre. Cleruntñ conterẽs nõ ꝯterã domũ iacob dicit dominus. Ecce enĩ mãdabo ego: ⁊ cõcutiã in oĩbꝫ gentibꝫ domũ isrl̃ sicut concutiť triticũ in cribro: ⁊ nõ cadet lapillus sup terrã. In gladio moriẽť oẽs peccatores ꝓpl̃i mei: qui dicũt. non appropinq̃bit ⁊ nõ veniet sup nos malũ. In die illa suscitabo tabnaculũ dauid q̃d cecidit ⁊ reedificabo apturas muroꝝ eius: ⁊ ea q̃ corruerãt instaurabo. Et reedificabo eũ sic̃ in diebꝫ antiquis: vt possideãt reliquias idumee ⁊ oẽs nationes. eo ꝙ inuocatũ sit nomẽ meũ sup eos dicit dñs faciens hꝰ. Ecce dies veniẽt dic̃ dñs ⁊ cõprehẽdet arator messorem: et calcator vue mittẽtez semẽ. Et stillabũt mõtes dulcedinẽ: ⁊ oẽs colles culti erť. Et ꝯuertaz captiuitatẽ ꝓpl̃i mei isrl̃: ⁊ edificabũt ciuitates desertas: ⁊ inhĩtabũt: ⁊ plãtabũt vineas: ⁊ bibent vinum earuz: ⁊ facient hortos ⁊ comedent fructus eoꝝ. Et plãtabo eos sup humũ suam: ⁊ nõ euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis: dicit dominus deus tuus.

Explicit Amos propheta.

Incipit ꝓlogus in Abdiam ꝓphetam.

Iacob patriarcha habuit fratrem esau·qui ob rubo rem corporis sui·edom he brea lingua appellatus est qđ latine sanguine⁹ dicit̄ Is memoratum fratrem suum·qui is rael nomen acceperat graui odio com motus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum israel id est filios patriarche iacob predicti esau odi um imitati persecuti sunt·esau ⁊ edom appellati sunt. Et quia populus israel de captiuitate chaldeorum ꝑ cyrū regē persarum nutu dei reuocatus in hieru salem ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est·ideo hoc regnum qđ more esau predictum populū ꝑsecutuꝫ est:per denunciationeꝫ abdie prophete increpatur:quod non dei indignatione sed sua virtute populum superatuꝫ glo riabat̄. De quo regno olim ꝑ dauid in ps̄ centesimo trigesimosexto dictuꝫ est: Memorare domine filioꝝ edom in die hierusalem. Nam reliqua lectione com prehēsa·futurū in gentes iudicium·ob causas lectione comprehensas:regnum q; dei in populo israel significat. Hebrei hunc dicunt esse·qui sub rege samarie achab:⁊ impijssima ieçabel pauit centū ꝓphetas in specubus·qui non curuaue runt genu ante baal:⁊ de septem milib⁹ erat quos helias arguit̄ ignorasse. Se pulcrum quoq; eius vsq; hodie cuꝫ mā seolo helisei ꝓphete:⁊ baptiste iohannis in sebaste venerationi habetur·que oliꝫ samaria dicebatur. Hāc herodes rex an tipatris filius in honore augusti cesaris greco nomīe vocauit augustā. Hic igit̄ qui centū ꝓphetas pauerat·accepit gra tiam ꝓphetaleꝫ ⁊ de duce exercitus fuit dux ecclesie. Tunc in samaria paruum gregem pauerat·nunc in toto orbe chri sti pascit ecclesias. Et sicut stephan us coronam meruit passionis·sic hic de ser uitutis dei cum paulo apostolo nomīe gloriatur·quia abdias·seruus domini in nostro sonat eloquio.

Explicit ꝓlogus Incipit argumentuꝫ.

Abdias qui interpretatur ser uus dñi ꝑsonat ꝯtra edom sanguineū terrenūq; fratreꝫ fratris quoq; iacob semper e mulum hasta percutit spiritali.

Explicit argumentum. Incipit Abdias ꝓpheta. Capitulum I

Visio Abdie

Interea vt audiuit demetrius quia cecidit nicanor ⁊ exercitus eius in prelio: apposuit bacchidem ⁊ alchimum rursum mittere in iudeam ⁊ dexterum cornu cum illis. Et abierunt viam que ducit in galgala: ⁊ castra posuerũt in masaloth que est in arbellis ⁊ occupauerũt: eam: ⁊ peremerũt aĩas hoĩm multas. In mẽse primo anni cẽtesimi ⁊ quinq̃gesimi ⁊ secũdi applicuerunt exercituꝫ ad hierusalem ⁊ surrexerũt ⁊ abierunt in berea viginti milia virorũ ⁊ duo milia equitũ. Et iudas posuerat castra in laisa: ⁊ tria milia viri electi cuꝫ eo. Et viderunt multitudinem exercitus qꝛ multi sunt ⁊ timuerunt valde: ⁊ multi subtraxerũt se de castris: ⁊ non remanserunt ex eis nisi octĩgenti viri. Et vidit iudas ꝙ defluxit exercitus suus ⁊ bellũ perurgebat eum: et confractus est corde quia non habebat tempus congregandi eos: ⁊ dissolutus est. Et dixit his qui residui erant: Surgamus ⁊ eam⁹ ad aduersarios nostros si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant euꝫ dicẽtes: Non poterim⁹: sed liberemus aĩas nostras modo ⁊ reuertamur ad frẽs nr̃os: ⁊ tunc pugnabim⁹ adu̇sus eos. Nos autẽ pauci sum⁹. Et ait iudas: Absit istam rem facere: vt fugiam⁹ ab eis. Et si appropiauit tp̃s nostrum moriam̃ in virtute propter fratres nostros: ⁊ non inferamus crimen glorie nostre. Et mouit exercitus de castris: ⁊ steterunt illis obuiaꝫ. Et diuisi sunt equites in duas partes: ⁊ fundibularij ⁊ sagittarij preibant exercitũ: ⁊ primi certaminis omẽs potentes. Bacchides aũt erat in dextro cornu ⁊ ꝓximauit legio ex duab⁹ partib⁹: ⁊ clamabant tub̃ Exclamauerunt autez ⁊ hi qui erant ex parte iude etiaꝫ ipsi. ⁊ cõmota est terra a voce exercituũ: ⁊ cõmissum est p̃lium a mane vsq; ad vesperaꝫ. Et vidit iudas quia firmior est pars exercitus bacchidis in dextris: ⁊ conuenerunt cum ipso omnes constantes corde: ⁊ contrita est dextra pars ab eis: ⁊ persecutus est eos vsq; ad montez açoti. Et qui in sinistro cornu erant viderunt ꝙ contritum est dextrum cornu: ⁊ secuti sunt post iudam ⁊ eos qui cum ipso erant a tergo. Et ingrauatum est prelium: ⁊ ceciderunt vulnerati mlti ex his ⁊ ex illis. Et iudas cecidit: ⁊ ceteri fugerunt. Et ionathas et simon tulerunt iudam fratrem suum: ⁊ sepelierunt eũ in sepulcro patrũ suoꝝ in ciuitate modin. Et fleuerunt eũ omnis populus israel planctu magno: ⁊ lugebant dies multos: ⁊ dixerũt. Quõ cecidit potens qui saluum faciebat populum israel? Et cetera verba belloꝝ iude ⁊ virtutuꝫ quas fecit ⁊ magnitudĩs eius nõ sunt descripta. Multa enĩ erant valde. Et factũ est post obitũ iude emerserũt iniqui in omĩb⁹ finib⁹ israel: ⁊ exorti sunt oẽs qui opabant̃ iniq̃tatẽ. In diebus illis facta est fames magna valde: ⁊ tradidit se bacchidi oĩs regio eoꝝ cuꝫ ipsis. Et elegit bacchides viros impios ⁊ constituit eos dños regionis: ⁊ exquirebant ⁊ ꝑscrutabant̃ amicos iude: ⁊ adducebant eos ad bacchidem: ⁊ vindicabat in illos ⁊ illudebat. Et facta est tribulatio magna in isrl̃: q̃lis nõ fuit ex die q̃ nõ est visus ꝓpheta in isrl̃. Et ꝯgregati sunt oẽs amici iude: ⁊ dixerũt ionathe Ex q̃ frater tu⁹ iudas defunct⁹ est: vir similis ei nõ est qui exeat ꝯ ĩimicos nr̃os bacchidẽ ⁊ eos q̃ inimici sunt gẽtis nr̃e: Nũc itaq; te hodie elegimus esse pro eo nobis in principẽ ⁊ ducẽ ad bellandum bellũ nr̃m. Et suscepit ionathas tp̃e illo p̃ncipatũ ⁊ surrexit loco iude fratris sui Et cognouit bacchides: ⁊ querebat euꝫ occidere. Et cognouit ionathas ⁊ simõ frater eius ⁊ oẽs qui cũ eo erant: ⁊ fugerunt in desertum thecue: ⁊ cõsederũt ad aquam lacus asphar. Et cog̃uit bacchides: ⁊ die sabbatoꝝ venit ipse ⁊ oĩs exercitus eius trans iordanez. Et ionathas misit fratrem suũ ducez ꝑpl̃i: ⁊ rogauit

nabutheos amicos suos vt commoda-
rent illis apparatum suum qui erat co-
piosus. Et exierunt filij iambri ex ma-
daba & comprehenderunt iohannem &
omnia que habebat: & abierunt haben-
tes ea. ¶ Post hec verba renunciatum
est ionathe & simoni fratri eius: quia fi-
lij iambri faciunt nuptias magnas & du
cunt sponsam ex madaba filiam vnius
de magnis principibꝫ chanaan cum am
bitione magna: Et recordati sunt san-
guinis iohannis fratris sui: & ascende-
runt & absconderunt se sub tegumento
montis. Et eleuauerunt oculos suos
& viderunt: & ecce tumultus & apparat⁹
multus: & sponsus processit & amici eius
& fratres eius obuiam illis cum tympa
nis & muficis & armis multis. Et surre
xerunt ad eos ex insidijs & occiderunt e-
os: & ceciderunt vulnerati multi: & resi-
dui fugerunt in montes. Et acceperunt
omia spolia eoꝝ: & conuerse sunt nuptie
in luctum: & vox muficorum ipsorum in
lamentum. Et vindicauerunt vindictā
sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad
ripaz iordanis. Et audiuit bacchides: &
venit die sabbatorum vsqz ad oram ior-
danis in virtute magna. Et dixit ad su
os ionathas: Surgam⁹ et pugnemus
contra inimicos nostros. Non est enim
hodie sicut heri & nudiustertius. Ecce ei
bellum ex aduerso: aqua vero iordanis
hinc & inde & ripe & paludes & saltus et
non est locus diuertendi. Nūc ergo cla
mate in celum: vt liberemini de manu
inimicorum vestrorum. Et commissuz
est bellum. Et extendit ionathas manū
suam percutere bacchidez & diuertit ab
eo retro. Et dissiliit ionathas: & qui cuz
eo eraut in iordanem: & transnatauerūt
ad eos iordanem. Et ceciderunt de par
te bacchidis die illa mille viri: & reuersi
sunt in hierusalem. Et edificauerunt
ciuitates munitas in iudea munitionē
que erat in hiericho: & in ammaum: & in
bethoron: & bethel & thamnatha & phara
& thopo muris excelsis et portis & seris.
Et posuit custodiam in eis: vt inimiciti
as exercerent in israel. Et muniuit ciui
tatem bethsuram & gazaram & arcē: & po
suit in eis auxilia & apparatū escarum:
accepit filios principū regionis obsides:
& posuit eos in arce in hierusalē in custo
diam. Et anno cētesimo quinqgesimo
tertio mēse secūdo ꝓcepit alchimus de
strui muros domus sancte interioris: &
destrui opa ꝓphetarū. Et cepit ꝺstruere
In tēpore illo percussus est alchimus &
impedita sunt opera illius: et occlusum
est os eius & dissolutus est paralysi. nec
vltra potuit loqui verbū & mandare de
domo sua. Et mortuus est alchimus in
tpe illo cum tormēto magno. Et vidit
bacchides qm̄ mortuus est alchimus:
& reuersus est ad regez: & siluit terra an
nis duobus. Et cogitauerūt oēs iniqui
dicentes: Ecce ionathas & qui cum eo
sunt in silētio hītant ꝓfidenter. Nūc er
go adducam⁹ bacchidē: & comprehēdet
eos oēs vna nocte. Et abierūt: & consi
lium ei dederūt. Et surrexit vt veniret
cū exercitu multo. Et misit occulte epi
stolas socijs suis qui erāt in iudea vt co
prehēderent ionathan: & eos qui cuz eo
erant: sed nō potuerūt: qz inuotuit eis
cōsiliuz eoꝝ. Et apprehendit de viris re
gionis qui principes erāt militie quinq
ginta viros: & occidit eos. Et secessit io
nathas & simon: et qui cum eo erant in
bethbessem que est in deserto: & extruxit
diruta eius & firmauerūt eaz. Et cogno
uit bacchides: & congregauit vniuersā
multitudinez suam: & his qui de iudea
erant denūciauit. Et venit & castra posu
it desuper bethbesse: et oppugnauit eam
dies multos: & fecit machinas. Et relin
quit ionathas simonē fratrez suū in ci
uitate: et exiuit in regionem: & venit cū
numero et percussit odaren et fratres eo
& filios phaseron in tabernaculis ipsoꝝ
& cepit cedere et crescere i virtutibꝫ. Si
mon vero et qui cuz ipō erant exierunt
de ciuitate et succenderunt machinas:
et pugnauerūt contra bacchidem: & con
tritus est ab eis. Et afflixerunt euz val
de: qm̄ consiliū eius et congressus eius

erat inanis. Et iratus ꝓtra viros iniqs qui ei consilium dederãt vt venirent in regionẽ ipsorum. multos ex eis occidit Ipse autẽ cogitauit cum reliquis abire in regionẽ suaz. Et cognouit ionathas & misit ad eum legatos cõponere pacem cum ipso & reddere ei captiuitatẽ. Et libenter accepit: & fecit ꝛm verba eius: et iurauit se nihil facturũ ei mali oĩbus diebus vite eius. Et reddidit ei captiuitatem quã ꝓius erat ꝑdatus de terra iuda. Et cõuersus abiit in terrã suã: & nõ apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex israel. Et habitauit ionathas in machmas: & cepit ionathas ibi iudicare populum: & exterminauit impios ex israel.

X

In anno centesimo sexagesimo ascendit alexander antiochi filius qui cognominatus est nobilis: & occupauit ptolomaidam: & receperunt eam & regnauit illic. Et audiuit demetrius rex & congregauit exercitũ copiosum valde: & exiuit obuiam illi in prelium. Et misit demetrius epistolã ad ionathan verbis pacificis: vt magnificaz eum. Dixit enĩ: Anticipem⁹ facere pacẽ cum eo. priusq3 faciat cũ alexandro adũ sum nos. Recordabit enĩ oĩa mala q̃ fecim⁹ in eũ & in frẽs eius & in gentem eius. Et dedit ei potestatẽ ꝓgregandi exercitum: & fabricare arma: & esse ipm socium eius: & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit ionathas in hierusalẽ: & legit epistolas in auditu omis ipse: & eoz qui in arce erant. Et timuerũt timore magno. qm audierũt q̃ dedit ei rex ptãtem ꝓgregandi exercitus. Et tradite sunt ionathe obsides: & reddidit eos parentibus suis. Et habitauit ionathas in hierusalẽ: & cepit edificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opa vt instaurarent muros & montez sion in circuitu lapidibus q̃dratis ad munitionem & ita fecerunt. Et fugerunt alienigene qui erant in munitiõibus quas bacchides edificauerat: et reliquit vnusquisq3 locum: & abiit in terram suam. tantum in bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem: et precepta dei. Erat enim hec eis ad refugium. Et audiuit alexãder rex promissa que ꝓmisit demetrius ionathe: & narrauerũt ei prelia & virtutes q̃s ipse fecit & fratres eius. et labores quos laborauerũt. Et ait: Nũ quid inueniem⁹ aliquẽ virũ talem: Et nunc faciemus eum amicũ & sociũ nrm Et scripsit epistolã: & misit ei ꝛm hec verba dicens. Rex alexander. fratri ionathe salutẽ. Audiuim⁹ de te q̃ vir potens sis viribus: & aptus es vt sis amicus noster Et nũc ꝓstituim⁹ te hodie summũ sacerdotẽ gentis tue: & vt amicus voceris regis. Et misit ei purpuram & coronã auream: vt q̃ nostra sunt sentias nobiscuz & confues amicitias ad nos. Et induit se ionathas stolam sanctaz septimo mẽse anno cẽtesimo sexagesimo in die solẽni scenophegie. Et cõgregauit exercituz & fecit arma copiosa. Et audiuit demetrius verba ista: et cõtristatus est nimis et ait: Quid hoc fecimus q̃ ꝓoccupauit nos alexander apprehendere amicitiam iudeorum ad munimen sui? Scribam et ego illis verba deprecatoria & dignitates & dona. vt sint mecum in adiutoriuz Et scripsit eis in hec verba. Rex demetrius. genti iudeorum salutem: Quoniam seruastis ad nos pactum: et manssistis in amicitia nostra: & non accessistis ad inimicos nostros: audiuimus & gauisi sumus. Et nũc perseuerate adhuc cõseruare ad nos fidem & retribuemus vobis bona pro his que fecistis nobiscum et remittemus vobis prestationes multas: et dabimus vobis donationes. Et nunc absoluo vos et omnes iudeos a tributis. et precia salis indulgeo: et coronas remitto: et tertias seminis et dimidiam partem fructus ligni quod est portionis mee relinq̃ vobis ex hodierno die & deinceps. ne accipiatur a terra iuda: & a tribus ciuitatibus que addite sunt illi ex samaria & galilea: ex hodierna die & in totũ tempus. Et hierusalẽ sit sancta & libera cũ finibus suis: & decime & tributa

ipſi⁹ ſint. Remitto etiã poteſtatẽ arcis
que eſt in hieruſalẽ: ⁊ do eam ſummo ſa
cerdoti: vt cõſtituat in ea viros quoſcũ
q̃ ipe elegerit qui cuſtodiãt eaz. Et om
nem aĩam iudeoꝝ que captiua eſt a ter
ra iuda in omni regno meo relinquo li
berã gratis: vt oĩes a tributis ſoluant
etiam pecoꝝ ſuoꝝ. Et oĩes dies ſolen
nes ⁊ ſabbata ⁊ neomenie ⁊ dieſ decreti
⁊ tres dieſ ante diem ſolẽnem: ⁊ tres di
es poſt diem ſolẽnem. ſint oĩes immu
nitatis ⁊ remiſſionis oĩbꝫ iudeis qui
ſunt ĩ regno meo. Et nemo habebit po
teſtatem agere aliquid ⁊ mouere nego
cia aduerſus aliquem illoꝝ in omni
cauſa. Et vt aſcribant ex iudeis in exer
citu regis ad trigĩta milia viroꝝ. Et da
bunt illis copie vt optet oĩbꝫ exercitibꝫ
regis: ⁊ ex eiſ ordinabunt qui ſint ĩ mu
nitionibꝫ regis magni. Et ex hiſ ꝓſtitu
ent ſuꝑ negocia regni q̃ agunt ex fide: et
principes ſint ex eis: ⁊ ambulẽt in legibꝫ
ſuis: ſicut precepit rex in terra iuda. Et
tres ciuitates q̃ addite ſunt iudee ex re
gione ſamarie: cum iudea reputentur
vt ſint ſub vno: ⁊ non obediãt aliene po
teſtati niſi ſummo ſacerdoti: ptolomai
da ⁊ ꝓfines eius q̃s vedi vonũ ſanctis q̃
ſunt in hier'lm ad neceſſarios ſumptos
ſcoꝝ. Et ego dabo ſingulis annis q̃nde
cim milia ſicloꝝ argẽti de rationibꝫ reg̃
q̃ me ꝓtingũt: ⁊ oẽ qd̃ reliquũ fuerit qd̃
nõ reddiderãt qui ſuꝑ negocia erãt an
nis prioribꝫ ex hĩ dabũt in opa domus.
Et ſuꝑ hec quinq̃ milia ſicloꝝ argẽti q̃
accipiebant de ſcoꝝ ratione p̃ ſingulos
annos: ⁊ hec ad ſacẽdotes ꝓtineãt qui mi
niſterio funguñ. Et quicuq̃ ꝓfugerint
in tẽplũ qd̃ eſt hieroſolymis ⁊ in oĩbꝫ fi
nibꝫ ei⁹ obnoxij regi in omĩ negocio di
mittant: ⁊ vniuerſa q̃ ſunt eis in regno
meo libera habeãt. Et ad edificanda vel
reſtauranda opa ſcoꝝ ſumpt⁹ dabunt
de ratione regis: ⁊ ad extruẽdos muros
in hier'lm: ⁊ cõminuẽdos in circũitu ſũ
ptos dabũt de ratione reg̃: ⁊ ad cõſtruẽ
dos muros in iudea. Et audiuit aũt io
nathas ⁊ pplus ſmones iſtos nõ credi
derũt eis nec receperũt eos: qz recordaba
ſunt malitie magne quã fecerat in iſra
el: ⁊ tribulauerat eos valde. Et cõplacu
it eis iri alexandrum: qz ipſe fuerat eis
princeps ſermonũ pacis: ⁊ ipſi auxilio
ferebãt oĩbꝫ diebꝫ. Et ꝯgregauit rex ale
xander exercitum magnũ: ⁊ admouit ca
ſtra ꝓtra demetriũ. Et cõmiſerũt pliu
duo reges ⁊ fugit exercitus demetrij: et
inſecutus eſt eum alexander: ⁊ incubuit
ſuꝑ eos. Et inualuit pelĩ mimi ſonet
occidit ſol: ⁊ cecidit demetrius in die il
la. Et miſit alexander ad ptolomeũ re
gem egypti legatos ſm hec ꝓba dicens:
Quõ regreſſus ſum in regnũ meũ et ſe
di in ſede patrũ meoꝝ: ⁊ obtinui princi
patũ: ⁊ ꝓtriui demetriũ: ⁊ poſſedi regio
nẽ nr̃am: ⁊ cõmiſi pugnã cũ eo. ⁊ ꝓtriu
eſt ipſe ⁊ caſtra eius a nobis: ⁊ ſedemus
in ſede regni eius: ⁊ nũc ſtatuamus ad
inuicẽ amicitiã ⁊ da mihi filiã tuã vxo
rem: ⁊ ero gener tuus: ⁊ dabo tibi vxo
⁊ ipſi dignitatẽ. Et rñdit rex ptolome⁹
dicẽs: Felix dies in q̃ reuerſus es ad re
ram patrũ tuoꝝ: ⁊ ſediſti in ſede regni
eoꝝ. Et nũc faciã tibi qd̃ ſcripſiſti: ſed ve
curre mihi ptolomaidã: vt videam⁹ inui
uicem nos: ⁊ ſpondeaz tibi ſicut dignũ
Et exiuit ptolome⁹ de egypto ipſe ⁊ dio
patra filia ei⁹: ⁊ venit ptolomaidam an
no centeſimo ſeptuageſimo ſecũdo. Et oc
currit ei alexãder rex. Et dedit ei cleopa
tram filiã ſuam: ⁊ fecit nuptias ei⁹ pom
lomaide ſicut reges in magna gloria. ⁊
Et ſcripſit alexãder rex ionathe vt veni
ret obuiam ſibi. Et abiit cuz gloria po
lomaidam et occurrit ibi duobus regi
bus: et dedit illis argentum multum
aurum et dona: ⁊ inuenit gratiã in con
ſpectu eoꝝ. Et cõuenerũt aduerſus
eum viri peſtilentes ex iſrael viri iniqui
interpellantes aduerſus eum: ⁊ non in
tẽdit ad eos rex. Et iuſſit ſpoliari iona
than veſtibus ſuis: ⁊ indui eum purpu
ra: Et ita fecerunt. Et collocauit eũ rex
ſedere ſecum: dixitq̃ principibus ſuis:
Exite cum eo in medium ciuitatis ⁊ pe
dicate vt nemo adũſus euz interpellet

de vllo negocio: nec quisq̃ ei molestus
sit de vlla ratione. Et fcm̃ est vt viderũt
qui interpellabãt gloriã eius q̃ p̃dicaba
tur: ⁊ optum euz purpura: fugerũt om
nes. Et magnficauit eum rex: ⁊ scripsit
eũ inter primos amicos: ⁊ posuit eũ du
cem ⁊ participem principatus. Et reu̅
sus est ionathas in hierusalẽ cum pace
⁊ leticia. In anno cẽtesimosexagesimo
quinto: venit demetrius filius demetrij
a creta in terraz patrũ suoꝝ. Et audiuit
alexander rex ⁊ contristatus est valde: ⁊
reuersus est antiochiã. Et cõstituit de
metrius rex appollonium ducez qui p̃e
rat celesyrie: ⁊ congregauit exercitũ ma
gnũ ⁊ accessit ad iamniã: ⁊ misit ad iona
than summũ sacerdotẽ dicens: Tu so
lus resistis nobis. Ego autem fact⁹ suz
in derisum ⁊ in opprobriũ: ꝓpterea quia
tu potestatẽ aduersuz nos exerces in mõ
tibꝫ. Nũc ergo si cõfidis in virtutibꝫ tu
is descende ad nos in campũ: ⁊ cõpare
mus illic inuicẽ: qꝛ mecũ est virtus bel
loꝝ. Interroga ⁊ disce quis suz ego ⁊ ce
teri qui auxilio sunt mihi. qui ⁊ dicunt
qꝛ non potest stare pes vester ante faciez
nostrã: quia bis in fugã ꝯuersi sunt pa
tres tui in terrã suaz. Et nũc quõ pote
ris sustinere equitatũ ⁊ exercitũ tantuz
in campo vbi non est lapis neq̃ saxum
neq̃ locus fugiendi: Et audiuit autez
ionathas s̃mones appollonij. motus ẽ
animo. Et elegit decem milia virorũ: et
exijt ab hierl̃m: ⁊ occurrit ei simon fra
ter eius in adiutoriuz. Et applicuerunt
castra in ioppen. Et exclusit eũ a ciuita
te: quia custodia appollonij ioppe erat ⁊
oppugnauit eam. Et exterriti qui erant
in ciuitate aperuerũt ei: ⁊ obtinuit iona
thas ioppen. Et audiuit appolonius: et
admouit tria milia equitum ⁊ exercitũ
multũ. Et abijt açotũ tanq̃ iter faciẽs:
⁊ statim exijt in campũ. eo ꝙ haberet ml̃
titudinẽ equitũ ⁊ ꝯfideret in eis. Et in
secutus est eum ionathas in açotum: ⁊
cõmiserunt p̃lium. Et reliquit apollo
nius in castris mille equites post eos oc
culte. Et cognouit ionathas quoniam
insidie sunt post se: ⁊ circũierunt castra
eius ⁊ eiecerũt iacula in populũ a mane
vsq̃ ad vesperam. Populus autẽ stabat
sicut p̃cepat ionathas ⁊ laborauerunt e
qui eoꝝ. Et eiecit simon exercitũ suum
⁊ cõmisit ꝯtra legionẽ. Equites enĩ fati
gati erant. Et ꝯtriti sunt ab eo: ⁊ fugerũt
Et qui dispersi sunt ꝑ campũ fugerunt
in açotũ: ⁊ intrauerũt in bethagon ido
lũ suuz: vt ibi se liberarẽt. Et succendit
ionathas açotum ⁊ ciuitates que erant
in circũitu eius: ⁊ accepit spolia eorum:
⁊ templum dagon ⁊ oẽs qui fugerunt
in illud succendit igni. Et fuerũt qui ce
ciderũt gladio cũ his qui succẽsi sunt: fe
re octo milia viroꝝ. Et mouit inde io
nathas castra: ⁊ applicuit ea ascalonam
⁊ exierũt de ciuitate obuiã illi in magna
gloria. Et reuersus est ionathas in hie
rusalẽ cũ suis hñtibꝫ spolia multa. Et fa
ctum est vt audiuit alexander rex s̃mo
nes istos. addidit adhuc glorificare io
nathan. Et misit ei fibulã aureaz. sicut
consuetudo est dari cognatis reguz. Et
dedit ei acharon ⁊ omnes fines eius in
possessionem.

XI

Et rex egypti congregauit exer
citũ sicut arenã q̃ est circa oram
maris: ⁊ naues multas: ⁊ querebat ob
tinere regnũ alexaudri dolo: ⁊ addere il
lud regno suo. Et exijt in syriam verbis
pacificis: ⁊ aperiebantur ei ciuitates et
occurrebãt ei. quia mãdauerat alexan
der rex exire ei obuiã: eo ꝙ socer su⁹ esset
Cũ aũt introiret ciuitatẽ ptolome⁹ po
nebat custodias militũ in singulis ciui
tatibꝫ. Et vt appropiauit açoto oñderũt
ei tẽplũ dagõ succẽsuz igni: ⁊ açotũ ⁊ ce
tera ei⁹ demolita ⁊ corpa ꝓiecta: ⁊ eorũ
qui cesi erãt in bello tumulos q̃s fecerãt
secus viã. Et narrauerũt regi qꝛ hec fe
cit ionathas. vt inuidiã facerẽt ei. Et ta
cuit rex. Et occurrit ionathas regi ĩ iop
pen cũ gloria: ⁊ inuicẽ se salutauerũt: et
dormierũt illic. Et abijt ionathas cũ re
ge vsq̃ ad fluuiũ q̃ vocabat̃ eleuther⁹: et
reu̅sus est in hierl̃m. Rex aũt ptolome⁹
obtinuit dominiũ ciuitatũ vsq̃ seleutiã

maritimam: ⁊ cogitabat in alexandruz
consilia mala. Et misit legatos ad deme
trium dicens: Veni componamus in-
ter nos pactum: ⁊ dabo tibi filiam meaz
quam habet alexander: ⁊ regnabis in re
gno patris tui. Penitet enī me ꝙ dede
rim illi filiā meam. Quesiuit enim me
occidere. Et vituperauit eum: ꝓpterea
ꝙ concupierat regnū eius. Et abstulit
filiā suā ⁊ dedit eam demetrio ⁊ aliena-
uit se ab alexandro: ⁊ manifestate sunt
inimicitie eius. Et intrauit ptolomeus
antiochiam ⁊ imposuit duo diademata
capiti suo. egypti ⁊ asie. Alexander autē
rex erat in cilicia illis tp̄ibꝫ: qꝛ rebellabāt
qui erant in locis illis. Et audiuit alexā
der: ⁊ venit ad eum in belluz. Et ꝓduxit
ptolomeus rex exercitū: ⁊ occurrit ei in
manu valida: ⁊ fugauit eum. Et fugit
alexāder in arabiam: vt ibi ꝓtegeretur:
Rex aūt ptolomeus exaltatus est: ⁊ ab-
stulit çabdihel arabs caput alexandri: et
misit ptolomeo. Et rex ptolome⁹ mor-
tuus est in die tertia: ⁊ qui erāt in muni
tionibꝫ perierūt ab his qui erāt intra ca
stra. Et regnauit demetrius anno cente
simoseptuagesimoseptimo. In diebꝫ il
lis congregauit ionathas eos qui erāt
iu iudea: vt expugnarēt arcez que est in
hierl'm ⁊ fecerūt cōtra eam machinas
multas. Et abierunt quidam qui ode-
rant gentē suam viri iniqui ad regez de
metriū: ⁊ renūciauerūt ei ꝙ ionathas ob
sideret arcē. Et vt audiuit iratus est: et
statim venit ptolomaidam ⁊ scripsit io
nathe ne obsideret arcem. sed occurrerz
sibi ad colloquiū festinato. Vt audiuit
autem ionathas iussit obsidere. Et ele-
git de senioribꝫ israel ⁊ de sacerdotibꝫ: et
dedit se ꝑiculo. Et accepit aurū ⁊ argen
tum ⁊ vestem ⁊ alia enxenia multa: ⁊ abi
it ad regem ptolomaidā: ⁊ inuenit gr̄az
in conspectu eius. Et interpellabant ad
uersus eum quidam iniqui ex gēte sua
Et fecit ei rex: sicut fecerant ei qui ante
eum fuerant. Et exaltauit eum in con-
spectu omnium amicorū suoꝝ: ⁊ statuit
ei principatum sacerdotij: et quecunqꝫ
alia habuit prius preciosa: ⁊ fecit eum
principem amicoꝝ. Et postulauit iona-
thas a rege vt immunē faceret iudeam
et tres toparchias id est samariam ⁊ cō
fines eius ⁊ ꝓmisit ei talenta trecenta.
Et cōsensit rex ⁊ scripsit ionathe episto-
las de his omnibus hunc modū ꝯtinē-
tes. Rex demetrius fratri ionathe salu-
tem ⁊ genti iudeoruz. Exemplū episto-
le quā scripsimus lastheni parenti nr̄o
de vobis misim⁹ ad vos: vt sciretis. Rex
demetrius lastheni parenti. salutē. Gē-
ti iudeoꝝ amicis nostris ⁊ cōseruātibꝫ
que iusta sunt apud nos decreuimus be
nefacere. ꝓpter benignitatem ipsoꝝ quā
erga nos habent. Statuimus ergo ill'
omēs fines iudee ⁊ tres ciuitates lydaz
⁊ ramathe que addite sunt iudee ex sa-
maria: ⁊ omēs ꝯfines eaꝝ sequestrari oī
bus sacrificantibꝫ in hyerosolymis pro
his que ab eis prius accipiebat rex per
singulos annos: ⁊ pro fructibꝫ terre et
pomoꝝ. Et alia que ad nos ꝑtinebant
decimarū ⁊ tributorum. ex hoc tempore
remittimus eis: ⁊ areas salinarum ⁊ co
ronas que nobis deferebantur omnia
ipsis concedimus: ⁊ nihil horum irritū
erit ex hoc ⁊ in omne tempus. Nunc er-
go curate facere horum exemplum: ⁊ de
tur ionathe ⁊ ponatur in monte sancto
⁊ in loco celebri. Et videns demetrius
rex. ꝙ siluit terra in conspectu suo ⁊ ni-
hil ei resistit dimisit totum exercitum
suum vnumquemqꝫ in locuz suum: ex-
cepto peregrino exercitu quez traxit ab
insulis gentium: ⁊ inimici erant ei om-
nes exercitus patrum eius. Triphon au
tem erat quidaz partium alexandri pri-
us: ⁊ vidit qm̄ oīs exercitus murmura-
uit cōtra demetriū: ⁊ iuit ad emalchuel
arabē qui nutriebat antiochū filiuz ale
xandri: ⁊ assidebat ei vt traderet eū ipsi
vt regnaret in loco patris sui. Et enun-
ciauit ei quanta fecit demetrius ⁊ inimi
citias exercituū eius aduersus illuz. Et
mansit ibi diebus multis. Et misit io-
nathas ad demetriū regē vt eijceret eos
q̄ in arce erāt ī hierl'z: ⁊ qui ī p̄sidijs erāt

qz impugnabãt isrl'. Et misit demetri⁹ ad ionathan dicens: Non hoc tm faciaz tibi 7 genti tue: sed gloria illustralo te 7 gentem tuã cũ fuerit opportunuz. Nunc ergo recte feceris si miseris in auxiliuz mihi viros: qz discessit oĩs exercit⁹ me⁹ Et misit ei ionathas tria milia virorũz fortiũ antiochiam. Et venerũt ad regez 7 delectatus est rex in aduentu eor. Et cõuenerũt qui erãt de ciuitate: centũ viginti milia viror: 7 volebãt interficere regẽ. Et fugit rex in aulam: 7 occupauerũt qui erãt de ciuitate itinera ciuitatis 7 ceperũt pugnare. Et vocauit rex iudeos in auxiliũ: 7 q̃uenerũt oĩs simul ad euz Et dispsi sunt omẽs p ciuitatez: 7 occiderũt in illa die centum milia hoĩm. Et succẽderunt ciuitatem: 7 ceperũt spolia multa in illa die. 7 liberauerũt regez. Et viderũt qui erãt de ciuitate q̃ obtinuissent iudei ciuitatem sicut volebãt: 7 informati sunt mẽte sua: 7 clamauerũt ad regem cũ p̃cib⁹ dicentes. Da nobis dextras: 7 cessent iudei oppugnare nos et ciuitatẽ. Et piecerũt arma sua 7 fecerũt pacẽ. Et glorificati sunt iudei ĩ ospectu regis 7 in ospectu oĩm qui erãt in regno ei⁹: 7 nomĩati sunt in regno. Et regressi sunt in hierlm. hñtes spolia multa. Et sedit demetrius rex in sede regni sui: 7 siluit terra in ospectu ei⁹. Et mẽtitus est oĩa quecunq; dixit: 7 abalienauit se a ionatha: 7 non retribuit ei sm beneficia q̃ sibi tribuerat: 7 vexabat eũ valde. Post hec aũt reuersus est triphon 7 antioch⁹ cũ eo puer adolescens 7 regnauit 7 imposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eũ oĩes exercitus q̃s dispserat demetrius: 7 pugnauerũt cõtra eũ 7 fugit 7 fugauit. Et accepit triphon bestias 7 obtinuit antiochiã. Et scripsit antiochus adolescẽs ionathe dicẽs: Cõstituo tibi sacerdotiũ: 7 ostituo sup te ĩttuor ciuitates vt sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministeriũ: 7 dedit ei potestatez bibere in auro 7 esse in purpura: 7 habere fibulam auream. Et simonem fratrez eius constituit ducem a termnis tyri vsq; ad fines egypti. Et exijt ionathas 7 perãbulabat trans flumen ciuitates et congregatus est ad eum omis exercitus syrie in auxilium. Et venit ascalonẽ 7 occurrerũt ei honorifice ĩ ciuitate. Et abijt inde gazam: 7 concluserunt se qui erant gaze: 7 obsedit eam: 7 succendit q̃ erant in circũitu ciuitatis: 7 p̃datus est eam. Et rogauerũt gazenses ionathan 7 dedit illis dextrã: 7 accepit filios eorũz obsides: 7 misit illos in hierlm: 7 pambulauit regionẽ vsq; damascũ. Et audiuit ionathas qz p̃uaricati sunt p̃cipes demetrij in cades que est in galilea cuz exercitu multo volentes euz remouere a negocio regni 7 occurrit illis fratrẽ autem suũ simonem reliquit intra prouiciam. Et applicuit simon ad bethsuraz: 7 expugnabat eã dieb⁹ mult⁹ 7 pclusit eos. Et postulauerũt ab eo dextras accipere: 7 dedit illis. Et eiecit eos inde 7 cepit ciuitatẽ 7 posuit in ea p̃sidiuz. Et ionathas 7 castra eius applicuerũt ad aquã genesar: 7 ante lucem vigilauerunt in campo asor Et ecce castra alienigenarũ occurrebãt in campo: 7 tetendebãt ei insidias in mõtib⁹: ipse autẽ occurrit ex aduerso. Insidie vero exurrexerunt de locis suis: 7 cõmiserunt pelium. Et fugerũt qui erãt ex parte ionathe omnes: 7 nemo relict⁹ est ex eis nisi matathias filius absolomi: et iudas filius calphi princeps militie exercitus. Et scidit ionathas vestimenta sua: et posuit terraz in capite suo et orauit. Et reuersus est ionathas ad eos in p̃lium et conuertit eos in fugaz: et pugnauerunt. Et viderũt qui fugiebant partis illius: 7 reuersi sunt ad euz et insequebantur cum eo omnes vsq; cades ad castra sua: et peruenerunt vsq; illuc. Et ceciderũt de alienigenis in die illa tria milia virorum: 7 reuersus est ionathas in hierusalem.

XII

Et vidit ionathas quia tempus eum iuuat: et elegit viros 7 misit eos romã statuere 7 renouare cum eis amicitiam. Et ad spartiatas et ad alia loca misit epistolas scõm

eandē formam. Et abierunt romam et
intrauerūt curiā: ⁊ dixerūt. Jonathas
summus sacerdos ⁊ gens iudeoꝝ mise
rūt nos: vt renouem⁹ amicitiā ⁊ socie-
tatē ſm pristinū. Et dederūt illis epl'as
ad ipsos ꝑ loca: vt deducerēt eos in ter-
ram iuda cū pace. Et h̄ est exēplū epl'aꝝ
q̄s scripsit ionathas spartiatis. Jona-
thas summ⁹ sacerdos: ⁊ seniores gētis
⁊ sacerdotes ⁊ reliqu⁹ ꝓpl's iudeoꝝ: spar
tiatis fratib⁹ salutē. Jam pridem misse
erant epl'e ad oniā summū sacerdotez a
dario qui regnabat apud vos: qm̄ estis
fratres nr̄i: sicut scriptū ꝯtinet qd̄ sub-
iectū est. Et suscepit onias virū qui mis
sus fuerat cū honore: ⁊ accepit epl'as in
q̄b⁹ significabat̄ de societate ⁊ de amici-
tia. Nos enī cū nullo hoꝝ indigeremus
habentes solatio scōs libros qui sunt in
manib⁹ nr̄is. maluim⁹ mittere ad vos
renouare fraternitatē ⁊ amicitiā. ne for
te alieni efficiam̄ a vob̄. Multa enī tpa
trāsierūt ex q̄ misistis ad nos. Nos g̃ in
omni tpe sine intermissione in dieb⁹ so
lennib⁹ ⁊ ceteris quib⁹ optet. memores
sumus vr̄i in sacrificijs q̄ offerim⁹: ⁊ in
obſuationib⁹. sicut phas est ⁊ decet me
minisse fratrū. Letam̄ itaq̄ d̄ gloria vr̄a
Nos aūt circūdederūt multe tribulatō
nes ⁊ multa p̄lia: ⁊ impugnauerūt nos
reges qui sunt ī circūitu nr̄o. Noluim⁹
g̃ vob̄ molesti esse neq̄ ceteris socijs et
amicis nr̄is in his p̄lijs. Habuim⁹ enī
de celo auxiliū ⁊ liberati sumus nos: et
hūiliati sunt inimici nr̄i. Elegim⁹ itaq̄
neumeniū antiochi filiū ⁊ antipatrē ia-
sonis filiū: ⁊ misimus ad romanos re-
nouare cū eis amicitiā ⁊ societatē pristi
nā. Mādauim⁹ itaq̄ eis vt veniāt ēt ad
vos ⁊ salutēt vos: ⁊ reddāt vob̄ epl'as nr̄as
de īnouatiōe fratr̄nitatis nr̄e. Et nūc bn̄
facietis rn̄dentes nob̄ ad hec. Et hoc re-
scriptū epl'aꝝ qd̄ misit onias: Rex spar-
tiataꝝ onias: ionathe sacerdoti magno
salutē. Inuentū est in scriptura de spar
tiatis ⁊ iudeis: qm̄ sunt frēs. et qꝛ sunt
de genere abraaz. Et nūc ex q̄ hec cogno-
uimus bn̄facitis scribētes nobis de pa-
ce vr̄a. Sed ⁊ nos rescripsimus vobis
Pecora nostra ⁊ possessiones nostre ve-
stre sunt. ⁊ vr̄e nostre. Mandauim⁹ ita
q̄ hec nūciari vob̄. Et audiuit ionathas
qm̄ regessi sunt principes demetrij cum
exercitu multo sup̄ q̄ prius pug̃re adū-
sus eū. ⁊ exijt ab hierl'm: ⁊ occurrit eis ī
amathite regione. Non enī dederat eis
spatium vt ingrederent̄ regionē eius.
Et misit speculatores in castra eoꝝ: ⁊ re-
uersi renūciauerūt q̄ ꝯstituerūt supue-
nire illic nocte. Cū occidissz aūt sol: pce-
pit ionathas suis vigilare: ⁊ eē in armis
paratos ad pugnā tota nocte. Et posuit
custodes ꝑ circūitum castroꝝ. Et audie-
rūt aduersarij q̄ paratus ē ionathas cū
suis in bello: ⁊ timuerūt ⁊ formidauerūt
in corde suo: ⁊ accēderūt focos in castris
suis. Jonathas aūt ⁊ qui cuz eo erant
non cognouerūt vsq̄ mane. Videbant
aūt luminaria ardentia: ⁊ secut⁹ est eos
ionathas ⁊ nō comp̄hendit eos. Trāsie-
rūt enī flumē eleutherū. Et diuertit io-
nathas ad arabes qui vocabant̄ çabadei
⁊ ꝑcussit eos ⁊ accepit spolia eoꝝ. Et iū-
xit: ⁊ venit damascū: ⁊ ꝑambulabat oēm
regionez illam. Simon autem exijt: et
venit vsq̄ ascalonem ⁊ ad ꝓxima presi-
dia: ⁊ declinauit in ioppen. ⁊ occupauit
eam. Audiuit enim q̄ vellent presidiū
tradere partibus demetrij: ⁊ posuit ibi
custodes vt custodirent eam. Et reuer-
sus est ionathas ⁊ conuocauit seniores
populi: ⁊ cogitauit cum eis edificare pre-
sidia in iudea: ⁊ edificare muros in hie-
rusalem ⁊ exaltare altitudine magna in
termedium arcis ⁊ ciuitatis. vt separa-
ret eam a ciuitate vt esset ipsa singulari-
ter et neq̄ emant neq̄ vendant. Et con-
uenerunt vt edificarent ciuitatem ⁊ ce-
cidit murus qui erat super torrentem
ab ortu solis: et reparauit eum qui voca-
tur caphetheta. Et simon edificauit ad-
iada in sephela: ⁊ muniuit eam: ⁊ impo-
suit portas ⁊ seras. Et cuz cogitasset tri-
phon regnare asie: ⁊ assumere diadema
⁊ extendere manum in antiochū regez:
timēs ne forte n̄ ꝑmitterz eū ionathas

sed pugnaret aduersus eū: querebat cō
prehendere euz ⁊ ocidere. Et exurgens
abijt in bethsan: ⁊ exijt ionathas obuiā
cū quadraginta milibꝫ virorꝫ electorꝫ in
preliū: ⁊ venit bethsan. Et vidit triphō
qꝛ venit ionathas cū exercitu multo: vt
extenderet in euz manus: et timuit. Et
excepit eum cum honore: ⁊ cōmendauit
euz oībꝫ amicis suis: ⁊ dedit ei munera.
Et p̄cepit exercitibꝫ suis vt obedirent ei
sicut sibi Et dixit ionathe: Ut quid vexa
sti vniuersuz ꝓpl'm: cuz bellū nobis non
sit: Et nunc remite eos in domos suas
Elige autē tibi viros paucos qui tecuz
sint: et veni mecū ptolomaidā: ⁊ tradaz
eam tibi: et reliqua presidia: et exercitū:
et vniuersos prepositos negocij: et con
uersus abibo. Propterea enim veni. Et
credidit ei: et fecit sicut dixit ⁊ dimisit ex
ercitū: et abierūt in terrā iuda. Retinu
it autem secū tria milia virorū: ex quibꝫ
remisit in galileam duo milia: mille au
tem venerūt cū eo. Ut aūt intrauit pto
lomaidaz ionathas. clauserūt portas ci
uitatis ptolomēses: et cōprehēderunt
eum: et omēs qui cū eo intrauerūt: gla
dio interfecerūt. Et misit triphon exer
citum et equites in galileam et in cam
pum magnū: vt ꝑderēt oēs socios iona
the. At illi cū cognouissent. qꝛ ꝯprehensꝰ
est ionathas ⁊ perijt ⁊ oēs qui cū eo erāt
hortati sunt semetip̄os: et exierūt para
ti in preliū. Et videntes hi qui insecuti
fuerāt: qꝛ pro aīa res est illis reuersi sūt
illi aūt venerūt oēs cū pace in terraz iu
da. Et planxerūt ionathan et eos q̄ cuz
ip̄o erāt valde. Et luxit israel luctu ma
gno. Et quesierūt oēs gētes que erant
in circūitu eorꝫ cōterere eos. Dixerunt
enī: Nō habēt principē et adiuuantem:
nūc ergo expugnemus illos: ⁊ tollamꝰ
de hominibꝫ memoriā eorum. XIII

Et audiuit simon qꝫ congrega
uit triphon exercitū copiosum
vt veniret in terrā iuda: et atte
reret eā: vidēs quia in tremore ꝓpl's est
et in timore. ascēdit hierusalez et cōgre
gauit ꝓpl'm ⁊ adhortās dixit: Vos scitis
quanta ego et fratres mei et domus pa
tris mei fecimꝰ ꝓ legibꝫ et pro sanctis p̄
lia: et angustias quales vidimꝰ. Horuz
gratia perierūt fratres mei oēs propter
israel: et relictus suz ego solus. Et nunc
nō mihi cōtingat parcere aīe mee in oī
tp̄e tribulatōis. Nō enī melior suz frībꝫ
meis. Vindicabo itaqꝫ gentē meā ⁊ san
cta natos q̄z nr̄os ⁊ vxores qꝛ cōgragate
sunt vniuerse gētes ꝯterere nos inimi
citie gratia. Et accensus est spūs populi
simul vt audiuit sermones istos: ⁊ rn̄de
runt voce magna dicentes: Tu es dux
noster loco iude et ionathe fratris tui.
Pugna preliū nostrū: ⁊ oīa quecūqꝫ di
xeris nobis faciemꝰ. Et cōgregans oēs
viros bellatores accelarauit consumare
vniuersos muros hierusalē: ⁊ muniuit
eam in gyro. Et misit ionathan filium
absolomi: ⁊ cū eo exercitū nouū ī ioppen
et eiectis his qui erāt in arce remansit
illic ip̄e. Et mouit triphon a ptolomai
da cū exercitu multo vt veniret in terrā
iuda: et ionathas cū eo in custodia. Si
mon aūt applicuit in addus ꝯtra faciem
campi. Et vt cognouit triphon qꝛ surre
xit simon loco fratris sui ionathe: ⁊ qꝛ cō
missurus esset cū eo preliū: misit ad euz
legatos dicens. Pro argēto quod debe
bat frater tuus ionathas in ratione re
gis ꝓpter negocia que habuit: detinui
mus eū. Et nūc mitte argēti talenta cē
tum et duos filios eius obsides: vt nō
dimissus fugiat a nobis ⁊ remittemus
eum. Et cognouit simon qꝛ cū dolo lo
queret secū. Jussit tn̄ dari argentum ⁊
pueros: ne inimicitiā magnaz sumeret
ad ꝓpl'm isrl' dicētez: qꝛ nō misit ei argē
tum et pueros. ꝓpterea perijt. Et misit
pueros ⁊ centū talēta. Et mentitus est:
et non dimisit ionathan. Et post hec ve
nit triphon intra regionem vt contere
ret eam: et gyrauerūt ꝑ viam que ducit
ador Et simon ⁊ castra eius ambulabāt
in oēm locū quocūqꝫ ibant. Qui autem
in arce erāt: miserūt ad triphonem lega
tos vt festinaret venire ꝑ desertū: ⁊ mit
teret illis alimonias. Et ꝑauit triphon

omnes equitatū · vt veniret illa nocte.. Erat enī nix multa valde: & nō venit in galadithimi Et cū appropinquasset bascham an: occidit ionathan et filios eius illic. Et cōuertit triphon: et abiit in terrā suā. Et misit simon & accepit ossa ionathæ fratris sui & sepeliuit ea in modin ciuitate patrū eius. Et planxerūt eum oēs isrl plāctu magno: & luxerunt eum dies multos. Et edificauit simon sup sepulcrū patris sui et fratrū suoꝝ edificiū altū visu lapide polito retro & ante: & statuit septē pyramidas vnā ꝓtra vnā: patri et mri: & quattuor frib⁹. Et his circūposuit colūnas magnas: super colūnas arma · ad memoriā eōꝝ & iuxta arma naues sculptas · q̄ viderent ab hoīb⁹ nauigātib⁹ mare. Hoc ē sepulcrū qđ fecit in modin vsq; in hūc diē. Triphon aūt cū iter faceret cū antiocho rege adolescēte dolo occidit eū: & regnauit in loco eius. Et iposuit sibi diadema asie: et fecit plagam magnā in terra Et edificauit simō præsidia iudee: munīēs ea turrib⁹ excelsis: et muris magnis: et portis & seris: & posuit alimēta in munitōib⁹. Et elegit simon viros et misit ad demetriuꝝ regē vt faceret remissionem regioni: qz act⁹ omnes triphonis per direptionem fuerant gesti. Et demetrius rex ad hæc verba ista respōdit ei: & scripsit epistolā talez. Rex demetrius: simoni sūmo sacerdoti & amico regū & senioribus & gēti iudeoꝝ: salutē. Coronā aureā: et balxen quā misistis suscepimus: et parati sumus facere vobiscū pacē magnā: et scribere ꝓpositis regi remittere vobis q̄ indulsimus. Quecūq; enī cōstituim⁹ vobis cōstant. Munitiones quas edificastis vobis sint. Remittim⁹ q̄z ignorātias & pctā vsq; in hodiernū diē. & coronā quaz debebatis. Et si quid aliud erat tributariū in hierl'm iā nō sit tributarū. Et si qui ex vobis apti sunt ꝓscribi inter nōs: ꝓscribant: et sit inter nos pax. Anno cētesimo septuagesimo ablatū est iugū gētiū ab israel. Et cepit ppls isrl scribere in tabulis & gestis publicis: ano primo sub simōe summo sacerdote magno duce et principe iudeoꝝ. In diebꝫ illis applicuit simon ad gazan: et circūdedit eam castris: & fecit machinas: et applicuit ad ciuitatē: & percussit turrē vnā: et cōprehēdit eam. Et q̄ erumperāt erant intra machinā et ciuitatem. Et factus est mot⁹ magnus in ciuitate Et ascēderūt qui erāt in ciuitate cū vxoribus & filijs supra murū scissis tunicis suis: et clamauerūt voce magna postulantes a simone dextras sibi dari: & dixerūt. Nō nobis reddas ſm malicias nras: sed ſm misericordias tuas: & seruiem⁹ tibi. Et flexus simon · nō debellauit eos: sed cessit tñ eos de ciuitate: & emundauit edes in quib⁹ fuerāt simulacra: & tūc intrauit in eā cū hymnis & benedicens dñm: Et eiecta ab ea oī immūdicia collocauit in ea viros qui legē facerēt: et muniuit eā & eccl̄ sibi habitatōez. Qui aūt erāt in arce hierusalem prohibebant egredi & ingredi regionem: et emere ac vendere: & esurierūt valde et multi ex eis fame perierūt. Et clamauerūt ad simonē vt dextras acciperent: et dedit illis. Et eiecit eos inde et mūdauit arcē a cōtaminatōib⁹. Et intrauerūt in eā tertia & vicesima die secūdi mēsis anno cētesimo septuagesimo primo cū laude & ramis palmaꝝ & citharis et cymbalis et nablis & hymnis et cāticis: qz ꝓtritus ē inimicus magnus ex isrl. Et ꝓstituit vt omib⁹ annis agerent dies hi cuz leticia. Et munivit mōtē templi · q̄ erat secus arcē: & habitauit ibi ipe & qui cū eo erāt. Et vidit simō iohannem filiū suuz qđ fortis prælij vir esset: et posuit eū ducē virtutū vniuersæ

XIIII

et habitauit in gazaris.

Anno cētesimo septuagesimo secūdo cōgregauit rex demetrius exercitū suum: et abiit in mediā ad ꝓtrahēda sibi auxilia: vt expugnaret triphonē. Et audiuit arsaces rex perfidie et medie qz intrauit demetrius cōfines suos: et misit vnū de ꝑncipib⁹ suis vt cōprehēderet eū viuū: et adduceret eū ad se. Et abiit & pcussit castra demetrii: & cōprehēdit eū: et duxit eum ad arsacem et

posuit eam in costudiā. Et siluit oīs ter
ra iuda oībꝫ diebꝫ simonis ⁊ q̄siuit bona
gēti sue: ⁊ placuit illis ptās eius: ⁊ gl'ia
eius oībꝫ diebꝫ. Et cū oī gloria sua acce-
pit ioppeu in portuꝫ ⁊ fecit introitū ī in-
sulis marꝫ. Et dilatauit fines gētis sue:
et obtinuit regionē. Et congregauit ca
ptiuitatē multā: et dn̄atus est gaçare: ⁊
bethsure ⁊ arci: ⁊ abstulit īmundicias ex
ea: et nō erat qui resisteret ei. Et vnus-
quisq̄ colebat terrā suam cū pace: ⁊ ter-
ra iuda dabat fructus suos et ligna cam
porū fructū suum. Seniores in plateis
sedebāt oēs: et de bonis terre tractabāt:
et iuuenes induebāt se gloriā et stolas
belli. Et ciuitatibꝫ tribuebat alimonias
et ꝯstituebat eas vt essent vasa muniti
onis: quo adusq̄ nominatū ē nomē glo
rie eius vsq̄ in extremū terre. Fecit pa-
cem sup terrā: et letat⁹ est isrl' leticia ma
gna. Et sedit vnusquisq̄ sub vite sua et
sub ficulnea sua: ⁊ nō erat qui eos terre
ret. Defecit impugnās eos sup terrā re
ges ꝯtriti sunt in diebꝫ illis. Et ꝯfirma
uit oēs humiles ppl'i sui: ⁊ legē exquisi-
uit: et abstulit oēz iniquū ⁊ malū. Scā
glorificauit: et multiplicauit vasa scōꝝ.
Et auditum est rome: qꝛ defunctus eēt
ionathas et vsq̄ in spartiatas: et cōtri-
stati sunt valde. Vt audierūt autē q̄ si-
mon frater eius factus esset sūmus sa-
cerdos loco eius: et ip̄e obtineret omnē
regionē et ciuitates in ea: scripserūt ad
eum tabulis ereis vt renouarēt amici-
tias et societatē quā fecerāt cum iuda ⁊
cū ionatha frībus ei⁹. Et lecte sūt in cō
spectu ecclesie in hierl'm. Et h̄ exēplum
epl'aꝝ q̄s spartiate miserūt. Spartiano
rū principes ⁊ ciuitates: simoni sacerdo
ti magno ⁊ senioribꝫ et sacerdotibus et
reliq̄ ppl'o iudeoꝝ frībꝫ salutē: Legati q̄
missi sunt ad ppl'm nr̄m nunciauer̄t no
bis de vr̄a gloria et honore ⁊ leticia: ⁊ ga
uisi sum⁹ in ītroitu eoꝝ. Et scripsim⁹ q̄
ab eis erāt dicta in cōcilijs ppl'i sic. Nu-
menius antiochi: ⁊ antipater iasonis fi
lius legati iudeoꝝ venerūt ad nos: reno
uātes nobiscū amicitiā pristinā. Et pla
cuit ppl'o excipere viros gloriose: et pone
re exemplū sermonū eoꝝ in segregatis
ppl'i libris vt sit ad memoriā ppl'o spar-
tiatarū. Exemplū aūt horuꝫ scripsimus
simoni magno sacerdoti. Post hoc aūt
misit simon numeniū romā habentem
clypeū aureū magnū pōdo minarū mil-
le. ad statuēdam cū eis societatē. Cū au
tem audisset ppl's roman⁹ sermōes istos
dixerūt: Quā gratiaꝝ actionē reddem⁹
simoni et filijs eius? Restituit eniꝫ ip̄e
frēs suos: et expugnauit inimicos isra-
el ab eis. Et statuerunt ei libertatem: et
scripserunt in tabulis ereis: ⁊ posuerunt
in titulis in mōte sion. Et hoc est exem-
plū scripture. Octauadecima die mens
elul anno cētesimo septuagesimo scdo.
anno tertio sub simone sacerdote ma-
gno in assaramel in ꝯuentu magno sa-
cerdotū et ppl'i ⁊ principū et gētis ⁊ seni
orū regionis nota facta sunt hec: qm̄ fre
quēter facta sunt p̄lia in regione nostra
Simon autē matathie fili⁹ ex filijs ia-
rib et frēs ei⁹ dederūt se periculo: ⁊ resti
terūt aduersarijs gētis sue vt starēt scā
ip̄oꝝ et lex: ⁊ gloria magna glorificauer̄t
gentem suaꝫ. Et cōgregauit ionathas
gentē suam: et factus est illis sacerdos
magnus: ⁊ appositus est ad ppl'm suum
Et voluerūt inimici eoꝝ calcare sancta:
et auertere regionē ip̄oꝝ: ⁊ extēdere ma
nus in sancta sanctoꝝ. Tūc restitit simō
et pugnauit ꝓ gēte sua: et erogauit pecu
nias multas: et armauit viros virtutis
gētis sue: ⁊ dedit illis stipendia. Et mu-
niuit ciuitates iudee ⁊ bethsuraꝫ q̄ erat
in finibus iudee vbi erant arma hostiū
antea: ⁊ posuit illic p̄sidiū viros iudeos
Et ioppen muniuit q̄ erat ad mare: ⁊ ga
çaraꝫ que est in finibus açoti: in qua ho
stes antea habitabant: ⁊ collocauit illic
iudeos: ⁊ quecunq̄ apta erant ad corre
ptionē eoꝝ posuit in eis. Et vidit ppl'us
actū simonis et gloriā quā cogitabat fa
cere genti sue: et posuerūt eum ducem
suum et principē sacerdotū eo q̄ ip̄e fe-
cerit hec oīa: ⁊ iusticiā et fidē quam con-
seruauit gēti sue: et exquisiuit oī modo

exaltare ꝓpl'm suũ. Et in diebꝫ eius pro-
speratũ est in manibus eius vt tolleren
tur gentes de regione ipoꝝ: et que in ci-
uitate dauid erãt in hierusalem in arce
de qua procedebãt ⁊ cõtaminabant oĩa
que in circũitu sanctorũ sunt: et infere-
bant plagam mãgnã castitati. Et collo-
cauit in ea viros iudeos ad tutamentũ
regionis et ciuitatis: et exaltauit muros
in hierusalẽ. Et rex dõmetrius statuit illi
summũ sacerdotiuꝫ. Scdõm hec fecit eũ
amicũ suum: ⁊ glorificauit eũ gloria ma
gna. Audiuit enĩ ꝙ appellati sunt iudei
a romanis amici et socij ⁊ fratres · et qꝛ
susceperunt legatos simonis gloriose: ⁊
quia iudei et sacerdotes eoꝝ consenserũt
eum esse ducẽ suum et summũ sacerdo
tem in eternũ donec surgat propheta fi-
delis: ⁊ vt sit sup eos dux: ⁊ vt cura esset
illi ꝓ sanctis: et vt constitueret preposi-
tos sup opa eorum ⁊ sup regionẽ: ⁊ sup
arma et super presidia: et cura sit illi de
sanctis: ⁊ vt audiat̃ ab omĩbus: et scribã
tur in nomine eius omnes cõscriptões
in regione: ⁊ vt operiat̃ purpura ⁊ auro:
et ne liceat vlli ex ꝓpl'o et ex sacerdotibꝫ
irritũ facere aliquid horũ: et contradice
re his q̃ ab eo dicunt̃: aut conuocare cõ-
uentũ in regione sine ipo: et vestiri pur
pura et vti fibula aurea. Qui autẽ fece
rit extra hec · aut irritũ fecerit aliquid ho
rum: reus erit. Et cõplacuit omni ꝓpl'o
statuere simonẽ: ⁊ facere ꝑm verba ista.
Et suscepit simon et placuit ei vt sũmo
sacerdotio fungeret̃: et esset dux et prin
ceps gentis iudeorum et sacerdotũ: ⁊ p̃
esset omnibus. Et scripturam istam di
xerũt ponere in tabulis ereis: et ponere
eas in peribolo sanctoruꝫ in loco celebri.
Exemplũ autem eorum ponere in era-
rio: vt habeat simon et filij eius. XV

Et misit rex antiochus filius de
metrij epl'as ab insulis maris:
simoni sacerdoti ⁊ principi gen
tis iudeoꝝ ⁊ vniuerse gẽti: et erãt conti
nẽtes hunc modũ. Rex antiochꝰ · simo
ni sacerdoti magno et gẽti iudeorũ salu
tem. Quoniã quidẽ pestilẽtes obtinue
runt regnũ patrũ nr̃oꝝ: volo autẽ vendi
care regnũ: et restituere illud sicut erat
antea: ⁊ electã feci multitudinẽ exercitꝰ
⁊ feci naues bellicas: volo aũt procedere
ꝑ regionem vt vlciscar in eos qui corru
perunt regionẽ nr̃am: et qui desolauerũt
ciuitates multas in regno meo. Nũc er
go statuo tibi oẽs oblatões quas remi-
serũt tibi ante me omnes reges: et que
cũqꝫ alia dona remiserunt tibi: et ꝑmit-
to tibi facere ꝑcussurã ꝓprij numismatis
in regione tua. Hierusalẽ autẽ sanctaꝫ
esse et liberã. ⁊ omĩa arma que fabricata
suut ⁊ presidia que ꝯstruxisti que tenes
maneãt tibi. Et omne debitũ regis et q̃
futura sunt regi ex hoc et in totũ tp̃s re-
mittunt̃ tibi. Cũ aũt obtinuerimus re-
gnũ nr̃m · glorificabimus te ⁊ gentez tu
am · ⁊ templum gloria magna · ita vt ma
nifestetur gloria vestra in vniuersa ter-
ra. Anno cẽtesimo septuagesimoquar-
to: exijt antiochus in terrã patrũ suorũ
et conuenerũt ad eũ omẽs exercitus: ita
vt pauci relicti essent cũ triphone: Et in
secutus est euꝫ authiochus rex: et venit
doram fugiẽs ꝑ maritimã. Sciebat enĩ
ꝙ cõgregata sunt mala in eũ: ⁊ reliquit
eum exercitus. Et applicuit antiochus
sup doram cũ centũ viginti milibꝫ viro
rum belligeratoꝝ et octo milibus equi-
tum. Et circũiuit ciuitatem: ⁊ naues a
mari accesserũt: et vexabãt ciuitatẽ a ter
ra et mari: ⁊ neminem sinebant ingredi
vel egredi. Venit aũt numenius ⁊ q̃ cũ
eo fuerãt ab vrbe roma habentes epl'as
regibus et regionibus scriptas: in qui-
bus ꝯtinebant̃ hec: Lucius cõsul roma
noꝝ: ptolomeo regi · salutẽ. Legati iude
orũ venerũt ad nos amici nr̃i: renouan-
tes pristinã amicitiã ⁊ societatem: missi
a simone principe sacerdotum ⁊ ꝓpl'o iu
deoꝝ. Attulerũt aũt ⁊ clypeũ aureuꝫ mi-
narũ mille. Placuit itaqꝫ nobis scribere
regibꝫ et regionibꝫ vt nõ inferant illis
mala · neqꝫ impugnent eos et ciuitates
eoꝝ et regiones eoꝝ: ⁊ vt nõ ferãt auxi-
lium pugnãtibꝫ aduersus eos. Visum
aũt est nobis accipe ab eis clypeum. Si

qui ergo pestilentes fugerint de regio/
ne ipor ad vos:tradite eos simoni prin
cipi sacerdotuz: vt vindicet in eos fm
legem suã. Hec eadẽ scripta sunt deme/
trio regi et attalo et arabe et arsaci :ꝛ in
oẽs regiones ꝛ samsame ꝛ spartanis et
delo et mydo ꝛ sitione ꝛ carie et samũ et
pamphyliam et lytiã ꝛ alicarnasuz ꝛ rho
dum et faselida et choo et siden ꝛ arado
et gortinã et gnydũ et cyprũ et cyrenẽ.
Exemplũ aũt eor scripserũt simoni prin
cipi sacerdotũ:et populo iudeor. Antio
chus autẽ rex applicuit castra in dram
chinas faciẽs:ꝛ cõclusit triphonẽ ne pce
deret. Et misit ad euz simon duo milia
viror elector in auxiliũ: et argentum ꝛ
aurũ et vasa copiosa et noluit ea accipe
ꝛ alienauit se ab eo. Et misit ad eũ athe
nobiũ vnuz de amicis suis vt tractaret
cũ ipo dicẽs: Clos tenetis ioppen ꝛ gaça
ram et arcẽ que est in hierl'm ciuitates
regni mei:fines ear desolastis ꝛ fecistis
plagaz magnã in terra :ꝛ dñati estis per
loca multa in regno meo: Nũc ergo tra
dite ciuitates quas occupastis:ꝛ tribu/
tũ iudee. Sinaũt date p illis quingẽta ta
lenta argẽti:et exterminij qõ exterminа
stis:et tributorũ ciuitatũ alia talẽta qn
genta. Sinaũt veniemus ꝛ cõpugnabi
mus vos. Et venit athenobius amicus
regis in hierusalem:ꝛ vidit gloriã simo
nis et claritatẽ in auro et argẽto:ꝛappa.
ratũ copiosum ꝛ obstupuit:et retulit ei
verba regis. Et rñdit ei simon:ꝛ dixit ei
Necz alienã terrã sumpsimus:necz alie
nam detinemus:sed hereditatẽ patrum
nostrorz que inuste ab inimicis nris
aliquo tpe possessa est. Nos vero temp?
habentes vendicamus hereditatem pa/
trum nostrorũ. Nam de ioppe ꝛ gaçara-
que exposstulas:ipi faciebant in pplo pla
gam magnã:et in regione nostra-horuz
bamus talenta centum. Et nõ respon/
dit ei athenobius verbũ. Reuersus aũt
cum ira ad regem renunciauit ei verba
ista:et gloriã simonis ꝛ vniuersa que vi
dit:et iratus est rex ira magna. Tripho
aũt fugit naui in orthosaida. Et ꝓstituit
rex cendebeum ducẽ maritimum et ex/
ercitum peditũ et equitum dedit illi. Et
mandauit illi mouere castra contra faci
em iudee:et mãdauit ei edificare cedro/
nem:et obstruere portas ciuitatis: et de
bellare pplm. Rex aũt psequebaꝫ tripho
nem. Et puenit cendebeus iamniã:ꝛ ce
pit irritare plebẽ et cõculcare iudeã:ꝛ ca
ptiuare pplm et interficere-et edificare
cedronẽ. Et collocauit illic equites ꝛ ex
ercitũ vt egressi pambularẽt viã iudee
sicut constituit ei rex.

XVI

Ascendit iohannes de gaçar
et nũciauit simoni patri suo q̃
fecit cendebeus in populo ipor
Et vocauit simon duos filios suos se/
niores-iudam et iohannem:et ait illis:
Ego ꝛ fratres mei ꝛ domus patris mei
expugnauimus hostes israel ab adoleſcẽ
tia vsqz in hũc diem:et prosperatũ est in
manibz nostris liberare israel aliquoti/
ens. Nũc aũt senui-sed estote loco meo
et fratris mei-et egressi pugnate p gẽte
nostra. Auxiliũ vero de celo vobiscuz sit.
Et elegit de regione viginti milia viro/
rum belligerator et equites:ꝛ profecti sũt
ad cendebeum et dormierũt in modin.
Et surrexerũt manẽ ꝛ abierũt in campũ
Et ecce exercit? copios? in obuiã illis-pe
ditũ et equitũ:et fluuius torrẽs erat in
ter mediũ ipor: Et admouit castra con
tra faciẽ eor ipe ꝛ pplus eius:ꝛ vidit po
pulũ trepidantẽ ad transfretandũ torrẽ
tem:et trãsfretauit primus Et viderũt
eũ viri:ꝛ trãsierunt post euz. Et diuisit
pplm et equites in medio pedituz. Erat
aũt equitat? adũsarior copiosus nimis
Et exclamauerũt sacris tubis:ꝛ in fugã
uersus est cendebeus ꝛ castra eius:ꝛ ce
ciderunt ex eis multi vulnerati:residui
aũt in munitõem fugerũt. Tũc vulne/
rat? est iudas frater iohãnis. Johannes
aũt insecutus ẽ eos donec venit cedro/
nem quã edificauit:et fugerunt vsqz ad
turres que erãt in agris açoti:ꝛ succen/

dit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo
milia virorum: et reuersus est in iudeã
in pace. Et ptolomeus filius abobi con
stitutus erat dux in campo hiericho ⁊ ha
bebat argẽtum et aurum multuz. Erat
enim gener summi sacerdotis. Et exal
tatum est cor eius: et volebat obtinere
regionem: et cogitabat doluz aduersus
simonẽ et filios ei⁹ vt tolleret eos. Si
mõ aũt ꝑambulãs ciuitates q̃ erãt ĩ re
giõe iudee: ⁊ sollicitudiez gerẽs eaꝝ d̃scẽ
dit ĩ hiericho. ipse ⁊ mathathias fili⁹ ei⁹
⁊ iudas. anno centesimo septuagesimo
septimo. mense vndecimo. Hic est mẽ
sis sabath. Et suscepit eos filius abobi
in munitiunculaz que vocatur doch: cũ
dolo quam edificauit: et fecit eis conui
iohannes vestitus pilis cameloruz ⁊ ço/
B na pellicea circa lumbos eius· ⁊ locustas
⁊ mel siluestre edebat: ⁊ predicabat dicēs
Lu·3 /Venit fortior me post me: cui⁹ nō sum
dignus procumbens soluere corrigiam
calciamentorū eius/ Ego baptiçaui vos Mt·3·e Lu·3·d
in aqua: ille vero baptiçabit vos spiritu Jo·1·d·act·19a
sancto/ Et factum est in diebus illis: ve Mat·3·f·
nit iesus a naçareth galilee et baptiçat⁹
est a iohanne in iordane. Et statim ascē
dens de aqua· vidit celos apertos· et spi/
ritum sanctum tanq̄z columbam descen/ Esa·42· Mt·3·
dentem et manentem in ipo. Et vox fa/ g·⁊·17·b· Luce·
cta est de celis/ Tu es filius meus dile 3·e·2· Pe·1·d·
ctus· in te complacui/ Et statim spiri/ Mat·4·a
tus expulit eum in desertum. Et erat in Luce·4·a
deserto quadraginta diebus et quadra/ Esa·43·g·
ginta noctibus: ⁊ temptabatur a satha/ C
na/ Eratq̄z cum bestijs: et angeli mini/ Mat·4·c
strabant illi/ Postq̄z autem traditus est Mat·4·d
iohannes: venit iesus in galileam· pre/
dicans euangelium regni dei· et dicens
Quoniam impletum est tempus· ⁊ ap
propinquabit regnum dei/ Penitemi Mat·4·e
ni et credite euangelio. Et preteriens Act⁊·3·d·
secus mare galilee: vidit simonem ⁊ an
dream fratrem eius mittentes retia in
mare. Erant enim piscatores/ Et dixit Mt·4·e· ⁊·8·e·
eis iesus. Venite post me ⁊ faciam vos Luce·5·b
fieri piscatores hominum. Et protinus
relictis retibus secuti sunt euz/ Et pro/ Mar·4·f·
gressus inde pusillum vidit iacobuz çe/
bedei et iohannem fratrem eius ⁊ ipos
componentes retia in naui: ⁊ statim vo/
cauit illos. Et relicto patre suo çebedeo
in naui cum mercennarijs: secuti sunt D
eum/ Et ingrediuntur capharuaum: et Luce·4·e
statim sabbatis ingressus in synagogam
docebat eos/ Et stupebant super doctri/ Mat·7·g
na eius. Erat enim docens eos quasi po Luce·2·g
testatem habens· ⁊ non sicut scribe/ Et Luce·4·e
erat in synagoga eorum homo ī spiritu
immundo· ⁊ exclamauit dicens: Quid
nobis ⁊ tibi iesu naçarene? /Venisti per Luce·4·f·
dere nos. Scio ꝙ sis sanctus dei. Et cō
minatus est ei iesus dicens: Obmute/
sce: ⁊ exi de homine. Et discerpens eum
spiritus immundus· ⁊ exclamans voce
magna: exijt ab eo. Et mirati sunt om̄s:
ita vt conq̄rerēt inter se dicētes: Quid
nam est hoc? Que nā doctrīa hec noua? E
Quia in ptāte spiritib⁹ immūdis impe/
rat: ⁊ obediunt ei. Et ꝓcessit rumor eius

Mat.8.c. Luc. 4.f. statī in oēm regionē galilee // Et ꝓtinus
egredientes de synagoga: venerūt in do
mum simonis ⁊ andree cum iacobo ⁊ io
hanne. Recumbebat autez socrus simo
nis febricitans: ⁊ statim dicunt ei de illa
Et accedens eleuauit eam apprehensa
manu eius. ⁊ continuo dimisit eam fe/
Luce.4.g bris ⁊ ministrabat eis // Vespere autem
facto cum occidisset sol. afferebāt ad euz
omnes male habentes ⁊ demonia habē
tes. ⁊ erat omnis ciuitas congregata ad
j.3.c ianuam // Et curauit multos qui vexabā
tur varijs languoribꝰ. Et demonia mul
ta eijciebat: ⁊ non sinebat ea loqui quo/
F niam sciebant eum. Et diluculo valde
surgens egressus abijt in desertum locū
ibiqꝫ orabat. Et prosecutus est eū simon
⁊ qui cum illo erant. Et cuz inuenissent
eum dixerunt ei: quia omnes querūt te
Et ait illis. Eamus in proximos vicos
⁊ ciuitates vt ⁊ ibi predicem. Ad hoc enī
veni. Et erat predicans in synagogis eo
G rum ⁊ in omni galilea. et demonia eijci/
Mat.8.a ens // Et venit ad eum leprosus depcans
Luce.5.c eū. et genu flexo dixit: Si vis potes me
mundare. Jesus autem misertus eiꝰ ex/
tendit manum suam. ⁊ tangens euz ait
illi. Volo. Mundare. Et cū dixisset: sta/
tim discessit ab eo lepra ⁊ mundatus est
Et comminatus est ei statimqꝫ eiecit il/
Mat.8.a lum. ⁊ dicit ei // Vide nemini dixeris: sed
Luce.5.c vade ostende te principi sacerdotum. et
offer pro emundatione tua que prece/
pit moyses in testimoniū illis. Et egres
sus cepit predicare. ⁊ diffamare sermo/
nem: ita vt iam non posset manifeste in
troire in ciuitatem sed foris in desertis
locis esse. et conueniebant ad eum vn/
diqꝫ.

II

A Et iterum intrauit capharnauz
post dies octo. et auditum est ꝙ
in domo esset ⁊ ꝯuenerunt mul
ti: ita vt non caperet neqꝫ ad ianuam. et
Mat.9.a loquebatur eis verbum // Et venerunt
Luce.5.d ad eum ferentes paralyticum. q̄ a quat/
Joh.5.a tuor portabatur. Et cum non possent of
ferre eum illi pre turba. nudauerunt te
ctum vbi erat: ⁊ patefacientes submise/
runt grabatum in quo paralyticus iace
bat. Cum autem vidisset iesus fidem il
lorum. ait paralytico. Fili // dimittuntur
tibi peccata tua. Erant autem illic qui/
dam de scribis sedentes: ⁊ cogitantes in
cordibus suis. Quid hic sic loquit? Blas
phemat // Quis potest dimittere peccata
nisi solus deus // Quo statim cognito ie
sus spiritu suo. quia sic cogitarent intra
se: dicit illis: Quid ista cogitatis in cor/
dibus vestris // Quid est facilius dicere
paralytico: dimittuntur tibi peccata tua
an dicere. surge tolle grabatum tuum ⁊
ambula? Vt autem sciatis. quia filiꝰ ho
minis habet potestatem in terra dimit/
tendi peccata: ait paralytico // Tibi dico.
surge tolle grabatum tuum. et vade in
domum tuam. Et statim surrexit ille. et
sublato grabato abijt inde coram omni
bus: ita vt mirarentur omnes. et hono/
rificarent deum dicētes: quia nunqꝫ sic
vidimus // Et egressus est rursus ad ma
re: omnisqꝫ turba veniebat ad eum: ⁊ do
cebat eos. Et cum preteriret vidit leui
alphei sedentem ad teloneum: ⁊ ait illi:
Sequere me. Et surgens secutus est
eum // Et factum est cum accumberet in
domo illius: multi publicani et peccato/
res simul discumbebant cum iesu et di/
scipulis eius. Erant enim multi qui se/
quebantur eum. Et scribe et pharisei vi
dentes: quia manducaret cum publica/
nis et peccatoribus: ⁊ dixerunt discipu/
lis eius // Quare cum publicanis et pec/
catoribus manducat et bibit magister
vester? Hoc audito iesus ait illis: Non
necesse habent sani medico: sed qui ma/
le habent // Non enim veni vocare iustos
sed peccatores. Et erant discipuli iohā
nis et pharisei ieiunantes: et veniunt ⁊
dicunt illi // Quare discipuli iohannis
et phariseorum ieiunant: tui autem di/
scipuli non ieiunant // Et ait illis iesus.
Nunquid possunt filij nuptiaruz q̄diu
sponsus cum illis est ieiunare? Quanto
tempore habent secum sponsum nō pos/
sunt ieiunare. Venient autem dies cū
auferet ab eis sponsus. et tūc ieiunabūt

B Luce.7.g
Luce.5.d i.Cor.2.d
Mat.9.a Luce.5.c
C Mat.9.b Luce.5.e Joh.5.b
Mat.9.b Luce.5.f
D Mat.9.b Luce.5.f
Mat.9.c Luce.5.f
E i.Timot.1.c
Luce.5.f
Mat.9.c Luce.5.g
F

in illis diebꝫ. Nemo assumentuꝫ panni rudis assuit vestimẽto veteri. Alioquin aufert supplementũ nouũ a veteri·ꝛ ma ioꝛ scissura fit. Et nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinũ vtres·ꝛ vinũ effundet·ꝛ vtres peribunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mitti debet. Et factũ est iterum cũ dominus sabbatis ambularet per sata·ꝛ discipuli eius ceperũt pegredi·ꝛ vellere spicas. Pharisei autẽ dicebant ei: Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatꝫ· quod non licet. Et ait illis: Nunqꝫ legistis qd fecerit dauid quando necessitatez habuit·ꝛ esurijt ipe·ꝛ qui cũ eo erant: quomõ introiuit in domũ dei sub abiathar pncipe sacerdotum·ꝛ panes propositionis manducauit quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus·ꝛ dedit eis·ꝛ qui cum eo erant: Et dicebat eis: Sabbatum propter hominẽ factũ est·et non homo propter sabbatum. Itaqꝫ dominus est filius hominis etiam sabbati.

Et introiuit iterum III in synagogam·et erat ibi homo habens manum aridam. Et observabant eum si sabbatis curaret: vt accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet sabbatꝫ benefacere an malefacere: animam saluã facere an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira: contristatus sup cecitate cordis eoꝝ dicit homini: Extende manum tuaꝫ. Et extendit·ꝛ restituta est manus illi. Exeuntes autem pharisei· statim cuꝫ herodianis consilium faciebant aduersus eũ quomodo eum perderent. Jesus autez cum discipulis suis secessit ad mare. et multa turba a galilea·ꝛ iudea secuta est eum. Et ab hierosolymis et ab idumea·ꝛ trans iordanem·ꝛ qui circa tyrum·ꝛ sidonem· multitudo magna audiẽtes que faciebat venerunt ad euꝫ. Et dixit iesus discipulis suis: vt in nauicula sibi deseruirent propter turbam ne cõprimerent eum. Multos enim sanabat: ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi cum illum videbant pcidebant ei·ꝛ clamabant dicentes: Tu es filiꝰ dei. Lu·4·g
Et vehementer comminabatur eis: ne manifestarent illũ. Et ascendens i montem vocauit ad se quos voluit ipe: et venerunt ad eũ. Mat·io·a Lu·6·c
Et fecit vt essent duodecim cum illo·ꝛ vt mitteret eos pdicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates·ꝛ eijciendi demonia. Et imposuit simoni nomen petrus. Et iacobum zebedei·ꝛ iohannẽ fratrem iacobi·ꝛ imposuit eis nomina boanerges·quod est filij tonitrui. Et andream·ꝛ philippum et bartholomeum·ꝛ matheũ·ꝛ thomam·ꝛ iacobum alphei·ꝛ thadeum·ꝛ simonẽ chananeum·ꝛ iudam scarioth qui·ꝛ tradidit illum. Et veniũt ad domuꝫ. Et conuenit iterum turba· ita vt non possent neqꝫ panem manducare. Et cum audissent sui: exierũt tenere eum. Dicebant enim quoniam in furoꝛem versus est. Et scribe qui ab hierosolymis descenderant dicebant quꝫ beelzebub habet·ꝛ qꝫ in pncipe demoniorum eijcit demonia. Et conuocatis eis: in parabolis dicebat illis. Quomodo potest sathanas sathanam eijcere? Et si regnum in se diuidatur: non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiatur: nõ potest domꝰ illa stare. Et si sathanas surrexerit i semetipm: dispartitus est·ꝛ nõ poterit stare sed finẽ habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domũ diripere nisi prius fortem alliget·ꝛ tunc domuꝫ eius diripiet. Amen dico vobis: quoniã omnia dimittentur filijs hominuꝫ peccata·ꝛ blasphemie quibꝫ blasphemauerint. Qui autẽ blasphemauerit in spiritum sanctũ non habebit remissionem in eternum: sꝫ reus erit eterni delicti: quia dicebat spiritũ immundum habet. Et veniunt mater eius·ꝛ fratres·ꝛ foris stantes miserunt ad eũ vocantes eum. Et sedebat circa euꝫ turba·ꝛ dicunt ei: Ecce mater tua·ꝛ fratres tui foris querunt te. Et respondens eis ait: Que est mater mea et fratres mei? Et circũspiciens eos qui in circũitu eiꝰ

D
Mat·io·a Luce·6·c Act·1·b·

E
Mat·12·c Luce·11·b

Mat·12·b Luce·11·c

F

G
Mat·12·d Luce·12·b

Mat·12·g Luc·8·c

sedebāt ait. Ecce mater mea ⁊ frēs mei.
Qui fecerit enī voluntatē dei: hic frater
me⁹ ⁊ soror mea ⁊ mr̄ est. IIII

A Et iterū cepit docere ad mare et
congregata est ad eū turba mul
ta. ita vt in nauim ascendens se
deret in mari. ⁊ omnis turba circa mare
sup terram erat. ⁊ docebat eos ī parabo/
lis multa. ⁊ dicebat illis in doctrina sua
Audite: Ecce exijt seminans ad seminā
Mat. 13. a. Luc. 8. a. dum/ Et dum seminat: aliud cecidit cir
ca viam ⁊ venerūt volucres celi ⁊ come
derunt illud. Aliud vero cecidit super pe
trosa vbi nō habuit terrā multā. et sta/
tim exortum/ est: quoniā non habebat al
Ecc. 14. Esaie. 40. Ja. 1. b titudinē terre/ ⁊ quando exortus est sol
exestuauit. ⁊ eo ꝙ non habebat radicem
1. Pe. 1. d exaruit. Et aliud cecidit in spinas. ⁊ ascē
B derunt spine ⁊ suffocauerūt illud. ⁊ fru/
2. Cor. 9. b ctum nō dedit/ Et aliud cecidit in terrā
bonam ⁊ dabat fructum ascendentem ⁊
crescentem: ⁊ afferebat vnū tricesimuz.
⁊ vnum sexagesimū. ⁊ vnum cētesimū
Et dicebat: Qui habet aures audiendi
audiat. Et cum esset singularis: interro
gauerunt eum hi qui cum eo erant du
Mt. 13. b. Luc. 8. b. Joh. 12. f odecim. parabolam. Et dicebat eis/ Vo
bis datum est nosse mysteriuz regni dei
illis autē qui foris sunt. in parabolis oīa
Esa. 6. Act. 28. d fiunt/ vt videntes videant ⁊ nō videāt
⁊ audientes audiant et non intelligant
ne quando conuertant̄ ⁊ dimittant̄ eis
peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam
C hanc? Et quomodo omēs parabolas co
Mt. 13. c Luce. 8. b gnoscetis/ Qui seminat: verbum semi/
nat. Hi autem sunt qui circa viam vbi
seminatur verbum: ⁊ cum audierint: cō
festim venit sathanas ⁊ aufert verbum
quod seminatum est in cordibus eoruz
Et hi sunt similiter qui super petrosa se
minantur qui cum audierint verbū. sta
tim cum gaudio accipiunt illud: et non
habent radicē in se. sed temporales sunt
deinde orta tribulatione ⁊ persecutione
propter verbum: confestim scandaliçan
D tur. Et alij sunt qui in spinis seminant̄
Hi sunt qui verbuz audiunt ⁊ erumne
seculi ⁊ deceptio diuitiarum. ⁊ circa reli
qua concupiscentie introeuntes suffo/
cant verbum: ⁊ sine fructu efficitur. Et
hi sunt qui super terram bonam semina
ti sunt: qui audiunt verbum ⁊ suscipiūt
⁊ fructificant. vnum tricesimum. vnuz
sexagesimum ⁊ vnum centesimum/ Et
dicebat illis: Nunquid venit lucerna vt
sub modio ponatur aut sub lecto? Non
ne vt super candelabrum ponatur/ Non
est enim aliquid absconditum quod nō
manifestetur: nec factum est occultū qd̄
non veniat in palam. Si quis habet au
res audiēdi audiat. Et dicebat illis: Vi/
dete quid audiatis/ In q̄ mensura men
si fueritis. remetiet̄ vobis. ⁊ adijciet̄ vo/
bis/ Qui enim habet dabit̄ illi. ⁊ q̄ non
habet. etiaz quod habet auferetur ab eo.
Et dicebat: Sic est regnum dei quēad/
modum si homo iaciat sementez in ter/
ram ⁊ dormiat: ⁊ exurgat nocte ⁊ die: et
semen germinet. ⁊ increscat: dum nescit
ille. Vltro enim terra fructificat: primū
herbam: deinde spicam: deinde plenū fru
mentum in spica. Et cum ex se produxe
rit fructus statim mittit falcem: quoni/
am adest messis. Et dicebat: Cui assimi
labimus regnū dei: aut cui parabole cō/
parabimus illud/ Sicut granum syna
pis quod cū seminatum fuerit in terra
minus est ominib⁹ seminib⁹ que sunt ī
terra: ⁊ cū natum fuerit ascendit in arbo
rem. ⁊ fit maius omnib⁹ oleribꝫ: et facit
ramos magnos. ita vt possint sub vm/
bra eius aues celi habitare/ Et talibus
multis parabolis loquebat̄ eis verbum
prout poterant audire: sine parabola au
tem non loquebat̄ eis: Seorsum autē
discipulis suis disserebat omnia/ Et ait
illis in illa die cum sero esset factū. Trā
seamus contra. Et dimittentes turbaz
assumunt eum ita vt erat in naui: ⁊ alie
naues erant cum illo/ Et facta est ꝓcel/
la magna venti. ⁊ fluctus mittebat ī na/
uim: ita vt impleret̄ nauis. Et erat ipse
in puppi super ceruical dormiens. ⁊ exci/
tant eum. ⁊ dicunt illi: Magister: nō ad
te pertinet: quia perimus? Et exurgens
comminatus est vento et dixit mari:

Tace:obtumesce. Et cessauit ventus:et facta est tranqllitas magna. Et ait illis. /Quid timidi estis:Nec dū habetis fidē. Et timuerūt timore magno ⁊ dicebant ad alterutrū/Quis putas est iste:quia ventus ⁊ mare obediūt ei:

V

Et venerūt trans fretū maris ī regionē gerasenoꝝ/Et exeunti ei de naui statim occurrit de monumētis hō in spū immūdo:q̄ domicilium habebat in monumētis. Et neq̄ catenis iam q̄squā poterat eū ligare:q̄m sepe compedibꝫ ⁊ catenis vinctus/dirupisset catenas.⁊ cōpedes cōminuisset.⁊ nemo poterat eū domare. Et semp die ac nocte in monumētis ⁊ in montibꝫ erat clamans.⁊ concidens se lapidibus. Videns aūt iesum a longe cucurrit ⁊ adorauit eum. et clamans voce magna dixit: Quid mihi et tibi iesu fili dei altissimi: Adiuro te p deū ne me torqueas. Dicebat enī illi:Exi spūs immūde ab homīe isto. Et interrogabat eū.Qd tibi nomē est:Et dicit ei:Legio mihi nomē est: q̄ multi sum⁹. Et depcabat eū multuꝫ ne se expelleret extra regionē/Erat autē ibi circa montē grex porcoꝝ magn⁹ pascens in agris. Et depcabant eū spūs:dicētes: Mitte nos in porcos:vt in eos introeamus. Et pcessit ei statim iesus. Et exeūtes spūs immūdi introierūt in porcos. ⁊ magno impetu grex pcipitat⁹ est ī mari ad duo milia.⁊ suffocati sunt in mari /Qui aūt pascebant eos fugerūt ⁊ nunciauerūt in ciuitatē ⁊ ī agros. Et egressi sunt videre q̄d esset facti.⁊ venerūt ad iesum.⁊ vident illū qui a demonio vexabatur sedentē vestitū ⁊ sane mētis.⁊ timuerunt. Et narrauerūt illis q̄ viderāt q̄liter factū esset ei q̄ demoniū habuerat.et de porcis. Et rogare ceperūt eū vt discederet de finibꝫ eoꝝ/Cunq̄ ascēderet nauim:cepit illū depcari q̄ a demonio vexatus fuerat vt esset cū illo.et nō admisit eum:sed ait illi.Vade in domuꝫ tuaꝫ ad tuos.⁊ annūcia illis q̄nta tibi dōs fecerit.⁊ miserē⁹ sit tui.Et abiit et cepit pdicare in decapoli.q̄nta sibi fecisset iesus.⁊ oēs mirabant/Et cuꝫ ascēdisset iesus in nauim rursus trās fretū: puenit turba multa ad eū.⁊ erat circa mare. Et venit quidā de archisynagogis noīe iayr⁹ ⁊ videns eū pcidit ad pedes eius ⁊ depcabatur eū multū dicens:q̄m filia mea in extremis est. Veni impone manū tuam sup eam:vt salua sit ⁊ viuat. Et abiit cū illo.⁊ seq̄bat eū turba multa:⁊ cōpreimebant eū/Et mulier q̄ erat ī pfluuio sanguinis annis duodecim ⁊ fuerat multa perpessa a cōpluribꝫ medicis ⁊ erogauerat oīa sua.nec quicq̄ pfecerat: sed magis deteri⁹ habebat:cū audisset de iesu venit in turba retro.⁊ tetigit vestimentuꝫ eius. Dicebat enī:q̄ si vel vestimentum ei⁹ tetigero:salua ero. Et pfestim siccat⁹ est fons sanguinis ei⁹ ⁊ sensit corpe:q̄ sanata esset a plaga. Et statim iesus ī semetipo cognoscens virtutē q̄ exierat de illo:cōuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit vestimēta mea:Et dicebant ei discipuli sui:Vides turbā comprimentez te.⁊ dicis quis me tetigit:Et circūspiciebat videre eā q̄ hoc fecerat. Mulier vero timens ⁊ tremēs sciens qd factū eēt in se:venit ⁊ pcidit añ eū ⁊ dixit ei oīnez veritatē. Ille aūt dixit ei/Filia fides tua te saluā fecit:vade in pace:et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquēte veniūt nūcij ad archisynagogū dicētes:q̄ filia tua mortua est: Quid vltra vexas magistꝝ: Jesus aūt audito verbo qd dicebat: ait archisynagogo. Noli timere: tm̄modo crede. Et nō admisit quēq̄ sequi:nisi petrum ⁊ iacobū ⁊ iohannē fratrem iacobi. Et veniūt in domum archisynagogi Et vidit tumultū ⁊ flentes ⁊ eiulantes multū:⁊ ingressus ait illis:Quid turbamini ⁊ ploratis/Puella nō est mortua sed dormit. Et irridebant eū. Ipe vero eiectis oībus assumit patrē ⁊ matrē puelle.⁊ qui secuꝫ erant.et ingrediunt vbi puella erat iacens:⁊ tenens manū puelle ait illi:Thabitacumi:qd est interpretatum/puella tibi dico surge. Et confestim surrexit puella:⁊ ambulabat. Erat aūt annoꝝ duodecim. Et obstupuerūt

Mat.9.d.Luc.8.f.Joh.4.g.

Mat.9.d.Luc.8.f.

E

Mat.9.e.Luc.7.g.⁊ 18.g.

F

Mat.9.e.

Mat.9.c.

G

Mat.9.f stupore magno. Et ꝓcepit illis vehemẽ/
ter: vt nemo id sciret: et iussit dare illi
A manducare. VI
Mat.13.g. Lu. 4.c. Joh.4.f. Et egressus inde abijt ī patriaꝫ
suã: ⁊ seqbant eum discipuli sui
Et facto sabbato cepit in synagoga doce
re. ⁊ multi audiẽtes admirabant in do/
ctrina eius dicẽtes: Unde huic hec oĩa: Et
Mat.13.g. Joh.6.e que est sapĩa q̃ data est illi: ⁊ virtutes ta
les que p manꝰ eiꝰ efficiunt. Nõne hic
est faber filiꝰ marie: frater iacobi ⁊ ioseph
⁊ iude ⁊ simonis: Nõne ⁊ sorores eiꝰ hic
nobiscũ sunt: Et scandalizabant in illo.
Mt.13.g. Luce.4.d. Joh.4.f /Et dicebat illis ihesus: qz nõ est ꝓphẽta
sine honore nisi in patria sua ⁊ in domo
sua ⁊ in cognatiõe sua. Et nõ poterat ibi
virtutẽ vllam facere. nisi paucos infir/
mos impositis manibꝫ curauit: ⁊ miraba
B tur ꝓpter incredulitatez eoꝝ: ⁊ circũibat
Mat.10.a. Luce.9.a. castella ī circũitu docens. Et vocauit du
odecim. ⁊ cepit eos mittere binos: ⁊ da
bat illis ptãtem spirituũ immũdoꝝ. Et
ꝓcepit eis ne q̃d tollerent in via nisi vir
gam tñm: nõ peram nõ panem neqz ī cona es
Ephe.6.c. Mat.10.b. Luce.10.b. Mat.10.c Luce.9.a. /sed calciatos sandaliꝭs: ⁊ ne induerent
duabꝰ tunicis. Et dicebat eis: Quocũ/
qz introieritis in domũ illic manete do/
nec exeatis inde. ⁊ q̃cunqz non receperint
vos neqz audierint: exeũtes inde excuti/
te puluerẽ de pedibꝰ vris ī testimoniũ il
lis. Et exeũtes ꝑdicabant vt pniam age
Ja.5.c. Mat.14.a. Luc.9.a rent: ⁊ demonia multa eiciebãt. ⁊ vnge
bant oleo mltos egros ⁊ sanabant. Et
audiuit rex herodes: manifestũ enī factũ
est nomẽ eius ⁊ dicebat: Quia iohãnes
baptista resurrexit a mortuis. ⁊ ꝓpterea
virtutes opant in illo. Alij aũt dicebãt
qz helias est: alij vero dicebãt: qz ꝓphẽta
Mt.14.a. Luc.9.b. C Mt.14.a Luce.3.d est q̃si vnus exꝓphẽtis. Quo audito he
rodes ait: Quẽ ego decollaui iohannez
hic a mortuis resurrexit. Ipe enī herO/
des misit ac tenuit iohannẽ ⁊ vinxit eũ
Mat.14.a. /in carcere ꝓpter herodiadem vxorẽ phi/
lippi fratris sui. qz duxerat eã. Dicebat
enī iohannes herodi. Nõ licet tibi habe
re vxorẽ fratris tui. Herodias aũt insi/
diabat illi ⁊ volebat occidere eũ nec po/
terat. Herodes aũt metuebat iohannẽ
sciens eum virũ iustũ ⁊ sanctũ. ⁊ custo/
diebat eũ: ⁊ audito eo multa faciebat. et
libenter eũ audiebat. Et cũ dies oppor/
tunus accidisset: herodes natalibus suis ce/
nam fecit principibꝰ ⁊ tribunis ⁊ primis
galilee. Cumqz introisset filia ipiꝰ herodi
adis ⁊ saltasset ⁊ placuisset herodi. simul 2.Reg.9
qz recumbentibꝰ: rex ait puelle. Pete a Hester.v
me qd̃ vis. ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: qz
q̃cq̃d petieris dabo tibi: licz dimidiũ regni
mei. Que cũ exisset dixit mri sue. Quid
petam: At illa dixit: Caput iohannis ba
ptiste. Cumqz introisset statim cũ festina/
tione ad regẽ petiuit dicens: Volo: vt p
tinus des mihi in disco caput iohannis
baptiste. Et contristatus est rex. Propter
iusiurandũ ⁊ ꝓpter simul discumbentes
noluit eam contristare: sed misso spicula/
tore ꝓcepit afferri caput eiꝰ in disco. ⁊ de
collauit eum in carcere. Et attulit caput
eius in disco. ⁊ dedit illud puelle ⁊ puel/ Mat.14.
la dedit matri sue. Quo audito discipu/
li eius venerũt ⁊ tulerũt corpꝰ eiꝰ. et po
suerũt illud in monumẽto. Et ꝓuenien
tes apli ad ihesum: renũciauerũt ei omia
q̃ egerant ⁊ docuerãt. Et ait illis. UenI/
te seorsum in desertũ locũ. ⁊ requiescite pu/
sillũ. Erant enī qui veniebãt ⁊ rediebãt C
multi. Et nec spatium mãducandi habebãt
Et ascẽdentes in nauĩ abierũt ī desertũ lo
cũ seorsum. Et viderũt eos abeũtes ⁊ co/ Mat.9.b et
gnouerũt multi ⁊ pedestres de oĩbꝰ ciui/ f.j.s.d
tatibꝰ cucurrerũt illuc ⁊ ꝓuenerũt eos. Et
exiens vidit turbã multã ihesus ⁊ misere/
tus est sup eos qz erãt sicut oues nõ ha
bentes pastorẽ. ⁊ cepit illos docere mlta
Et cũ iam hora multa fieret: accesserunt
discipli eiꝰ dicẽtes: Desertꝰ est locꝰ. hicz
iã hora ꝓterijt. Dimitte illos: vt eũtes i
primas villas ⁊ vicos emant sibi cibos
quos manducẽt. Et respõdens ait illis: Mat.14.c
/Date illis manducare. Et dixerunt ei Luce.9.b
Eũtes emamꝰ ducẽtis denarijs panes:
⁊ dabimꝰ illis manducare. Et dicit eis: Mt.14.a
/Quot panes hẽtis: Ite ⁊ videte. Et Luce.9.b
cũ ognouissent dicũt. Quicqz. Et duos Johan.6.a
pisces. Et ꝓcepit illꝰ vt accũbere facerẽt
ordines ꝑ cõtubernia sup viride fenum

Et discubuerũt in ꝑtes: ꝑ centenos et
quinq̃genos // Et acceptis q̃nq̃ panibus
⁊ duobꝫ piscibꝫ: intuens in celuꝫ benedi-
xit ⁊ fregit panes: ⁊ dedit discipulis suis
vt ponerent añ eos: ⁊ duos pisces diui-
sit oĩbus. Et mãducauerũt oms̃. ⁊ satu-
rati sunt. Et sustulerũt reliq̃as fragmẽ-
torum duodecim cophinos plenos ⁊ de
piscibꝫ. Erant aũt q̃ mãducauerũt q̃nq̃
milia virorꝫ. Et statim coegit discipl'os
suos ascendere nauim vt ꝑcederẽt eum
trans fretũ ad bethsaidã: dũ ipe dimitte
ret populũ. Et cũ dimisisset eos abijt in
montẽ orare. Et cũ sero esset erat nauis
in medio mari ⁊ ipe solus ĩ terra. Et vi
dens eos laborantes in remigando: erat
enĩ vent⁹ ꝯtrari⁹ eis: Et circa q̃rtã vigi-
liam noctis venit ad eos ambulans su-
pra mare: ⁊ volebat preterire eos. At illi
vt viderũt eum ambulantẽ supra mare
putauerũt fantasma esse ⁊ exclamauerũt
Oms̃ enĩ viderũt eũ ⁊ ꝯturbati sũt. Et
statim locut⁹ est cũ eis: ⁊ dixit eis. Cõfi-
dite. Ego sum: nolite timere // Et ascen-
dit ad illos in nauim: ⁊ cessauit ventus.
Et plus magis intra se stupebãt. Nõ eĩ
intellexerũt de panibꝫ. Erat enĩ cor eorꝫ
obcecatũ. Et cũ transfretassent venerũt
in terrã genasareth: ⁊ applicuerũt. Cũq̃
egressi essent d̃ naui. ꝯtinuo ꝯgnouerũt
eum: ⁊ ꝑcurrẽtes vniũsam regionẽ illã
ceperant in grabatis eos q̃ se male habe
bant circũferre vbi audiebãt eũ esse. Et
quocunq̃ introibat in vicos vel ĩ villas
aut ciuitates: in plateis ponebant infir-
mos // ⁊ deprecabant̃ eum vt vel fimbriã
vestimenti ei⁹ tangerent: ⁊ quotquot tã
gebant eum. salui fiebant. VII

Et cõuenerunt ad eũ pharisei ⁊
quidã de scribis veniẽtes ab hie
rosolymis. Et cuꝫ vidissent q̃s-
dam ex discipulis ei⁹ cõmunibꝫ manibꝫ
id est nõ lotis mãducare panes. vitupe
rauerũt. Pharisei aũt ⁊ oms̃ iudei nisi
crebro lauerint manus nõ manducant.
tenentes traditionẽ seniorꝫ ⁊ a foro veni
entes nisi baptiçent̃ nõ comedũt: ⁊ alia
multa sunt q̃ tradita sunt illis seruare.
baptismata calicũ ⁊ vrceorꝫ ⁊ eramento- B
rũ ⁊ lectorũ // Et interrogabãt eũ phari Mat. 15. a
sei ⁊ scribe: Quare discipuli tui non am
bulant iuxta traditionẽ seniorꝫ: sꝫ cõmu-
nibus manibꝫ mãducant panez? At ille
rñdens dixit eis. Bene ꝓphetauit esaias
de vob̃ hypocritis: sic̃ scriptũ est // Popu Esa. 29.
lus hic labijs me honorat: cor aũt eoruꝫ Mat. 15. b.
longe est a me. In vanũ aũt me colunt
docẽtes doctrinas ⁊ ꝑcepta hoĩm. Relin
quẽtes enĩ mandatũ dei tenetis traditi
ones hominũ: baptismata vrceorꝫ ⁊ cali
cum. ⁊ similia his facitis multa. Et di- C
cebat illis // Bene irritũ fecistis ꝑceptuꝫ Act. 5. c
dei: vt traditionẽ vestrã seruetis. Moy-
ses enĩ dixit // Honora ꝑtem tuũ ⁊ mr̃ez Exo. 20. deut. 5.
tuam // ⁊ qui maledixerit patri vel matri Exo. 21. Leuit. 20.
morte moriatur. Vos autẽ dicitis: Si
dixerit homo ꝑti aut matri corban q̃d ẽ
donũ quodcunq̃ ex me tibi ꝓfuerit: ⁊ vl
tra nõ dimittitis eũ quicq̃ facere patri
suo aut matri: rescindẽtes verbũ dei per
traditionẽ vr̃am quã tradidist̃. Et simi
lia huiusmodi multa facitis. Et aduo-
cans iterũ turbas dicebat illis: Audite
me oẽs ⁊ ĩtelligite. Nihil est extra hoĩem D
introiens in eũ q̃d possit eũ coinquina-
re: sed q̃ de hoĩe ꝓcedũt illa sunt q̃ cõmu
nicant hoĩem. Si q̃s habet aures audiẽ
di audiat // Et cũ introisset in domum a Mat. 15. c
turba: interrogabãt eũ discipuli ei⁹ pa-
rabolam. Et ait illis // Sic ⁊ vos impru Heb. 5. d
dentes estis? Non intelligitis. qꝛ oẽ ex-
trinsec⁹ introiens in hoĩem nõ põt eum
cõmũicare qꝛ nõ intrat in cor ei⁹ sꝫ ĩ ven
trem vadit ⁊ in secessuꝫ exit purgãs oẽs
escas? Dicebat aũt: qm̃ illa q̃ de hoĩe exe- E
unt illa cõicant hoĩem // Ab int⁹ enim de Mat. 15. c
corde hoĩm male cogitatiões procedũt:
adulteria. fornicatiões. homicidia. furta
auaritie. nequitie. dolus. impudicitie. o-
culus malus. blasphemia. suꝑbia. stulti-
cia. Oĩa hec mala ab int⁹ ꝓcedũt. ⁊ com
municãt hoĩez. Et inde surgẽs abijt ĩ fi-
nes tyri ⁊ sidoĩs: ⁊ ĩgressus domũ nemi
nẽ voluit scire ⁊ ñ potuit latere // Mulier Mat. 15. d
enĩ statĩ vt audiuit d̃ eo cui⁹ filia hẽbat
spm̃ ĩmũdũ ĩtrauit ⁊ ꝓcidit ad pedes ei⁹

Erat enī mulier gētilis syrophenissa ge
nere. Et rogabat eū vt demoniū eijceret
F de filia eius. Qui dixit illi: Sine pri⁹ sa
Mat. 15. e turari filios / Nō est eī bonū sumere pa
nē filioꝝ: ⁊ mittere canib⁹. At illa rn̄dit.
⁊ dixit illi: Utiq; dn̄e. Nā ⁊ catelli come
dunt sub mensa de micis pueroꝝ. Et ait
illi. Propter hūc sermonē vade: exijt de
moniū a filia tua. Et cū abisset domum
inuenit puellā iacentē supra lectū. ⁊ de
moniū exijsse. Et iteꝝ exiens de finib⁹ ty
ri venit ꝑ sidonē ad mare galilee int̄ me
dios fines decapoleos. Et adducūt ei sur
dum ⁊ mutū. Et depcabant̄ eū vt impo
G nat illi manū. Et apprehendens eum de
turba seorsum. misit digitos suos in au
riculā ei⁹: ⁊ expuens tetigit linguā ei⁹: et
suspitiens in celū ingemuit. ⁊ ait illi. Ef
feta: qd̄ est adapire. Et statī apte sūt au
res eius: ⁊ solutū est vinculū lingue ei⁹
Mt. 9. f. ⁊ 12. b. et loquebat̄ recte / Et p̄cepit illis ne cui
⁊ 17. c. j. 9. b dicerēt. Quāto aūt eis p̄cipiebat tanto
Luce. 9. e magꝭ plus p̄dicabāt / ⁊ eo amplius am
mirabant̄. dicentes: Bene oīa fecit ⁊ sur
A dos fecit audire: ⁊ mutos loqui. VIII
Mt. 15. f. s. 6. e. IN diebus illis iteꝝ cum turba
multa esset cū iesu nec haberēt
qd̄ manducarent: cōuocatis di
scipulis ait illis: Misereor sup turbam:
qꝛ ecce iam triduo sustinent me nec ha
bent qd̄ manducēt. ⁊ si dimisero eos ie
Esaie. 60. iunos in domū suā. deficient ī via / Qui
dam enī ex eis de longe venerūt. Et rn̄
derunt ei discipuli sui. Unde illos quis
poterit hic saturare panib⁹ in solitudīe?
Et īterrogauit eos. Quot panes habe
j. eodē. d. j tis / Qui dixerūt: Septē. Et p̄cepit tur
s. 6. f. Jo. 6. b. be discumbere super terraꝫ / Et accipiens
septeꝫ panes grās agens fregit ⁊ dabat
discipul' suis vt apponerēt. ⁊ apposuerūt
turbe. Et habebāt pisciculos paucos: et
B ip̄os benedixit: ⁊ iussit apponi. Et mādu
cauerunt ⁊ saturati sunt. ⁊ sustulerūt qd̄
supauerat de fragmētis septem sportas.
Erant aūt qui māducauerāt q̄si q̄ttuor
milia: ⁊ dimisit eos. Et statim ascendēs
Mat. 16. a. nauim cū discipul' suis: venit in partes
Joh. 6. d dalmanutha / Et exierunt pharisei ⁊ ce

perūt conq̄rere cū eo: q̄rentes ab illo si
gnū de celo: tēptātes eū. Et ingemiscēs
spū ait: Quid generatio ista signū q̄rit.
Amen dico vobis. si dabit̄ generatōi isti
signū. Et dimittens eos ascendit iterū
nauim: ⁊ abijt trans fretū. Et obliti sūt
panē sumere. ⁊ nisi vnū panē non habe
bant secū ī naui / Et p̄cipiebat eis dicēs
Uidete ⁊ cauete a fermēto phariseoruꝫ
⁊ fermēto herodis. Et cogitabant ad al
terutrū dicētes: qꝛ panes nō habemus.
Quo cognito: ait illis iesus. Quid cogi
tatis qꝛ panes nō habetꝭ? Nondū ꝯgno
scitis nec intelligitꝭ? Adhuc cecatū habe
tis cor vr̄m / Oculos hn̄tes nō videtis
⁊ aures hn̄tes nō auditis / Nec recorda
mini qn̄ quinq; panes fregi in q̄nq; mi
lia: ⁊ quot cophinos fragmētoꝝ plenos
sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Qn̄
⁊ septem paues in q̄ttuor milia: q̄t spor
tas fragmentorum tulistis / Et dicūt ei
Septem. Et dicebat eis. Quō nondū
intelligitis? Et veniūt bethsaida: ⁊ addu
cunt ei cecū / ⁊ rogabant euꝫ vt illū tan
geret. Et apprehensa maū ceci eduxit eū
extra vicum. ⁊ expuens in oculos eius
impositis manib⁹ suis interrogauit euꝫ
si q̄d videret. Et aspiciēs ait: Uideo ho
mines velut arbores ambulantes. De
inde iterū imposuit man⁹ sup oc'los eius
⁊ cepit videre: ⁊ restitut⁹ est: ita vt clare
videret om̄ia. Et misit illū in domū su
am: dicens. Uade in domū tuam: ⁊ si in
vicum introieris nemini dixeris / Et in
gressus est iesus ⁊ discipuli eius castella
cesaree philippi: ⁊ in via īterrogabat di
scipulos suos dicens eis: Quem me di
cunt esse homīes? Qui rn̄derunt illi di
centes: Alij iohannē baptistam. alij heli
am: alij vero quasi vnuꝫ de ꝓphetis. Tūc
dicit illis: Uos vero quem me esse dici
tis? Respondens petr⁹ ait ei: Tu es chri
stus. Et cōminat⁹ est eis: ne cui dicerēt
de illo / Et cepit docere eos qm̄ oportet
filium hoīs pati multa ⁊ reprobari a se
nioribꝫ ⁊ a summis sacerdotib⁹ ⁊ scribis
⁊ occidi: ⁊ post tres dies resurgere. Et pa
lam verbū loquebat̄. ⁊ app̄hendens euꝫ

petrus cepit increpare eū. Qui ꝯuersus
⁊ vidēs discipl'os suos. cōminat⁹ ē petro
dicens // Clade retro me sathana: qm̄ nō
sapis q̄ dei sunt: sed q̄ sunt hoīm // Et cō-
uocata turba cū discipl'is suis: dixit eis:
Si q̄s vult me seq̄. deneget semetipsuz
⁊ tollat crucē suā. ⁊ sequat̄ me // Qui enī
voluerit aīam suā saluā facere ꝑdet eam
qui aūt ꝑdiderit aīam suam ꝓpter me ⁊
euangeliū. saluā faciet eam. Quid eniz
ꝑderit hoī si lucret̄ mdm̄ totum: ⁊ detri
mentū aīe sue faciat? Aut q̄d hō cōmu-
tationis dabit ꝓ anīa sua // Qui eniz me
ꝯfessus fuerit ⁊ verba mea in generatio
ne ista adultera ⁊ peccatrice. ⁊ fili⁹ hoīs
confitebit̄ eum cū venerit in gl'ia patris
sui cum angelis sanctis. IX

Et dicebat illis // Amē dico vobis
q2 sunt q̄daz de hic stantibꝫ q̄ nō
gustabūt mortē donec videant
regnū dei veniens in virtute // Et post di
es sex. assumpsit iesus petrū ⁊ iocobū et
iohannē: ⁊ ducit illos in montē excelsuz
solos. ⁊ transfigurat⁹ est corā ip̄is. Et ve
stimenta ei⁹ facta sunt splendētia ⁊ cādi
da nimis velut nix: qualia fullo non pōt
sup terrā candida facere. Et apparuit ill'
helias cū moyse: ⁊ erant loquētes cuz ie
su. Et rn̄dens petrus ait iesu: Rabbi bo
num est nos hic esse. ⁊ faciam⁹ tria taber
nacula: tibi vnuz. ⁊ moysi vnum. ⁊ helie
vnū. Non enī sciebat q̄d diceret. Erant
eniz timore exterriti. Et facta est nubes
obumbrans eos. ⁊ venit vox de nube di-
cens: Hic est fili⁹ meus charissim⁹ audi
te illū. Et statim circūspiciētes. neminē
amplius viderūt nisi iesum tm̄ secū // Et
descendentibꝫ illis de monte p̄cepit illis
ne cuiq̄ q̄d vidissent narrarēt nisi cuz fi
lius hoīs a mortuis resurrexerit. Et ver
bum cōtinuerūt apud se: conq̄rētes q̄d
esset cū a mortuis resurrexerit. Et inter
rogabant eū dicētes // Quid g̊ dicūt pha
risei ⁊ scribe q2 heliā oporteat venire pri-
mū? Qui rn̄dens ait ill': Helias cuz ve-
nerit p̄rio restituet oīa. ⁊ quō scriptū est
in filiū hoīs: vt multa patiat̄ ⁊ ꝯtēnatur
Sed dico vob: q2 ⁊ helias venit: ⁊ fecerūt
illi q̄cunq̄ voluerūt sicut scriptū ē de eo
Et veniens ad discipl'os suos vidit tur-
bam magnā circa eos. ⁊ scribas ꝯq̄rētes
cū illis. Et ꝯfestim oīs ꝓpl's vidēs iesuz
stupefactus ē ⁊ expauerūt. ⁊ accurrentes
salutabāt eū. Et īterrogauit eos. Quid
inter vos ꝯq̄ritis // Et rn̄dens vn⁹ d̄ tur
ba dixit: Magr̄ attuli filiū meuz ad te ha
bentē spūm mutū: qui vbicūq̄ eū appre
henderit. allidit illuz: et spumat ⁊ stridet
dentibꝫ ⁊ arescit. Et dixi discipulis tuis
vt eijcerent illū: ⁊ nō potuerūt. Qui rn̄-
dens eis dixit // O generatio incredula:
q̄ꝫdiu apud vos ero? q̄ꝫdiu vos patiar?
Afferte illū ad me. Et attulerūt euz. Et
cū vidisset eū. statim spūs cōturbauit il-
lū: ⁊ elisus in terrā volutabat̄ spumans
Et interrogauit p̄rem ei⁹: Quātū tp̄is
est ex q̄ ei hoc accidit? At ille ait: Ab īfan
tia. Et frequēter eū in ignē ⁊ in aquam
misit: vt eū ꝑderet. Sed si q̄d potes: ad
iuua nos. misert⁹ nr̄i. Iesus aūt ait illi:
Si potes credere oīa possibilia sunt cre
denti: Et ꝯtinuo exclamans p̄r pueri cū
lachrymis aiebat. Credo dn̄e: adiuua in
credulitatē meā. Et cū vidisset iesus cō
currentē turbā. cōminat⁹ est spiritui im
mūdo dicēs illi: Surde ⁊ mute spiritus
ego p̄cipio tibi exi ab eo. ⁊ ampli⁹ ne in-
troeas in eū. Et exclamans ⁊ multū dis
cerpens eū: exijt ab eo. ⁊ fact⁹ est sic mor
tuus ita vt multi dicerēt q2 mortu⁹ est.
Iesus aūt tenens manū ei⁹ eleuauit eū
⁊ surrexit. Et cū introisset in domū: disci
puli ei⁹ secreto interrogabāt eū // Qua-
re nos nō potuim⁹ eijcere eū? Et dixit il
lis: Hoc genus in nullo pōt exire. nisi ī
orōne ⁊ ieiunio. Et inde ꝓfecti p̄tergre-
diebāt̄ galileā: nec volebat quenq̄ scire.
// Docebat aūt discipl'os suos: ⁊ dicebat
illis qm̄ fili⁹ hoīs tradet̄ in man⁹ hoīum
⁊ occident eū: ⁊ occisus tertia die resur-
get. At illi ignorabāt verbū. ⁊ timebant
interrogare eū. Et venerūt capharnauz
Qui cum domi essent interrogabat eos
Quid in via tractabat̄ // At illi tacebant
Siquidē in via inter se disputauerant:
q̄s eoꝝ maior esset. Et residens vocauit

C

Mat. 17. d
Luce. 9. e

Mat. 17. e
Luc. 9. e.

D

Mat. 17. e

E

Mat. 17. f
Luce. 9. e
s. 8. f. ⁊ j. 10. e.

Mat. 18. a
Luce. 22. c

duodecim: ⁊ ait illis / Si quis vult primus esse: erit oim nouissim⁹: ⁊ oim minister / Et accipiens puerū statuit eū in medio eoꝝ: quē cū cōplexus esset ait illi. / Quisquis vnū ex huiusmodi puerꝭ receperit in noīe meo: me recipit. ⁊ q̄cunqꝫ me suscepit. nō me suscipit: sed eū q̄ misit me / Respondit illi iohānes dicens: Magister vidim⁹ quendā in noīe tuo eicientē dēmonia qui nō sequit nos: ⁊ phibuimus euꝫ. Jesus aūt ait: Nolite phibere eū / Nemo est enī qui facit virtutez in noīe meo: ⁊ possit cito male loqui de me. Qui enī nō est adūsum vos. p vob est / Quisquis enī potū dederit vob calicem aque frigide in noīe meo: q⁹ christi estis: amē dico vobis nō pdet mercedez suā / Et q̄squis scandaliçauerit vnuꝫ ex his pusillis credentib⁹ in me: bonū est ei magis si circūdaret mola asinaria collo eius ⁊ in mare mitteret. Et si scādaliçauerit te man⁹ tua: abscide illā. Bonū est tibi debilē introire in vitaꝫ q̄ duas manus hītem. ire in gehennā in ignē inextinguibilē / vbi vermis eoꝝ nō moritur ⁊ ignis nō extinguit. Et si pes tu⁹ te scādaliçat: amputa illū. Bonū est tibi claudum introire in vitā eternā: q̄ duos pedes hītem mitti in gehennā ignis inextinguibilis. vbi vermis eoꝝ nō moritur ⁊ ignis nō extinguit. Q⁹ si oc̄lus tu⁹ scādaliçat te. eiice eū / Bonū est tibi luscuꝫ introire in regnū dei. q̄ duos oc̄los habentē. mitti in gehennā ignis: vbi vermis eoꝝ nō morit. ⁊ ignis nō extinguit. Oīs enī igne saliet. ⁊ oīs victima sale saliet. / Bonū est sal. Q⁹ si sal insulsuꝫ fuerit: ī quo illud cōdietis? Habete in vobis sal ⁊ pacē habete inter vos. X

Et / Exinde exurgens venit ī fines iudee vltra iordanē. ⁊ cōuenīt iterum turbe ad eū. ⁊ sicut ꝓsueuerat iterū docebat illos. Et accedentes pharisei interrogabant euꝫ si licet viro vxorem dimittere. temptātes eū. At ille rīdens dixit eis: Quid vobis precepit moyses? Qui dixerūt / Moyses pmisit libellū repudij scribere ⁊ dimittere. Qui bus rīdens iesus ait: Ad duritiā cordis vr̄i scripsit vob p̄ceptū istud / Ab initio aūt creature masculū ⁊ feminā fecit eos deus. Propter hoc relinquet hō patrez suū ⁊ mr̄em ⁊ adhērebit ad vxorē suam: / ⁊ erūt duo in carne vna. Itaqꝫ iam nō sunt duo: sed vna caro. Q⁹ ergo de⁹ cōiunxit: hō nō separet. Et in domo iterū discipuli ei⁹ de eodē interrogauerūt euꝫ / Et ait illis: Quicūqꝫ dimiserit vxorez suā ⁊ aliā duxerit. adulteriū cōmittit sup eā. Et si vxor dimiserit virū suum ⁊ alij nupserit mechat / Et offerebant illi puulos vt tangeret illos: discipuli aūt cōminabant offerentib⁹. Quos cū vidēret iesus: indigne tulit / Et ait illi: Sinite puulos venire ad me ⁊ ne phibueritis eos. Taliū enī est regnū dei. Amen dico vobis quisquis non receperit regnum dei velut puulus nō intrabit ī illud. Et cōplexans eos ⁊ imponens man⁹ sup illos: benedicebat eos. Et cū egressus esset in via ꝓcurrens quidā genuflexus añ eū rogabat eū dicēs / Magr bone: q̄d faciā vt vitā eternā pcipiam? Jesus aūt dixit ei Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi vnus de⁹ / Precepta nosti: ne adulteres. ne occidas. ne furer̄is. ne falsuz testimoniū dixeris. honora pr̄em tuū ⁊ mr̄em. At ille rīdens ait illi: Magr hec oīa obseruaui a iuuentute mea. Jesus aūt intuit⁹ eū dilexit eū ⁊ dixit ei: Vnū tibi deest / Vade q̄cūqꝫ hēs vende ⁊ da paupib⁹ / ⁊ hēbis thesaurū in celo. ⁊ veni sequere me / Qui ꝓtristatus in verbo: abijt merens. Erat enī hīs multas possessiones. Et circūspiciens iesus: ait discipul⁹ suis. q̄ difficile q̄ pecunias hītes in regnū dei introibūt. Discipuli aūt obstupescebāt in vbis ei⁹. At iesus rursus rīdens ait illis: Filioli: q̄ difficile est cōfidentes in pecunijs in regnū dei introire / Facili⁹ est camelum p foramē acus tranſire: q̄ diuitē intrare in regnum dei. Qui magis ammirabant dicentes: ad semetipos. Et q̄s pōt salu⁹ fieri? Et intuens illos iesus ait / Apud hoīes impossibile est: sed nō apud deū / Oia enī possibilia

Mat. 20. f.
Mat. 18. a.
Luce. 9. f
Mat. 18. a.
Luce. 9. f
F
Luce. 9. f
i. Cor. 12. a.
Mat. 10. g
Mat. 18. a
Luce. 7. a
G
Esa. 66
Ezech. 20.
Mat. 18. b
Mat. 5. b
Luce. 14. g.
A
Mt. 19. a.
Deut. 24.
Mt. 5. e. ⁊ 19. b
Gen. ii.
Mat. 19. b
Gen.
Ephe. v.
i. Cor. 6.
Mat. 19. b Luce.
Mat. 19.
Luce. 18.
Mat. 19.
Luce. 18.
Mat. 19. b
Exo. 20. Deu.
8. a. Gal. 5.
Mat. 19. b
Mat. 19. b
2. Cor. 8.
Mat. 19. b
Mat. 19. b Luc. 18.
Mat. 19. b Luc. 18.

sunt apud deū // Et cepit ei petr⁹ dicere:
Ecce nos dimisim⁹ oīa: ⁊ secuti sumus
te. Rñdens iesus ait // Amen dico vobis
nemo est q̄ reliquerit domū aut fratres
aut sorores aut p̄rem aut mr̄em aut fili
os aut agros: ꝓpte me ⁊ ꝓpter euāgeliū
qui nō accipiet cēties tm̄ nūc in tp̄e hoc
domos ⁊ frēs ⁊ sorores ⁊ mr̄es ⁊ filios ⁊
agros cū p̄secutiōib⁹: ⁊ in seculo futuro
vitā eternā // Multi aūt erūt primi no
uissimi: ⁊ nouissimi primi. Erant aūt in
via ascēdentes hierosolymā. ⁊ p̄cedebat
illos iesus. Et stupebant. ⁊ sequentes ti
mebant // Et assumens iterꝫ duodecī ce
pit illis dicere q̄ eēnt ei ventura. Quia
ecce ascēdim⁹ hierosolymā. ⁊ fili⁹ homīs
tradet̄ principib⁹ sacerdotū ⁊ scribis ⁊ se
nioribꝫ: ⁊ dānabūt euꝫ morte. Et tradēt
eū gentib⁹ ⁊ illudēt ei: ⁊ cōspuent euꝫ et
flagellabūt eū ⁊ interficiēt eum: ⁊ tertia
die resurget // Et accedūt ad eū iacobus
⁊ iohānes filij çebedei dicētes: Mgr̄ vo
lum⁹ vt q̄dcūq̄ petierim⁹ facias nobis.
At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam
vobis? Et dixerūt. Da nob̄ vt vn⁹ ad de
xteram tuā. ⁊ ali⁹ ad sinistrā tuā sedeam⁹
in gloria tua. Jesus aūt ait eis: Nescitis
q̄d petatis. Potestis bibere calicē quem
ego bibo: aut baptismo q̄ ego baptiçor
baptiçari? At illi dixerūt ei: Possumus
Jesus aūt ait eis. Calicē quidē quē ego
bibo bibetis. et baptismo q̄ ego baptiçor
baptiçabimini: sedere aūt ad dexterā me
am vel ad sinistrā nō est meū dare vobis
sed q̄b⁹ paratū est // Et audiētes decē in
dignati sunt de iacobo ⁊ iohāne. Jesus
aūt vocans eos. ait ill' // Scitis q̄r hi q̄ vi
dent̄ p̄rīcipari gentib⁹ dñant̄ eis. ⁊ p̄rīci
pes coꝝ ptātez hñt ip̄oꝝ? Non ita ē aūt
in vobis: sed q̄cūq̄ voluerit fieri maior
erit vr̄ minister. ⁊ quicūq̄ voluerit ī vo
bis prim⁹ esse. erit oīm seru⁹. Nā ⁊ filius
hoīs nō venit vt ministraretur ei: sed vt
ministraret: ⁊ daret aīam suā redēptio
nem ꝓ multis // Et veniūt hiericho. Et
proficiscente eo de hiericho. ⁊ discipulis
ei⁹ ⁊ plurima multitudīe: filius thimei
barthimeus cecus sedebat iuxta viam
mendicans. Qui cū audisset q̄r iesus na
çarenus est: cepit clamare ⁊ dicere: Je
su fili dauid miserere mei. Et cōminabā
tur illi mlti vt taceret. At ille mlto ma
gis clamabat: fili dauid miserere mei Et
stans iesus p̄cepit illū vocari. Et vocant
cecū: dicētes ei. Animequior esto surge
vocat te. Qui ꝓiecto vestimento suo exi
liens venit ad eū. Et rñdens iesus dixit
illi: Quid tibi vis faciā? Cecus aūt dixit
ei: Rabboni vt videā. Jesus aūt ait illi:
Vade. Fides tua te saluū fecit // Et cōfe
stim vidit. ⁊ sequebat̄ eū in via. XI

A

Et cū appropinquarēt hieroso
lyme ⁊ bethanie ad montez oli
uarū mittit duos ex discipul' su
is. ⁊ ait illis. Jte in castellū q̄d cōtra vos
est: ⁊ statim introeūtes illuc inuenietis
pullū ligatum. sup̄ quē nemo adhuc ho
minū sedit. Soluite illū ⁊ adducite Et
si quis vobis dixerit q̄d facitis: dicite q̄r
dño necessari⁹ est: ⁊ cōtinuo illū dimit
tet huc // Et abeūtes inuenerūt pullum
ligatū ante ianuam foris in biuio ⁊ sol
uunt eū. Et quidā de illic stantib⁹ dice
bant illis: Quid facitis soluētes pullū?
Qui dixerūt eis sicut precep̄at ill' iesus
⁊ dimiserunt eis. Et duxerūt pulluꝫ ad
iesum: ⁊ imponūt illi vestimenta sua ⁊ se
dit sup̄ eum // Multi aūt vestimenta sua
strauerūt in via. Alij autē frondes cede
bant de arboribꝫ: ⁊ sternebant in via. Et
qui p̄ibant. ⁊ qui seq̄bant̄ clamabant di
centes: Osanna bñdict⁹ qui venit ī noīe
dñi: benedictuꝫ q̄d venit regnū p̄ris nr̄i
dauid: osanna in excelsis // Et introiuit
hierosolymā in templū: ⁊ circūspect⁹ oī
bus cū iam vesp̄a esset hora: exijt ī betha
niam cū duodecim. Et alia die cum exi
rent a bethania esurijt // Cunq̄ vidisset
a longe ficū hñtem folia: venit si q̄d for
te inueniret in ea. Et cū venisset ad eam
nihil inuenit p̄ter folia. Nō enī erat tp̄s
ficorū. Et rñdens dixit ei. Jam nō am
plius in eternū ex te quisq̄ fructū man
ducet. Et audiebant discipuli ei⁹. ⁊ veni
unt iterꝫ hierosolymaꝫ // Et cū introisset
in tēplū cepit eijcere vendētes ⁊ emen

Mat. 20. g.
Mat. 21. a. Lu. 19. d. Joh. 12. b.
B
Mat. 21. a
Luce. 19. e
Mat. 21. b
Luce. 19. f.
Joh. 12. b
C
Mat. 21. c
Mat. 21. c
Luce. 13. b
Mat. 21. b
Luce. 19. g
Joh. 2. d.
D

tes in templo· ⁊ mensas nūmulariorūz
⁊ cathedras vendētiū columbas euertit
Et nō finebat vt q̄squā trāsferret vas per
templū:⁊ docebat dicēs eis. Nonne scri/
Esa·56 ptū est/q̄ dom⁹ mea dom⁹ orōis vocabi
Hiere·7· tur oīb⁹ gētib⁹:vos aūt fecistis eā spelūcā
Mat·21·g· latronū/Quo audito:pcipes sacerdo/
Luc·19·g· tum ⁊ scribe q̄rebant quō eū pderēt. Ti
Jo·7·e·7·g· mebant enī eum:qm̄ vniūsa turba āmi
E rabat sup doctrina ei⁹. Et cū vespa facta
Mat·21·c· esset egrediebat de ciuitate/Et cū mane
Luce·13·b transirēt:viderunt ficū aridā factā a ra/
dicib⁹. Et recordat⁹ petrus dixit ei:Rab
bi:ecce ficus cui maledixisti aruit. Et rn̄
Mat·17·e·et ens ihesus ait illis/Habete fidez dei. A/
21·c·Lu·17·b men dico vob:q̄ q̄cūq̄ dixerit huic mō/
ti tollere ⁊ mittere in mare ⁊ non hesita
uerit in corde suo:sed crediderit: q̄ q̄/
Mat·21·d· Jo· cunq̄ dixerit fiat:fiet ei/ Propterea di/
15·b· F co vobis:oīa q̄cunq̄ orātes petitis credi/
Mat·6·c te q̄ accipietis:⁊ euenīet vobis/ Et cuz
stabitis ad orandū:dimittite si q̄d hētis
adūsus aliquē:vt ⁊ p̄ vr̄ q̄ in celis est di
mittat vob peccata vra. Q si vos non di
miseritis:nec p̄ vr̄ qui in cel' est dimit/
tet vob peccata vra. Et veniunt rursus
hierosolymā. Et cū ambularet in tēplo
accedūt ad euz summi sacerdotes ⁊ scri/
Mat·21·d be ⁊ seniores·⁊ dicūt ei/ Jn q̄ ptāte hec
Luce·20·a facis·⁊ q̄s dedit tibi hanc ptātem vt ista
G facias:/Jesus aut̄ rn̄dens ait illis. Jn/
terrogabo vos ⁊ ego vnuz verbū·⁊ rn̄de
te mihi:⁊ dicā vob in q̄ ptāte hec faciam
Baptismum iohānis de celo erat·an ex
hoīb⁹:Rn̄dete mihi. At illi cogitabant
secū dicentes:Si dixerim⁹ de celo:dicet
nob. Quare g̃ nō credidistis ei:/Si dixe/
rimus ex hoīb⁹:timem⁹ pplm. Oēs enīz
habebāt iohannē q̄ vere pphēta essz. Et
rn̄dentes dicūt iesu. Nescim⁹. Et rn̄dēs
ihesus ait illis:Nec ego dico vob in qua
A potestate hec faciam. XII
Mat·21·f ET cepit illis in parabolis loqui
Luce·20·b· Vineaz plantauit homo:⁊ cir
Esaie·5· cūdedit sepem·⁊ fodit lacum·⁊
edificauit turrim ⁊ locauit eam agricol'
⁊ peregre pfect⁹ est. Et misit ad agrico/
las in tpe seruum:vt ab agricolis acci/
peret de fructu vinee. Qui apphensuz
eum ceciderūt ⁊ dimiserūt vacuum. Et
itez misit ad illos aliū seruū· ⁊ illū in ca
pite vulneraverūt ⁊ ptumelijs affecerūt Mat·22·b
/Et rursuz aliū misit ⁊ illū occiderunt:
⁊ plures alios quosdā cedētes· alios ve/
ro occidētes/Adhuc g̃ vnū hn̄s filium Heb·1·a
charissimū ⁊ illum misit ad eos nouissi
mū dicens:q̄ reuerebunt filiuz meum. B
Coloni aut̄ dixerūt ad inuicez. Hic est Esa·5·
hres/Venite occidam⁹ eum ⁊ nr̄a erit Mat·21·f
hereditas. Et apphensndētes eū occide/
runt ⁊ eiecerūt extra vineā. Quid g̃ faci Mat·21·f
et dn̄s vinee:Veniet ⁊ pdet colonos:et Mat·21·f
dabit vineā alijs/Nec scripturam hanc 20·c·Act·4·c
legistis:lapidē quē reprobauerunt edifi i·Pet·2·a
cantes hic fact⁹ est in caput anguli·a do/
mino factū est istud·⁊ est mirabile i ocu Mat·21·f
lis nr̄is/Et q̄rebāt eū tenere:et timue/ g·⁊·20·d·
runt turbā. Cognouerūt enī qm̄ ad eos Jo·7·d·
parabolam hāc dixerit. Et relicto eo abi Mat·21·
ierunt/Et mittūt ad euz quosdā ex pha Luce·20·c
riseis ⁊ herodianis vt eū capent in ꝛ̄o. Mat·22·a
Qui venientes dicūt ei/Magr̄ scimus q̄
verax es ⁊ nō curas quenq̄. Nec enīz vi/
des in facie hoīm:sed in veritate viaz dei
doces. Licet dare tributū cesari· an non
dabim⁹?/Qui sciens versutiā illor· ait il
lis:Quid me temptatis:Afferte mihi de
narium vt videā. At illi tulerūt ei. Et ait
illis: Cuius est imago hec et inscriptio? Mat·22·a
Dicūt ei:Cesaris. Rn̄dens aūt ihesus di Ro·13·b
xit illis/Reddite igit̄ que sunt cesar̄ ce/ Mat·22·a
sari:⁊ q̄ sunt dei deo. Et mirabant̄ super Luce·20·c
eo/Et venerūt ad euz saducei qui dicūt Deut·25·
resurrectionē nō esse:⁊ interrogabāt eū
dicentes:Magr̄:moyses nob scripsit/ vt
si cui⁹ frater mortu⁹ fuerit et dimiserit D
vxorem:⁊ filios nō reliq̄rit:accipiat frat Mat·22·b
eius vxorem ipsi⁹· et resuscitet semē fra Luce·20·c
tri suo/Septem g̃ fratres erāt ⁊ primus
accepit vxorē·⁊ mortu⁹ est nō relicto se/
mine. Et secūdus accepit eā ⁊ mortuus
est:⁊ nec iste reliquit semē. Et tertius si
militer. Et acceperūt eā similiter septez
⁊ nō reliq̄runt semē. Nouissima oīm de/
functa est ⁊ mulier. Jn resurrectione g̃
cū resurrexerint:cuius de his erit vxor

Septē enī habuerūt eā vxorem. Et rñ/
dens iesus ait illis: Nōne iō erratis. non
scientes scripturas neq; virtutē dei: Cū
enī a mortuis resurrexerīt. neq; nubent
neq; nubent: sed sunt sic angeli dei in ce
lis. De mortuis aūt q; resurgāt nō legi
stis ī libro moysi supra rubū. quō dixerit
illi dē. inquiens/ego sum dē abraam. ⁊
dē ysaac. ⁊ dē iacob: Nō est dē mortuo
rū: sed viuox. Vos ergo multū erratis.
/Et accessit vn ō scrīb q audierat illos
cōquirētes. ⁊ videns qm bñ illis rñderit
interrogauit eū qō essz primū oīm māda
tū. Jesus aūt rñdit ei: qz primū oīm mā
datum est/Audi isrl dñs dē tu dē vn
est. ⁊ diliges dñm deū tuū ex toto corde
tuo. ⁊ ex tota aīa tua. ⁊ ex tota mēte tua:
⁊ ex tota virtute tua. Hoc ē primū man
datū. Secundū autē simile ē illi. Dili/
ges proximū tuū tanq; teipm. Maī ho
rū aliud mandatū nō ē. Et ait illi scriba
/Bene mgr in veritate dixisti: qz vnus ē
deus. ⁊ non est alī pter eū. Et vt diligaī
ex toto corde. ⁊ ex toto intellectu. ⁊ ex to
ta aīa. ⁊ ex tota fortitudie: ⁊ diligere pri/
mū tanq; seipm. maius ē oīb holocau/
stomatib ⁊ sacrificijs. Jesus aūt vidēs
q; sapiēter rñdisset: dixit illi. Nō es lōge
a regno dei/Et nemo iā audebat eū in/
terrogare. Et rñdens iesus dicebat do/
cens in tēplo. Quō dicūt scribe christū
filiū esse dauid/Ipse enī dauid dicit in
spūsc̄o/Dixit dñs dño meo sede a dextris
meis: donec ponā inimicos tuos scabel/
lum pedū tuox. Ipse g dauid dicit eum
dñm. ⁊ vñ est filī eius: Et mlta turba
eū libenter audiuit/Et dicebat eis ī do/
ctrina sua. Cauete a scribis: q volunt in
stolis ambulare. ⁊ salutari in foro. ⁊ ī pri
mis cathedris sedere in synagogis. et pri/
mos discubitus in cenis. Qui deuorāt do
mos viduarū sub obtentu plixe orōnis
hi accipiēt plixius iudiciū. Et sedens ie
sus ctra gaçophilatium aspiciebat quō
turba iactaret es in gaçophilatiū. ⁊ mul
ti diuites iactabāt mlta/Cū venisset au
tem vna vidua paup: misit duo minu/
ta qō est q̄drans. Et vocans discipl̄os
suos: ait illis: Amē dico vob: qm vidua
hec paup plus oīb misit q̄ miserūt ī ga/
çophilatiū. Oēs enī ex eo qō abūdabat
illis miserūt. hec vero de penuria sua oīa
q̄ habuit misit totū victū suū.

XIII

Et cū egrederet de tēplo: ait illi vnus ex discipl̄ suis. Magister aspice q̄les lapides: et q̄les fru/
cture. Et rñdēs iesus ait illi: Vides has
oīs magnas edificationes: Nō relinq
tur lapis sup lapidē qui nō destruat. Et
cū sederet in monte oliuaz cōtra tēplū
interrogabāt eū sepatim petrus. ⁊ iacob
⁊ iohānes ⁊ andreas: Dic nob qn ista fi/
ent. ⁊ qō signū erit qn hec oīa incipient
psummari: Et rñdens iesus cepit dice/
re illis/Videte ne q̄s vos seducat: Mul
ti enī venīēt in noīe meo dicētes: qz ego
sum. ⁊ multos seducēt/Cū audieritz au
tem bella ⁊ opiniōes bellox: ne timueri/
tis. Oportet enī hec fieri: sed nōdū finis
Exurget enī gens ō gentē: ⁊ regnū sup
regnū. ⁊ erūt terremotus p loca. ⁊ fames.
Initiū dolorū hec/Videte aūt vosmet
ipos. Tradēt enī vos in cōcilijs. ⁊ in syna
gogis vapulabitis. ⁊ ante p̄sides et reges
stabitis ppt me in testimoniū illis. Et in
oēs gētes primū oportet p̄dicari euāgeliū
/Et cū duxerīt vos tradētes. nolite p̄co
lius. dicere dimittunt tibi peccata: an di
cere ſurge et ambula // Ut autē ſciatis q̄
Mat.9.a Mar.2.b. filius hois habet ptātem in terra dimit
Mat.9.b. Mar.2.c. tendi peccata: ait paralytico // Tibi dico
Jo.5.b ſurge: tolle lectū tuū: et vade in domum
tuā. Et ꝓfectim ꝓſurgens coram illis tulit
lectū in quo iacebat: et abijt in domū ſuā
magnificans deū. Et ſtupor apprehendit
oēs: et magnificabāt deum. Et repleti ſūt
Mat.9.b. Mar.2.c. Mat.9.b Mar.2.d. timore dicentes: q̄ vidimus mirabilia
hodie // Et poſt hec exijt et vidit publica/
nū noīe leui ſedentē ad teloneū: et ait illi
// Sequere me. Et relictis omībus: ſur
gens ſecut' eſt eū: Et fecit ei cōuiuium
magnum leui in domo ſua: et erat turba
multa publicanor et alior. qui cum illis
erant diſcumbentes. Et murmurabant
phariſei et ſcribe eor: dicētes ad diſcipu/
Mat.9.c los ei' // Quare cū publicanis et pctōribꝫ
manducatis et bibitis: Et rndens ieſus Mar.2.d
dixit ad illos: Nō egent q̄ ſani ſunt me/
dico: ſed qui male hnt. Non veni vocare
iuſtos ſed pctōres ad pniam. Ait illi dixe Mat.9.c.
runt ad eum // Quare diſcipuli iohānis Mar.2.e.
ieiunant frequēter et obſecratiōes facīt
ſimiliter et phariſeor: tui aūt edunt et bi Mat.9.c.
bunt: Quibꝫ ipe ait // Nunq̄d poteſtis fi Luce.5.c
lios ſponſi dū cū illis eſt ſponſus facere
ieiunare: Veniēt autē dies et cū ablat' fu
erit ab illis ſponſus. tūc ieiunabūt in il/ Mt.9.a
lis diebꝫ: Dicebat aūt et ſimilitudinē ad Mar.2.f.
illos // Quia nemo cōmiſſurā a nouo ve
ſtimento mittit in veſtimentū vet': alio/ Mat.9.a
quin' et nouū rumpit: et veteri nō ꝓuenit Mar.2.f.
cōmiſſura a nouo // Et nemo mittit vi/
nū nouū in vtres veteres. alioq̄n rūpit
vinū nouū vtres: et vinū effundetur et
vtres pibūt. Sed vinū nouū in vtres
nouos mittendū eſt: et vtraq̄ ꝓſeruātur
Et nemo bibens vet' ſtatim vult nouū
dicit enī: vetus melius eſt. VI
// Factū eſt aūt in ſabbato ſecūdo Mat.12.a
primo cū tranſiret p ſata vel/ Mar.2.f.
bant diſcipuli ei' ſpicas et mādu
cabant ꝓfricantes manibꝫ // Quidā autē Mat.12.a
phariſeor dicebant illis // Quid facitis Mar.2.g
qd nō licet in ſabbatis: Et rndens ieſus i.Reg.21.a
ad eos dixit // Nec hoc legiſtis qd fecit da Mar.12.a
uid. cū eſuriſſet ipe et qui cum illo erant Mar.2.g
quō intrauit in domū dei. et panes ꝓpoſi
tionis ſumpſit et māducauit: et dedit hiſ
qui cū ipo erant quos nō licet māduca
re niſi tm̄ ſacerdotibuſ: Et dicebat illis Mat.12.a
// q̄ dñs eſt filius hom̄is etiā ſabbati. Fa Mar.2.g
ctum eſt aūt et in alio ſabbato: vt intra/ Mat.12.b
ret in ſynagogam et doceret // Et erat ibi Mar.3.a
homo et manus eius dextera erat arida j.14.a
Obſeruabant aūt ſcribe et phariſei // ſi in
ſabbato curaret vt inuenirēt vnde accu
ſarent eū. Ipſe vro ſciebat cogitatiōes
eor: et ait hoī qui habebat manū aridaz.
Surge: et ſta in mediū. Et ſurgens ſte/
tit. Ait aūt ad illos ieſus: Interrogo vos Mat.12.b
// ſi licet ſabbatis bñ facere an male: ani/ Mar.3.a
mā ſaluā facere an pdere: Et circūſpect
oīb dixit hoī: Extēde manū tuā Et extē
dit: et reſtituta eſt manus ei'. Ipſi autez

repleti sunt insipientia· ⁊ colloquebant ad inuicem q̄d nā faceret de iesu. Factus est aūt in illis diebꝫ exijt in montē orare ⁊ erat pnoctans in orōne dei. Et cū dies factus esset vocauit discipl̄os suos: ⁊ elegit duodecim ex ipis q̄s ⁊ apl̄os nōiauit simonē quē cognōiauit petꝝ· ⁊ andream frēm ei⁹: iacobū ⁊ iohannē· philippum ⁊ bartholomeū· matthēū ⁊ thomā· iacobū alphei· ⁊ simonē qui vocat̄ ẓelotes: et iudam iacobi· ⁊ iudā scarioth q̄ fuit prodit̄or. Et descēdens cū illis stetit i loco cāpestri ⁊ turba discipulor eius: ⁊ multitudo copiosa plebis ab oi iudea et hierl̄m ⁊ maritima ⁊ tyri ⁊ sidonis. q̄ venerāt vt audirēt eū ⁊ sanarent̄ a languoribꝫ suis. Et q̄ vexabant̄ a spiritibꝫ immūdis curabant̄. Et oīs turba q̄rebat eū tangere: q̄ virtus de illo exibat ⁊ sanabat omes̄. Et ipe eleuatis oculis in discipl̄os suos docebat. Beati pauperes: q̄ vr̄m ē regnum dei. Beati qui nunc esuritis: q̄ saturabimini. Beati qui nūc fletis: q̄ ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoīes ⁊ cum separauerint vos ⁊ exprobrauerit: ⁊ eiecerint nomē vr̄m tanq̄ malū, ꝓpter filiū hois. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enī merces vr̄a mlta, est in celo. Scōm hec enī faciebāt, ꝓphetis pres eor̄. verumtamē ve vob diuitibꝫ q̄ habetis̄ ꝓsolatiōem vr̄am. Ve vob qui saturati estis: q̄ esurietis. Ve vob qui ridetis̄ nūc: q̄ lugebitis ⁊ flebitis. Ve cū bñdixerint vob oēs hoies. Scōm hec faciebāt pseudo ꝓphetis pres eor̄. Sed vob dico qui auditis: Diligite inimicos vr̄os: bñfacite his q̄ vos oderūt. Bñdicite maledicentibꝫ vobis: et orate p calūniantibꝫ vos. Et q̄ te percutit in maxillā: pbe illi ⁊ alterā: ⁊ ab eo qui aufert tibi vestimentū: etiā tunicā noli pbibere. Oī aūt petēti te tribue· ⁊ qui aufert q̄ tua sunt ne repetas. Et p ut vultis̄ vt faciāt vob hoies· ⁊ vos facite illis similiter. Et si diligitis̄ eos qui vos diligūt: q̄ vob est gr̄a? Nam ⁊ pctōres diligentes se diligunt. Et si bene feceritis his qui vobis benefaciūt: que vobis est gr̄a? Siquidē ⁊ pctōres hoc faciunt.

Et si mutuū dederitis his a q̄bꝫ sperat̄is recipere: que gr̄a est vobis? Nā ⁊ pcatores pctōribꝫ fenerant̄· vt recipiāt eq̄lia. Verūtamen diligite inimicos vr̄os: bñefacite· ⁊ mutuum date: nihil inde sperantes· ⁊ erit merces vr̄a multa· ⁊ eritis filij altissimi: q̄ ipe benignus est sup ingratos ⁊ malos. Estote ergo misericordes: sicut et p̄ r̄ vr̄ misericors est. Nolite iudicare· ⁊ nō iudicabimini. Nolite ꝯdēnare· ⁊ nō ꝯdemnabimini. Dimittite· ⁊ dimittemini. Date ⁊ dabit̄ vobis. Mensuram bonā ⁊ ꝓfertā ⁊ coagitatā ⁊ supefluentem dabūt in sinū vr̄m. Eadē q̄p pe mensura qua mensi fueritis· remetietur vob. Dicebat aūt illis ⁊ similitudinē. Nūquid potest cecus cecū ducere? Nō ne ambo in foueā cadūt? Non ē discipulus sup mgr̄m: pfectus aūt oīs erit· si sit sicut mgr̄ eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: trabē aūt q̄ in oculo tuo ē nō ꝓsideras? Aut quō potes dicere fratri tuo: frater sine eiciā festucā d̄ oculo tuo: ipe in oculo tuo trabem nō vides. Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo· ⁊ tūc pspicies vt educas festucā de oculo fratris tui. Nō est enī arbor bona q̄ facit fruct⁹ malos: neq̄ arbor mala faciens fructū bonū. Vnaquaeq̄ enī arbor de fructu suo cognoscit̄. Neq̄ enī de spinis colligunt ficus: neq̄ de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonū· ⁊ malus hō de malo thesauro ꝓfert malū. Ex abundantia enī cordis os loquit̄. Quid aūt vocatis me dñe dñe· ⁊ non facitis q̄ dico. Omnis qui venit ad me· ⁊ audit mones meos· et facit eos: ostendam vobis cui silis sit. Similis est homini edificanti domū qui fodit in altū· ⁊ posuit fundamentū sup petrā. Inundatiōe aūt facta illisus est fluuius ille domui illi· ⁊ non potuit eā mouere. Fundata enī erat sup petram. Qui aūt audit ⁊ nō facit silis est homini edificanti domū suā supra terrā· sine fundamento: in quam illisus est fluui⁹· ⁊ cōtinuo cecidit· ⁊ facta est ruina dom⁹ illius magna.

Exo·22·
Deut·15·
F
Mat·7·a·
Mat·7·a
Mat·4·e
Mat·15·c
Mat·10·e. Ja. 13·d·⁊·15·f·
Mat·7·a·
Job·13·
Mat·7·d
G
Mat·7·d
Mat·12·e
Mat·12·e
Mat·7·e
Mat·7·g

VII

A
Mat.8.b. Jo.
4.g.

Cum aũt implesset oĩa ꝟba sua
in aures plebis/intrauit caphar
naum. Centurionis aũt cuius/
dam seruus male habens erat moritur⁹
qui illi erat ꝑciosus. Et cũ audisset de ie/
su. misit ad eũ seniores iudeoꝝ. rogãs eũ
vt veniret ⁊ saluaret seruũ ei⁹. At illi cũ
venissent ad iesuꝫ rogabãt eũ sollicite di
centes ei: qꝛ dign⁹ est vt hoc illi prestes.
Diligit enĩ gentẽ nr̃am: ⁊ synagogã ipe
edificauit nobis. Jesus aũt ibat cũ illis
Et cũ iaꝫ nõ longe eẽt a domo: misit ad
B
Mat.8.b
eũ cẽturio aĩcos dicẽs: Dñe: noli vexari
/Non enĩ sum dign⁹ vt sub tectũ meuꝫ
intres: ꝓpter qd̃ ⁊ meip̃m nõ sum dignũ
arbitratus vt venirẽ ad te: sed dic verbo
⁊ sanabit̃ puer me⁹. Nam ⁊ ego hõ sum
sub potestate ꝯstitutus: habens sub me
milites: ⁊ dico huic vade ⁊ vadit. et alio
veni ⁊ venit: ⁊ seruo meo fac hoc et facit.
Quo audito iesus mirat⁹ est ⁊ ꝯuersus
Mat.8.c.
sequẽtibꝫ se turbis dixit/ Amen dico vo
bis: nec in israel tantã fidẽ inueni Et re
uersi q̃ missi fuerãt̃ domuꝫ inuenerunt
seruũ q̃ languerat sanũ. Et factũ ẽ dein/
ceps ibat iesus in ciuitatẽ que vocat̃ na/
ym. ⁊ ibant cũ eo discipuli ei⁹ ⁊ turba co
piosa. Cũ aũt appropinq̃ret porte ciuita/
tis: ecce defunct⁹ efferebat̃ filius vnicus
4.Reg.4.
mr̃is sue/ Et hec vidua erat: ⁊ turba ciui
tatis multa cũ illa. Quaꝫ cũ vidisset do
minus: misericordia mot⁹ sup̃ eaꝫ dixit
illi: Noli flere. Et accessit: et tetigit lo/
Mar.5.g.
culũ. Hi ãt q̃ portabãt steterũt. Et ait/ A/
4.Reg.4.
dolescens: tibi dico surge/ Et resedit qui
3.Reg.3.
erat mortu⁹: ⁊ cepit loqui. ⁊ dedit illum
C
Jo.4.c.⁊.6.b
matri sue. Accepit autẽ oẽs timor: ⁊ ma
gnificabant deũ dicentes/ Quia ꝓpheta
magn⁹ surrexit in nob̃: ⁊ qꝛ de⁹ visitauit
plebem suã. Et exijt hic sermo in vniuer
sam iudeã de eo: ⁊ oẽm circa regionẽ. Et
nunciauerũt iohanni discipuli ei⁹ de oĩ/
Mat.ii.a
bus his/ Et cõuocauit duos de discipu/
lis suis iohannes. ⁊ misit ad iesuꝫ dicẽs
Tu es qui vẽtur⁹ es: an aliũ expectam⁹?
Cum aũt venissent ad eũ viri dixerunt:
Johannes baptista misit nos ad te di/
Mat.ii.a
cens/ Tu es qui venturus es: an alium
expectamus? In ip̃a autẽ hora mlt̃os cu
rauit a languoribus suis ⁊ plagis. et spi
ritibus multis. ⁊ cecis multis donauit
visum. Et respondens dixit illis/ Eun/
tes renũciate iohanni q̃ audistis ⁊ vidi/
stis. Quia ceci vident. claudi ambulant
leprosi mundant̃. surdi audiũt. mortui
resurgunt. paupes euangeliçant̃. ⁊ bea/
tus est q̃cunq̃ nõ fuerit scandaliçat⁹ in
me/ Et cũ discessissent nuncij iohannis
cepit de iohãne dicere ad turbas. Quid
existis in desertũ videre? Arundinẽ ven
to agitatam? Sed quid existis videre?
Hominẽ mollibus vestimẽtis indutuꝫ
Ecce qui in veste preciosa sunt ⁊ delitijs
in domibꝫ regũ sunt? Sed q̃d existis vi
dere? Prophetam? Utiq̃ dico vobis. et
plus q̃ꝫ ꝓphetã. Hic est de q̃ scriptum est
/Ecce mitto angelũ meũ ante faciez tu/
am: qui preparabit viam tuã ante te. Di/
co enim vobis: maior inter natos muli/
eruꝫ ꝓpheta iohanne baptista nemo est.
/Qui aũt minor est in regno dei: maior
est illo. Et oĩs ꝓpl̃s audiens. et publica/
ni iustificauerũt deum. baptiçati baptis/
mo iohannis. Pharisei autẽ ⁊ legisperi
ti consiliũ dei spreuerũt in semetipsos:
nõ baptiçati ab eo. Ait aũt dñs/ Cui er
go similes dicã hoĩes generatiõis hui⁹:
⁊ cui similes sunt? Similes sunt puer⁹
sedentibꝫ in foro: ⁊ loquẽtibꝫ ad inuicẽ
⁊ dicentibꝫ: Cantauimus vobis tibijs ⁊
nõ saltastis: lamentauim⁹ ⁊ nõ plorastis
/Venit autẽ iohãnes baptista neq̃ mã
ducans panẽ neq̃ bibens vinũ ⁊ dicitis
Demonium habet. Venit filius homĩs
manducans ⁊ bibens. ⁊ dicitis: Ecce hõ
deuorator. ⁊ bibens vinũ: amic⁹ publica
norũ ⁊ peccatoꝝ. Et iustificata est sapien
tia. ab oĩbꝫ filijs suis/ Rogabat aũt illũ
quidam de phariseis vt manducaret cũ
illo. Et ingressus domũ pharisei discu/
buit. Et ecce mulier que erat in ciuitate
peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuit
in domo pharisei: attulit alabastruꝫ vn/
guenti. ⁊ stans retro sec⁹ pedes eius. la/
chrymis cepit rigare pedes eius. ⁊ capil
lis capitis sui tergebat. et osculabatur

pedes eius. ⁊ vnguẽto vngebat. Vidẽs
aũt pharise⁹ q̃ vocauerat eũ. ait intra se
dicens: Hic si esset ꝓpheta sciret vtiq̃ q̃
⁊ q̃lis ẽ mlr q̃ tãgit euz: qꝛ peccatrix ẽ. Et
rñdens iesus dixit ad illũ. Simõ. habeo
tibi aliquid dicere. At ille ait: Mgr̃ dic.
Duo debitores erant cuidaz feneratori:
vnus debebat denarios quĩgentos ⁊ ali
us quinq̃ginta. Nõ hñtib⁹ illis vñ red
derent: donauit vtrisq̃. Quis ergo eum
plus diligit? Rñdens simon dixit. Esti
mo: qꝛ is cui plus donauit At ille dixit ei
Recte iudicasti. Et ꝯuersus ad mulierẽ
dixit simoni. Vides hanc mulierẽ? In
traui in domũ tuã: aquã pedib⁹ meis nõ
dedisti. Hec aũt lachrymis rigauit pedes
meos. ⁊ capillis suis tersit. Osculuz mi
hi nõ dedisti: hec aũt ex quo intraui non
cessauit osculari pedes meos Oleo caput
meũ nõ vnxisti: hec aũt vnguento vnxit
pedes meos. Propter qd̃ dico tibi: Re
mittunt̃ ei peccata multa: qm̃ dilexit mlr
tum. Cui aũt min⁹ dimittit̃ minus dili
git. Dixit aũt ad illã. Remittuntur tibi
peccata. Et ceperũt qui simul accũbebãt
dicere intra se: Quis ẽ hic q̃ etiã peccata
dimittit? Dixit aũt ad mulierez. Fides
tua te saluã fecit. Vade in pace. VIII

Et factuz est deinceps ⁊ ipe iter
faciebat ꝑ ciuitates ⁊ castella p̃
dicans ⁊ euãgeliçans regnũ dei
⁊ duodecim cũ illo. ⁊ mulieres aliq̃ que
erant curate a spiritib⁹ malignis ⁊ infir
mitatib⁹: maria q̃ vocat̃ magdalene de q̃
septem demonia exierãt: ⁊ iohanna vxor
chuçe ꝓcuratoris herodis: et susanna et
alie multe: q̃ ministrabant ei de faculta
tibus suis. Cũ aũt turba plurima cõue
niret ⁊ de ciuitatib⁹ ꝓperarent ad eũ: di
xit ꝑ similitudinẽ. Exijt q̃ semĩat semi
nare semen suũ Et dũ seminat: aliud ce
cidit secus viã. ⁊ ꝯculcatũ est. ⁊ volucres
celi comederũt illud. Et aliud cecidit su
pra petrã: ⁊ natũ aruit qꝛ nõ habebat hu
morem. Et aliud cecidit inter spinas et
simul exorte spine suffocauerunt illud.
Et aliud cecidit in terrã bonaz: ⁊ ortum
fecit fructũ centuplũ. Hec dicẽs clama
bat. Qui habet aures audiendi audiat.
Interrogabant aũt eũ discipuli ei⁹: q̃ es
set hec parabola. Quib⁹ ipe dixit. Vobis
datũ est nosse mysteriũ regni dei: ceteris
aũt in parabol'. vt vidẽtes nõ videant. ⁊
audientes nõ intelligãt. Est aũt hec pa
rabola. Semen est verbũ dei. Qui autẽ
secus viã. hi sunt qui audiũt: deinde ve
nit diabolus ⁊ tollit verbũ de corde eorũ
ne credentes salui fiant. Nã qui sup̃ pe
tram qui cũ audierint cũ gaudio suscipi
unt verbũ. Et hi radices non hñt: qꝛ ad
tempus credũt. ⁊ in tpe temptatiõis re
cedunt. Qd̃ aũt in spinas cecidit: hi sũt
qui audierũt. ⁊ a sollicitudinibus ⁊ diui
tijs ⁊ voluptatib⁹ vite euntes suffocant̃
⁊ nõ referunt fructũ. Qd̃ aũt in bonam
terram: hi sunt qui in corde bono ⁊ opti
mo audiẽtes verbũ retinent: ⁊ fructum
afferunt in patientia. Nemo autẽ lucer
nam accendens operit eã vase. aut subt⁹
lectum ponit: sed supra candelabꝝ ponit
vt intrantes videant lumẽ. Nõ est eniz
occultũ qd̃ non manifestet̃: nec abscõdi
tum qd̃ nõ cognoscat̃ ⁊ in palam veniat
Videte ergo q̃d audiatis. Qui enim ha
bet dabit̃ illi: ⁊ quicũq̃ nõ habet: etiã qd̃
putat se habere auferet̃ ab illo. Venerũt
autẽ ad illũ mater ⁊ frẽs eius: ⁊ nõ pote
rant adire eũ p̃ turba. Et nunciatũ est il
li: Mater tua ⁊ frẽs tui stant foris: volẽ
tes te videre. Qui rñdens dixit ad eos.
Mater mea ⁊ frẽs mei hi sunt: qui ver
bum dei audiũt ⁊ faciũt. Factũ est autẽ
in vna dieꝝ ⁊ ipe ascendit in nauiculam
⁊ discipuli eius. ⁊ ait ad illos: Transfre
temus trans stagnũ. Et ascẽderunt. Et
nauigantib⁹ illis obdormiuit ⁊ descẽdit
procella venti in stagnũ: ⁊ cõpellebantur
⁊ periclitabant̃. Accedẽtes aũt suscitaue
runt eũ dicẽtes: Preceptor perim⁹. At
ille surgens increpauit ventũ ⁊ tẽpesta
tem aque. ⁊ cessauit. ⁊ facta est trãquilli
tas. Dixit aũt illis: Vbi est fides vestra?
Qui timentes mirati sunt ad inuicẽ di
centes: Quis putas hic est. Quia ⁊ ven
tis ⁊ mari imperat. ⁊ obediunt ei? Et na
uigauerunt ad regionẽ gerasenoꝝ. q̃ est

B
Mt. 13. b. Mr 4. b.
ysa. 6. Actu. 18 d. Joh. 12. f.
Mat. 13. c.
Mar. 4. c.

C
j. ii. e. Mat. 5. b
Mar. 4. d
Mat. 10. e.
Mar. 4. d
Mt. 13. b. et 25. e. Mar. 4. e. j. 19. d
Mat. 12. g
Mar. 3. g
Mat. 8. e
Mar. 4. g

D
Mat. 8. f.
Mar. 4. g

contra galileam. Et cū de naui egressus
esset ad terrā occurrit illi vir quidā qui
habebat dēmoniū iam tpibꝫ multis: ⁊ ve
stimento nō induebaſ neqꝫ i domo ma/
nebat sed in monumētis. Jsvt vidit ie
sum ꝓcidit ante illum ⁊ exclamās voce
Mat.8.f. magna dixit/ Quid mihi ⁊ tibi est iesu
Mar.5.b. fili dei altissimi: Obsecro te ne me torq/
as. Precipiebat enī spiritui immundo:
vt exiret ab hoīe. Multis enī tpibꝫ arri/
piebat illū: ⁊ vinciebaſ catenis ⁊ cōpedi/
bus custodit⁹ ⁊ ruptis vinculis agebaſ
Mar.5.b. a dēmonio in deserta/ Interrogauit aūt
illū iesus dicens: Qđ tibi nomē est: At
ille dixit: Legio. Quia intrauerūt dēmo
nia multa in eū. Et rogauerūt illuꝫ: ne
Mat.8.g. imperaret illis vt in abyssuꝫ irent/ Erat
Mar.5.b autē ibi grex porcoꝝ multorū pascentiuꝫ
in monte: ⁊ rogabāt eū vt ꝑmitteret eis
in illos ingredi Et ꝑmisit illis. Exierūt
ergo dēmonia ab hoīe ⁊ intrauerūt in
porcos: ⁊ impetu abijt grex ꝑceps in
Mar.5.b stagnū ⁊ suffocatus est/ Qđ vt viderūt
Joh.10.c. factū qui pascebāt fugerūt: et nūciaueīt
in ciuitatē ⁊ in villas. Exierūt aūt vide/
re qđ factū est ⁊ venerūt ad iesum ⁊ in/
uenerūt hoīem sedentē a quo dēmonia
exierant vestitū: ac sana mente ad pedes
eius ⁊ timuerūt. Nūciaverūt aūt illis ⁊
qui viderāt: quō sanꝰ factꝰ esset a legiōe
Et rogauerūt illū oīs multitudo gera/
Mar.5.c. senoꝝ vt discederet ab ipis: qꝛ magno ti
more tenebaſ/ Ipse autē ascēdens na
uim reuersus est. Et rogauit illuꝫ vir. a
F quo dēmonia exierant vt cum eo esset.
Dimisit autē eū iesus dicēs: Redi in do
mū tuā: ⁊ narra quāta tibi fecit deus. Et
Mat.9.d abijt p vniūsam ciuitatē ꝓdicās q̄nta
Mar.5.d illi fecisset iesus/ Factū est autē cū redi/
Joh.4.g set iesus: excepit illum turba. Erant aūt
oīes expectātes eū. Et ecce venit vir cui
nomen iayrus. ⁊ ipe princeps synagoge
erat ⁊ cecidit ad pedes iesu. rogans euꝫ
vt intraret in domum eiꝰ: qꝛ vnica filia
erat ei fere annoꝝ duodecī. ⁊ hec mori/
batur. Et ꝓtigit dū iret: a turbis cōpri/
Mat.9.d mebatur/ Et mulier quedā erat i fluxu
Mar.5.d sanguinis ab ānis duodecī: que i medi/
cos erogauerat oēm substantiā suā: nec
ab vllo potuit curari. Accessit retro et te
tigit fimbriā vestimēti eius: ⁊ confestim
stetit fluxus sanguis eius. Et ait iesus.
Quis est q̄ me tetigit: Negantibꝫ antez
oīb: dixit petrꝰ ⁊ q̄ cum illo erāt. Nece
ptoꝝ turbe te cōprimūt ⁊ affligūt: ⁊ dici
s q̄s me tetigit: Et dixit iesus. Tetigit me
aliq̄s. Nā ego noui virtutez de me exi
se. Videns autez mlr qꝛ non latuit: tre/
mens venit ⁊ procidit ante pedes eiꝰ: ⁊ ob
quā causam tetigerit eū indicauit coraz
Mat.9.e oī pplo. ⁊ quēadmodū ꝓtestim sanata sit
Mar.5.b At ipse dixit ei/ Filia: fides tua saluaz te
fecit. Vade in pace Adhuc illo loquente
venit quidā ad principez synagoge dicēs
ei: qꝛ mortua ē filia tua: noli vexare illuz
Jesus autē audito hoc verbo rndit patri
puelle: Noli timere. Crede tm̄: et salua
erit. Et cū venisset domū. nō ꝑmisit in/
trare secū quēq̄z: nisi petrū ⁊ iacobū ⁊ io/
hannem: ⁊ ptem ⁊ mtem puelle. Flebāt
Mat.9.f autē oēs ⁊ plangebāt illam. At ille dixit
Mar.5.e Nolite flere/ Non est mortua puella sed
Joh.11.b dormit. Et videbant eū: sciētes qꝛ mor
Mat.9.f tua esset. Ipse autez tenens manū eius
Mar.5.e clamauit dicens/ Puella surge. Et reu
Luc.8.g sus est spūs eius. ⁊ surrexit cōtinuo. Et
Mar.5.f iussit illi dare manducare Et stupuerūt
parentes eiꝰ quibꝫ ꝓcepit/ ne alicui dice
rent quod factum erat. IX
Mat.10.a
Mar.6.a
Mar.3.c
Mar.6.a
Mar.3.c
Mar.6.b
Mar.6.b
Mar.6.b

busdam vero qꝛ helias apparuit: ab alijs
autē qꝛ ꝓpheta vnus de antiquis surrexit
Et ait herodes // Johannē ego decollaui
Quis ē aūt iste de quo ego talia audio?
Et querebat videre eū // Et reuersi apl'i
narrauerūt illi quecūqꝫ fecerūt // ⁊ assum
ptis illis secessit seorsum in locū desertū
qui est bethsaide. Qđ cuꝫ cognouissent
turbe secute sunt illū: ⁊ excepit eos et lo
quebat̄ illis de regno dei et eos qui cura
indigebant: sanabat // Dies aūt cepat de
clinare. Et accedētes duodecim dixerūt
illi. Dimitte turbas: vt euntes in castel
la villasqꝫ que circa sunt diuertant ⁊ in
ueniant escas: qꝛ hic ī loco deserto sum⁹.
Ait autē ad illos // Tos date illis mādu
care. At illi dixerūt // Nō sunt nob plusqꝫ
quinqꝫ panes ⁊ duo pisces: nisi forte nos
eamus ⁊ emamus in oēm hanc turbaꝫ
escas. Erant cutē fere viri quinqꝫ milia
Ait autē ad discipl'os suos. Facite illos
discūbere ꝑ ꝯuiuia quinq̄genos: ⁊ ita fe
cerūt. Et discubuerūt oēs. Acceptis aūt
quinqꝫ panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹. respexit ī
celum ⁊ bn̄dixit illis. ⁊ fregit ⁊ distribu
it discipulis suis vt ponerēt ante turbas
Et manducauerūt oēs. et saturati sunt.
Et sublatū est qđ supfuit illis fragmen
torū cophini duodecim // Et factū est cū
solus esset orans. erāt cuꝫ illo ⁊ discipu
li. ⁊ interrogauit illos dicēs: Quem me
dicūt esse turbe. At illi rn̄dert ⁊ dixerūt
Johannē baptistā. alij autē heliā. alij ve
ro qꝛ vn⁹ ꝓpheta de prioribꝫ surrexit. Di
xit aūt illis: Tos aūt quē me esse dicitꝫ?
Rn̄dens simon petr⁹ dixit: Christū dei.
// At ille increpans illos p̄cepit ne cui di
cerent hoc: dicēs // qꝛ optet filiū hoīs mlt
ta pati ⁊ reprobari a senioribꝫ ⁊ principi
bus sacerdotū ⁊ scribis ⁊ occidi. ⁊ tertia
die resurgere // Dicebat aūt ad oēs: Si
q̄s vult post me veīre. abneget semetipꝫ
⁊ tollat crucē suā quotidie. ⁊ sequat̄ me.
Qui enī voluerit aīam suā saluaꝫ facere
ꝑdet illā. Nā qui ꝑdiderit aīam suā pro
pter me: saluā faciet illā: Quid enī pro
ficit hō si lucret̄ vniu̇sum mundū: se au
tem ipm ꝑdat ⁊ detrimentuꝫ sui faciat.

// Naꝫ qui me erubuerit. ⁊ meos sermo Mat. 10. f
nes: hunc fili⁹ hoīs erubescet cū venerit Mar. 8. g
in maiestate sua ⁊ p̄tis ⁊ scōꝝ angeloruꝫ D
// Dico aūt vob: vere sunt aliq̄ hic stātes Mat. 16. g.
qui nō gustabūt mortē donec videāt re Mar. 9. a
gnū dei // Factū est autē post hec verba fe Mat. 17. a.
re dies octo. ⁊ assumpsit petrū ⁊ iacobū Mar. 9. a
⁊ iohannē. ⁊ ascēdit in montē vt oraret
Et facta est dū oraret species vult⁹ eius
altera: ⁊ vestit⁹ eius alb⁹ ⁊ refulgens. Et
ecce duo viri loq̄bant̄ cum illo. Erāt au
tem moyses ⁊ helias visi in maiestate: et
dicebant excessum eius quē cōpleturus
erat in hierusalē. Petr⁹ vero ⁊ q̄ cuꝫ illo
erant: grauati erant somno. Et euigilā
tes viderunt maiestatē eius. ⁊ duos vi
ros qui stabāt cum illo. Et factū est cuꝫ
discederēt ab illo: ait petr⁹ ad iesuꝫ. Pre
ceptor bonū est nos hic esse. et faciamus
tria tabernacula: vnū tibi: ⁊ vnū moysi:
⁊ vnū helie. Nesciens quid diceret. Hec
autē illo loquēte. facta est nubes ⁊ obum
brauit eos. ⁊ timuerūt intrantib⁹ illis in
nubem. Et vox facta est de nube dicens. Mat. 3. g. et. 17.
Hic est fili⁹ meus dilectus: ipm audite. b. Mar. 1. b. et.
Et dū fieret vox: inuētus est iesus solus 9. a. Esa. 42.
⁊ ipi tacuerūt. ⁊ nemini dixerūt in ill' di 2. pe. 1. d. ⁊. s. 3. e
ebus quicqꝫ ex his q̄ viderāt // Factuꝫ est Mat. 17. d. E
autē in sequēti die descēdentib⁹ illis de Mat. 9. c
monte: occurrit illis turba multa Et ec
ce vir de turba exclamauit dicēs: Magi
ster obsecro te: respice in filiū meū: quia
vnic⁹ est mihi Et ecce spūs apprehendit
eū ⁊ subito clamat: ⁊ elidit ⁊ dissipat euꝫ
cū spuma. ⁊ vix discedit dilanians eum
Et rogaui discipulos tuos vt eijcerent
illū: ⁊ nō potuerūt. Rn̄dens autē iesus
dixit // O generatio infidelis ⁊ peruersa: Mat. 17. e
vsqꝫquo ero apud vos ⁊ patiar vos? Ad Mar. 9. c
duc huc filiū tuū. Et cū accederet: elisit
illum demoniū ⁊ dissipauit. Et increpa
uit iesus spūm immūdū ⁊ sanauit pue
rum. ⁊ reddidit illū patri ei⁹. Stupebāt
autē oēs in magnitudine dei. Oībusqꝫ
mirantib⁹ in oīb⁹ q̄ faciebat: dixit ad di
scipulos suos. Ponite vos in cordibus
vestris sermones istos // Filius enī hoīs Mat. 17. f
futurū est vt tradat̄ in manus hominū Mar. 9. e.

F At illi ignorabant verbuz istud ⁊ erat ve
latuz ante eos vt nō sentirent illud: et
timebant eum interrogare de hoc verbo
Mat. 18. a // Intrauit autē cogitatio in eos. q̄s eo/
Mar. 6. e rū maior esset. At iesus videns cogitati
ones cordis illoꝝ apprehendit pueruz. ⁊
statuit illū secus se. ⁊ ait illis Quicunq̄z
susceperit puerū istū in noīe meo me re
cipit. Et quicūq̄z me recepit recipit euz
qui me misit. Nā qui minor est int̄ vos
Mar. 9. f. om̄es: hic maior est // Rn̄dens aūt iohā/
nes dixit: Preceptor. vidim⁹ quēdā in
noīe tuo eijcientē demonia ⁊ ꝓhibuim⁹
eum. q̄z nō sequit̄ nobiscuz. Et ait ad il/
los iesus: Nolite ꝓhibere. Qui enī non
est aduersum vos. pro vobis est. Factuz
est aūt dū cōplerent̄ dies assumptionis
eius: ⁊ ipe faciē suā firmauit vt iret ī hie
rusalē. Et misit nuncios ante cōspectuz
suū. ⁊ eūtes intrauerūt in ciuitatē sama
ritanorū vt pararent illi. Et nō recepert
eum: q̄z facies ei⁹ erat eūtis hierl'm. Cū
vidissent aūt discipuli ei⁹ iacob⁹ ⁊ iohā/
G nes dixerūt: Dn̄e vis dicimus vt ignis
descēdat de celo. ⁊ ꝯsu[illegible]mat illos: Et cō
uersus increpauit illos dicens: Nescitis
Mat. 18. b cuius spirit⁹ estis // Filius hoīs nō venit
aīas ꝑdere sed saluare. Et abierūt in ali
Mat. 8. d ud castellū // Factū est autē ambulantib⁹
illis in via: dixit quidā ad illū: Sequar
te quocūq̄z ieris. Dixit illi iesus: Vulpes
3. Reg. 19. foueas habent. ⁊ volucres celi nidos // fi
Mat. 8. d lius autē hoīs nō habet vbi caput suum
Mat. 8. e. reclinet. Ait aūt ad alteꝝ // Sequere me
Ille autē dixit: Dn̄e: permitte mihi pri/
mū ire. ⁊ sepelire patrez meum: Dixitq̄z
ei iesus: Sine vt mortui sepeliant mor
tuos suos. tu autē vade et annuncia re/
gnum dei. Et ait alter: Sequar te dn̄e
sed ꝑmitte mihi primū renūciare his q̄
domi sunt. Ait ad illū iesus: Nemo mit
tens manus suas ad aratrum ⁊ aspiciēs
retro: aptus est regno dei. X

A Post hec autē designauit dn̄s et
alios septuagintaduos. ⁊ misit
illos binos ante faciez suam in
omnē ciuitatē ⁊ locum quo erat ipe ven
Mat. 9. g turus. Et dicebat illis // Messis quidez
multa: oparij autē pauci. Rogate ḡ dn̄z
messis vt mittat oparios in messem suā
// Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos in Mat. 10. c
ter lupos. Nolite portare sacculum neq̄z
peram neq̄z calciamēta. ⁊ nemiuē ꝑ viaz Mat. 10. b
salutaueritis // In quācunq̄z domum in Mar. 6. b
traueritis: primū dicite pax huic domui
⁊ si ibi fuerit fili⁹ pacis requiescet super
illū pax vr̄a: sin autē. ad vos reuertetur. C
In eadē aūt domo manete. edētes ⁊ bi
bentes que apud illos sunt // Dignus ē Mat. 10. b
enī opari⁹ mercede sua. Nolite transire et. 10. b.
de domo in domū. Et in quācūq̄z ciuita/
tem intraueritis ⁊ suscepint vos. mādu D
cate que apponunt̄ vobis. ⁊ curate infir Mat. 10. b.
mos qui ī illa sūt // ⁊ dicite illis. appropi Mar. 16. f
quabit in vos in regnū dei. In quācūq̄z
autē ciuitatē intraueritis ⁊ nō suscepint
vos: exeuntes in plateas ei⁹ dicite: Etiā
puluerē qui adhesit nobis de ciuitate ve
stra extergim⁹ in vos. Tn̄ hoc scitote q̄z
appropinquabit regnū dei. Dico vobis
q̄z sodomis in die illa remissi⁹ erit q̄z illi
ciuitati // Ve tibi coroçaim. ve tibi beth/ Mat. 11. c
saida. q̄z si in tyro ⁊ sidone facte fuissent E
virtutes que facte sunt in vobis. olim ī
cilitio ⁊ cinere sedentes peniterent. Ve/
runtamē tyro ⁊ sidoni remissius erit ī iu
dicio q̄z vobis. Et tu capharnaum vsq̄z
ad celum exaltata: vsq̄z ad īfernū demer
geris // Qui vos audit me audit. ⁊ q̄ vos Mt. 10. g. et. 10. a. Joh. 14. c
spernit me spernit. Qui aūt me spernit.
spernit eum qui misit me. Reuersi sunt
aūt septuagintaduo cū gaudio dicētes:
Dn̄e: etiā demonia subijciunt̄ nobis in
noīe tuo. Et ait illis: Videbā sathanaz Mar. 16. g. f
sicut fulgur de celo cadentez // Ecce dedi
vobis ptātem calcandi supra serpentes
⁊ scorpiones ⁊ sup̄ omnē virtutē inimi
ci. ⁊ nihil vobis nocebit. Veruntamē in
hoc nolite gaudere: q̄z spūs vobis subij/
ciuntur. Gaudete autē: q̄ noīa vr̄a scri/
pta sunt in celis. In ipa hora exultauit ī Mat. 11. f
spirituscō ⁊ dixit // Cōfitebor tibi dn̄e pt̄
celi ⁊ terre: q̄ abscondisti hec a sapienti/
bus ⁊ prudentib⁹ ⁊ reuelasti ea paruulis Mat. 11. g
Etiā pr̄: qm̄ sic placuit an̄ te. Oīa mihi Joh. 16. c
tradita sunt a patre meo: Et nemo scit

quis sit filius nisi pater. ⁊ quis sit pr̄ nisi
filius. ⁊ cui voluerit fili⁹ reuelare. Et cō
uersus ad discipulos suos dixit // Beati
oculi qui vidēt que vos videt⁹: Dico eī
vobis: ꝙ multi ꝓphete ⁊ reges voluerūt
videre que vos videtis. ⁊ nō viderūt. et
audire que auditis. ⁊ nō audierunt // Et
ecce quidā legisperit⁹ surrexit temptans
illū ⁊ dicens: Magister: quid faciēdo vi
tam eternā possidebo? At ille dixit ad eū
In lege q̄d scriptū est? Quō legis? Ille
rn̄dēs dixit: Diliges dn̄m deū tuū ex to/
to corde tuo ⁊ ex tota aīa tua. ⁊ ex oībus
viribꝫ tuis. ⁊ ex om̄i mente tua // ⁊ proxi/
mū tuū sicut teip̄m. Dixitq̄ illi: Recte
rn̄disti: Hoc fac ⁊ viues // Ille aūt volēs
iustificare seip̄m dixit ad iesum: Et q̄s ē
meus ꝓxim⁹? Suspiciens aūt iesus di/
xit: Homo quidā descēdebat ab hierl'm
in hiericho ⁊ incidit in latrones: q̄ etiaꝫ
despoliauerūt eū. ⁊ plagis imposit⁹ abie
runt semiuiuo relicto: Accidit aūt vt sa
cerdos quidā descēderet eadē via. ⁊ viso
illo p̄teriuit. Similiter ⁊ leuita: cū esset
secus locū ⁊ videret eū pertransijt. Sa
maritanus aūt quidā iter faciens venit
secus eū. ⁊ vidēs euꝫ. misericordia mot⁹
est. Et appropians alligauit vulnera ei⁹
infundens oleū ⁊ vinū. ⁊ imponēs illuꝫ
in iumentū suū duxit in stabulū. ⁊ curaꝫ
ei⁹ egit. Et altera die ꝓtulit duos dena/
rios: ⁊ dedit stabulario. ⁊ ait: Curam illi
us habe. ⁊ q̄dcunq̄ superogaueris. ego
cū rediero reddam tibi: Quis hoꝝ triuꝫ
videt̄ tibi ꝓximus fuisse illi qui incidit ī
latrones? At ille dixit: Qui fecit miseri/
cordiam in illū. Et ait illi iesus: Vade ⁊
tu fac similiter. Factū est aūt dū irent. ⁊
ipse intrauit in quoddā castellū. ⁊ muli/
er quedā martha noīe excepit illū in do
mū suā. ⁊ huic erat soror nomīe maria
Que etiā sedens secus pedes dn̄i audie
bat verbū illius: martha autē satagebat
circa frequens ministeriū. Que stetit ⁊
ait: Dn̄e: nō est tibi cure ꝙ soror mea re
liquit me solaꝫ ministrare? Dic g̊ illi vt
me adiuuet. Et rn̄dēs dixit illi domin⁹
Martha martha sollicita es ⁊ turbaris
erga plurima. Porro vnū est necessari/
um. Maria optimā ꝑtem elegit: que nō
auferetur ab ea.

XI

Et factū est cū esset in quodaꝫ lo
co orans: vt cessauit. dixit vn⁹ ex
discipulis eius ad eū. Dn̄e: doce
nos orare: sicut docuit iohānes discipu
los suos. Et ait illis // Cuꝫ oratis dicite:
Pater sanctificet̄ nomē tuuꝫ adueniat
regnū tuū: panē nostrū quotidianuꝫ da
nobis hodie. ⁊ dimitte nob̄ peccata nr̄a:
siquidē ⁊ nos dimittim⁹ debitoribꝫ nr̄is
⁊ ne nos inducas in temptationem. Et
ait ad illos: Quis vr̄m habebit amicuꝫ
⁊ ibit ad illū media nocte ⁊ dicet illi: ami
ce cōmoda mihi tres panes: q̄m amicus
meus venit de via ad me. ⁊ nō habeo q̄d
ponam ante illū. ⁊ ille deintus rn̄dēs di/
cat. noli mihi molestus esse. iam ostium
clausum est // ⁊ pueri mei mecū sunt ī cu
bili: nō possum surgere ⁊ dare tibi? Et il
le si ꝑseuerauerit pulsans. dico vob̄. et si
nō dabit illi surgens. eo ꝙ amicus eius
sit: ꝓpter improbitatē tn̄ eius surget: et
dabit illi quotquot habꝫ necessarios. Et
dico ego vobis // Petite ⁊ dabit̄ vob̄. q̄ri
te ⁊ inuenietis: pulsate et aperiet̄ vobis.
// Om̄is enī qui petit accipit. ⁊ qui q̄rit ī
uenit: ⁊ pulsanti aperiet̄. Quis aūt ex vo
bis pr̄em petit panem: nūquid lapidem
dabit illi? Aut piscem: nūquid pro pisce
serpentē dabit illi? Aut si petierit ouum
nūquid porrigꝫ illi scorpionē? Si ergo
vos cū sitis mali nostis bona data dare
filijs vr̄is: q̄ntomagis pr̄ vr̄ celest⁹ de ce
lo dabit sp̄m̄ bonū petentibꝫ se // Et erat
eijciens demoniū ⁊ illud erat mutum: ⁊
cū eiecisset demoniū locutus est mutus
⁊ ammirate sunt turbe. Quidā autez ex
eis dixerūt: In beelçebub pr̄icipe demo/
niorū eijcit demoniū // Et alij temptan/
tes: signn̄ de celo q̄rebant ab eo. Ip̄e au
tem vt vidit cogitatiōes eorū dixit eis:
Omne regnū in se diuisum. desolabit̄.
⁊ domus supra domū cadet. Si aūt ⁊ sa
thanas in seip̄m diuisus est: quō stabit
regnuꝫ eius? q̄r dicitis in beelçebub me
eijcere demōia? Si aūt ego ī beelçebub

A
Mat. 6. c
Ro. 8. d
Job. 19. Esa. 8.
B
Mat. 7. b. Ja. i a.
Joh. 16. f.
Mt. 9. f. et: 12. c.
Mat. 12. c.
Mar. 3. e.
Mat. 12. e.
C
Mat. 12. d.
Mar. 3. f.

eijcio demonia: filij vr̄i in quo eijciunt?
Ideo ipsi iudices vr̄i erūt. Porro si in
digito dei eijcio demonia: ꝓfecto ꝑuenit
in vos regnū dei. Cū fortis armatus cu
stodit atriū suuz: in pace sunt ea q̄ possi/
det. Si aūt fortior eo sup̄ueniēs vicerit
eum: vniūsa arma ei⁹ auferet in quibus
ꝯfidebat. ⁊ spolia ei⁹ distribuet. Qui nō
est mecū. ꝯtra me est. ⁊ q̄ nō colligit me/
Mat. 12. f cū dispergit // Cū immūdus spūs exierit
de hoīe. ambulat ꝑ loca inaquosa. q̄rens
requiē. ⁊ nō inueniēs dicit: Reuertar in
domū meā vnde exiui. Et cū venerit in/
D uenit eā scopis mundatā. Tūc vadit et
assumit septē alios spirit⁹ secū neq̄ores
se. ⁊ ingressi habitant ibi. Et fiūt nouis/
sima hoīs illi⁹ peiora prioribꝫ. Factuz est
autē cū hec diceret: extollens vocē q̄dam
mulier de turba dixit illi: Beat⁹ venter
qui te portauit. et vbera q̄ suxisti. At ille
dixit: Quinimo beati qui audiūt verbū
dei: ⁊ custodiūt illud. Turbis aūt cōcur/
Mat. 12. f. rentibꝫ cepit dicere // Generatio hec ge/
Mar. 8. c. neratio nequā est: signū querit: ⁊ signuz
nō dabit̄ ei nisi signū ione. Nā sicut fuit
ionas signū niniuitis: ita erit ⁊ fili⁹ hoīs
3. Reg. 10. generationi isti // Regina austri surget ī
2. Parli. 9. iudicio cū viris generatiōis hui⁹ ⁊ ꝯdē
nabit illos: q̄z venit a finibꝫ terre audire
sapientiā salomonis. Et ecce plus q̄ꝫ sa/
Jone. 3. lomon hic // Viri niniuite surgent ī iudi
Mat. 12. f. cio cū generatione hac ⁊ ꝯdemnabūt il/
E lam: q̄z penitentiā egerūt in p̄dicatiōe io
s. 8. c. Mat. 5. b ne. Et ecce pl⁹ q̄ꝫ iona hic // Nemo lucer/
Mar. 4. d. nam accēdit et in abscondito ponit neq̄ꝫ
sub modio sed supra candelabꝝ: vt q̄ in/
Mat. 6. e grediunt̄. lumē videāt // Lucerna corpis
tui est oculus tu⁹. Si oculus tu⁹ fuerit
simplex. totū corp⁹ tuum luciduz erit: si
autē nequā fuerit: etiā corpus tuū tene
brosum erit. Vide ḡ ne lumē q̄d in te ē
tenebre sint. Si ḡ corpus tuū totū luci
dum fuerit nō h̄ns aliquā ꝑtez tenebra
rū: erit lucidū totū: Et sicut lucerna ful/
goris illuminabit te. Et cū loqueret̄. ro
gauit illū quidaz phariseus vt prāderet
apud se. Jesus aūt ingressus recubuit.
F Phariseus autē cepit intra se reputans

dicere: quare nō baptiçat⁹ esset añ pran
dium? Et ait dn̄s ad illū // Nūc vos pha/ Mat. 23. c
risei q̄d deforis est calicis ⁊ catini mūda
tis: q̄d aūt int⁹ est vr̄m. plenū est rapina
⁊ iniquitate. Stulte: nōne qui fecit q̄d
deforis est: etiam id q̄d deintus est fecit?
Verūtamē q̄d sup̄est date elemosynam Mat. 23. d
⁊ ecce oīa mūda sunt vob // Sed ve vob
phariseis q̄ decimatis mentā ⁊ rutam ⁊
om̄e olus. ⁊ p̄teritis iudiciū ⁊ charitatē
dei. Hec aūt oportuit facere ⁊ illa non o/ Mat. 23. b
mittere // Ve vob phariseis: qui diligitis
primas cathedras in synagogis ⁊ saluta Mat. 23. c
tiones in foro // Ve vobis q̄z estis vt mo
numēta q̄ nō parent: ⁊ hoīes ambulātes G
supra nesciūt. Rn̄dens aūt quidaz ex le/
gisperitis ait illi: Magister: hec dicēs eti/ Mat. 23. a
am ꝯtumeliā nob facis. At ille ait: Et vo
bis legisp̄itis ve q̄z oneratis hoīes one/
ribꝫ q̄ portare nō possunt. ⁊ ip̄i vno digi/
to vr̄o nō tangit̄ sarcinas. Ve vob qui
edificatis monumēta ꝓphetaꝝ: p̄res aūt
vr̄i occiderūt illos. Profecto testificami
ni q̄ ꝯsentitis opibꝫ patrū vr̄oꝝ: q̄m qui
dem ip̄i eos occiderūt. vos autē edificat̄
eoꝝ sepulcra. Propterea ⁊ sapīa dei dixit Mat. 23. f
// Mittam ad illos ꝓphetas ⁊ ap̄los. et ex
illis occident ⁊ p̄sequent̄: vt inquiratur
sanguis oīm ꝓphetaꝝ qui effusus ē a cō/
stitutione mūdi a generatiōe ista: a san/
guine abel vsq̄ꝫ ad sanguinez çacharie. q̄
perijt inter altare ⁊ ede[illegible]. Ita dico vob Mat. 23. b
requiret̄ ab hac generatiōe // Ve vob le/
gisperitis qui tulistis clauem sciētie: ip̄i
nō introistis. ⁊ eos qui introibant ꝓhi/
buistis. Cū autē hec ad illos diceret. cepe
rūt pharisei ⁊ legisperiti grauiter insiste Act. 23. a
re // ⁊ os ei⁹ opprimere de multis insidiā
tes ei: ⁊ querentes aliquid capere de ore A
eius vt accusarent eum.

XII

Multis aūt turbis ꝯcurrētibꝫ ita
vt se inuicem ꝯculcarent: cepit
dicere ad discipulos suos // Attē Mt. 6. b. Mt. 8. c. Mt. 10. d. Mar. 4. d.
dite a fermēto phariseoꝝ quod est hypo
crisis // Nihil enim opertū est quod non
reueletur: neq̄ꝫ absconditū quod nō scia Mat. 12. c
tur // Quoniā que in tenebris dixistis: in
lumine dicent̄. et q̄d in aure locuti estis

in cubiculis p̄dicabit̄ in tectis. Dico au
tem vobis amic̄ meis ne terreamini ab
his qui occidūt corp⁹. ⁊ post hec non hn̄t
ampli⁹ quid faciāt // Ostendam autē vo/
bis quē timeatis. Timete eū qui postq̄
occiderit habet ptātem mittere in gehē
nam. Ita dico vob̄ hunc timete. Nōne
quinq̄ passeres veneūt dipondio: et vn⁹
ex illis nō est in obliuione corā deo // Sz
⁊ capilli capitis vr̄i om̄s numerati sunt
Nolite ergo timere: multis passeribus
pluris estis vos // Dico aūt vob̄ oīs qui/
cunq̄ ꝯfessus fuerit me corā hoīb⁹: ⁊ fili/
us hom̄is ꝯfitebit̄ illi coram angelis dei
// Qui aūt negauerit me coraz hoīb⁹: ne/
gabit̄ corā angel' dei // Et oīs qui dicit ver
bum in filiū hoīs remittet̄ illi: ei aūt qui
in sp̄m̄ scm̄ blasphemauerit nō remittet̄
// Cū autē inducent vos in synagogas. ⁊
ad magistrat⁹ ⁊ potestates: nolite sollici/
ti esse q̄liter aut quid rn̄deatis aut quid
dicatis. Sp̄ūs enī sanct⁹ docebit vos in
ip̄a hora: q̄d oporteat vos dicere. Ait aūt
ei quidā de turba. Mgr̄ dic fratri meo:
vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit
ei: Homo // quis me ꝯstituit iudicem aut
diuisorē supra vos? Dixitq̄ ad illos. Vi
dete ⁊ cauete ab oī auaricia q̄ nō in abū
dantia cui⁹ q̄ vita ei⁹ ē ex his q̄ possidet
Dixit autē sil'itudinē ad illos dicēs. Ho
minis cuiusdā diuitis vberes fructus a/
ger attulit: et cogitabat intra se dicens:
Quid faciā: q̄ non habeo quo ꝯgregem
fruct⁹ meos? Et dixit: Hoc faciam // De
struam horrea mea: ⁊ maiora faciā ⁊ illuc
ꝯgregabo oīa que nata sunt mihi ⁊ bona
mea: ⁊ dicam aīe mee: Anīa habes mlta
bona posita in annos plurimos: req̄esce
comede. bibe. epulare. Dixit autē illi de⁹
Stulte hac nocte aīam tuā repetūt a te
Que autē parasti: cui⁹ erunt? Sic est q̄
sibi thesauriçat ⁊ nō est in deū diues. Di
xitq̄ ad discipulos suos // Ideo dico vob̄
Nolite solliciti esse aīe vr̄e quid mandu
cetis neq̄ corpi quid induamini. Anīa
plus est q̄ esca. ⁊ corp⁹ plus q̄ vestimen
tum. Considerate coruos: q̄ non semi/
nant neq̄ metunt quib⁹ nō est cellariū
neq̄ horreū. ⁊ deus pascit illos. Quāto/
magis vos pluris estis illis. Quis autē
vr̄m cogitādo potest adijcere ad staturā
suā cubitū vnū? Si ergo neq̄ q̄d mini
mū est potestis: q̄d de ceteris solliciti estꝫ
// Considerate lilia quō crescūt. Non la/ Mat. 6. f.
borant neq̄ nent. Dico aūt vob̄: nec salo
mon in oī gloria sua vestiebat̄ sicut vnū
ex istis. Si autē fenum q̄d hodie est in
agro et cras in clibanū mittit̄: de⁹ sic ve/
stit: quanto magis vos pusille fidei? Et
vos nolite q̄rere quid manducetis. aut
quid bibatis. et nolite in sublime tolli.
Hec autē oīa gentes mundi q̄runt. Pa
ter autē vr̄ scit q̄m̄ his indigetis // Verū Mat. 6. g
tamē querite primū regnū dei ⁊ iusticiā
eius: ⁊ hec oīa adijcient̄ vobis. Nolite ti
mere pusillus grex: q̄ cōplacuit p̄ri vr̄o
dare vobis regnū // Vendite q̄ possidetis Mat. 9. e
⁊ date elemosynā // Facite vobis sacculos Mar. 10. c
qui nō veterascūt: thesaurū nō deficientē Mat. 6. d
in celis. Quo fur nō appropiat. neq̄ ti/
nea corrumpit // Vbi enī thesaur⁹ vester Mat. 6. e.
est. ibi ⁊ cor vestrū erit. Sint lumbi vr̄i E
precincti ⁊ lucerne ardētes in manibus
vr̄is. ⁊ vos similes hoīb⁹ expectantib⁹ do
minū suū q̄n̄ reuertat̄ a nuptijs: vt cum
venerit ⁊ pulsauerit cōfestim aperient ei
// Beati serui illi: q̄s cū venerit dn̄s inue Mat. 24. g.
nerit vigilātes. Amē dico vob̄: q̄ precin
get se ⁊ faciet illos discūbere. ⁊ trausiens
ministrabit illis. Et si venerit in secūda
vigilia. ⁊ si in tertia vigilia venerit. ⁊ ita
inuenerit: beati sunt serui illi // Hoc autē Mat. 24. f.
scitote q̄m̄ si sciret p̄familias qua hora Mar. 13. g.
fur veniret: vigilaret vtiq̄. ⁊ nō sineret
p̄fodi domū suam. Et vos estote parati:
q̄ qua hora nō putatis fili⁹ hoīs veniet.
Ait aūt ei petrus: Dn̄e ad nos dicis hāc
parabolam: an ⁊ ad oēs? Dixit autē dn̄s
// Quis putas est fidelis dispensator et Mat. 24. e
prudens: quē cōstituit dn̄s supra famili
am suā vt det illis in tp̄e tritici mensu/
ram? Beat⁹ ille seruus quē cuz venerit
dn̄s inuenerit ita facientē. Vere dico vo F
bis: q̄m̄ supra oīa que possidet cōstituet
illum. Q̄ si dixerit seru⁹ ille ī corde suo.
moram facit dn̄s meus venire ⁊ ceperit

percutere seruos ⁊ ancillas·⁊ edere et bi
bere ⁊ inebriari: veniet dñs serui illius in
die qua nō spēret ⁊ hora q̄ nescit· et diui/
det eum: partēq; eius cū infidelibus po/
Jac·4·d net/ Ille autē seruus q̄ cognouit voluta
tem dñi sui·⁊ nō se præpauit·⁊ non fecit
Osee·4· ꝑm voluntatez ei⁹: vapulabit multȝ/ qui
autē nō cognouit ⁊ fecit digna plagȝ va
pulabit paucis. Cui aūt cui multū da/
tum est multū q̄rēt ab eo: ⁊ cui cōmēda/
uerūt multū: plus petent ab eo. Ignez
veni mittere in terrā·⁊ quid volo nisi vt
G accendatur? Baptisma aūt habeo bapti
Mat·io·f çari: ⁊ quō coarter vsq; dū ꝑficiat/ Pu/
tatis q̄ pacē veni mittere in terrā? Nō
dico vobis: sed sepationē. Erūt enī ex hō
quinq; in domo vna diuisi: tres in duos
⁊ duo in tres diuidēt: pater in filiū·⁊ fi
lius in patrē suū: mater in filiā·⁊ filia in
matrē: socrus in nurū suā·⁊ nurus ī so/
Mat.io·a crū suā/ Dicebat aūt ad turbas. Cuz vi
deritis nubem orientē ab occasu· statim
dicitis nimbꝰ venit·⁊ ita fit·⁊ cū austruz
flantem: dicitȝ q̄ estus erit et fit. Hypo/
crite faciē celi ⁊ terre nostis probare· hoc
aūt tps quō nō ꝓbatis? Quid aūt ⁊ a vo
bisipsis nō iudicatis q̄ iustū est? Cū au
tē vadis cū aduersario tuo ad principez
in via: da operam liberari ab illo: ne for/
te trahat te ad iudicez: et iudex tradat te
exactori·⁊ exactor mittat te in carcerem
Mt·5·d·⁊·18·g Dico tibi: non exies inde donec etiā no/
uissimū minutū reddas. XIII
A Aderant aūt quidā ipo ī tpe nū/
ciantes illi de galileis: quoz san
guinē pilat⁹ miscuit cum sacrifi
cijs eoz. Et rñdens dixit illis: Putatis
Mt·4·e·Mar· q̄ hi galilei p̄ oībus galileis pctōres fue
i·c·Actȝ·2·d·et· rint: q̄ talia passi sunt/ Nō dico vob: sed
3·d·Apoc·2·d· nisi pēnitentiā habueritȝ· oēs sil̄r pibitȝ
sicut illi decē ⁊ octo supra q̄s cecidit tur/
ris in syloe ⁊ occidit eos. Putatis q̄ et
ipsi debitores fuerint: ꝑter oēs hoies ha
Ezech·18· Eccȝ bitantes in hierl̄m / Nō dico vobis: sed
17·Actz·3·d· si nō pēnitentiā habueritȝ: oēs similiter
pibitis. Dicebat aūt ⁊ hanc sil̄itudinez.
B Arborem fici habebat quidā plantatā in
vinea sua·⁊ venit querens fructū in illa
⁊ nō inuenit. Dixit aūt ad cultorem vi Mat·21·c
nee/ Ecce anni tres sūt ex quo venio q̄/ Mar·11·c
rens fructū in ficulnea hac·⁊ nō inuenio Daniel·4
Succide ergo illā. Et quid etiā terraz
occupat? At ille rñdens dixit illi: Domi
ne: dimitte illā ⁊ hoc anno vsq; dū fodiā
circa illā ⁊ mittam stercora. Et siquidez
fecerit fructū: sinaūt in futurū succides Mat·21·b
eam/ Erat autē docens in synagoga eoz Mar·3·a
sabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat spīm
infirmitatis annis decē ⁊ octo· ⁊ erat icli j·14·a·
nata· nec oīno poterat sursum respicere
Quā cū videret ihesus: vocauit eaz ad se. C
⁊ ait illi: Mulier dimissa es ab infirmi/ Mt·12·b·Mr
tate tua/ Et imposuit illi manus·⁊ cōfe/ 3·g·Lc·6·a
stim erecta est·⁊ glorificabat deū. Respō
dens aūt archisynagogus indignans: q̄
sabbatȝ curasset ihesus: dicebat turbe: Sex
dies sunt in q̄bus oportet opari. In his
ergo venite ⁊ curamini: et nō in die sab/
bati. Rñdens aūt ad illū dñs dixit: Hy/
pocrite vnusquisq; vrm sabbato nō sol/ D
uit bouē suū aut asinū a p̄sepio et ducit
adaquare? Hanc aūt filiā abrae quā alli
gauit sathanas: ecce decem ⁊ octo annis
nō oportuit solui a vinculo isto die sab/
bati? Et hec cū diceret: erubescebāt oēs
aduersarij ei⁹·⁊ ois ꝑl̄s gaudebat ī oni
uersis q̄ gloriose fiebant ab eo. Dicebat
ergo. Cui simile est regnū dei·⁊ cui simi Mat·13·d
le estimabo illud/ Simile ē grano sina/ Mar·4·h
pis· q̄ acceptū homo misit in hortū suū
⁊ creuit·⁊ factū est in arborē magnā·⁊ vo
lucres celi requieuerūt in ramis ei⁹. Et
itez dixit: Cui simile estimabo regnum Mat·13·d E
dei/ Simile est fermēto q̄ acceptū mu Mat·24·g
lier abscondit ī farine sata tria: donec fer
mentaret totum/ Et ibat p ciuitates et
castella docens: ⁊ iter faciens in hierl̄m.
Dixit aūt illi quidā. Dñe: si pauci sūt qui Mat·7·c
saluāt⁹? Ipse aūt dixit ad illos. Conte Job·14·
dite intrare p angustam portam· q̄ mul
ti dico vobis q̄rent intrare ⁊ nō poterūt
Cum aūt intrauerit ptfamilias et clau/
serit ostium: incipietis foris stare· et pul
sare ad ostiū dicētes: dñe aperi nob·⁊ re
spondens dicet vob/ Nescio vos vnde si/ Mat·7·d
tis. Tunc incipietis dicere: Comedimus 25·b

mus coram te ⁊ bibim⁹. ⁊ in plateis no
stris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos
vnde sitis // Discedite a me oēs operarij
iniquitatis // Ibi erit fletus ⁊ stridor den
tium: cū videritis abraaz ⁊ ysaac ⁊ iacob
⁊ oēs ꝓphetas in regno dei: vos autez ex
pelli foras // Et venient ab oriente et occi
dente ⁊ aquilone ⁊ austro. ⁊ accūbent ī re
gno dei // Et ecce sunt nouissimi q̄ erant
primi. ⁊ sunt primi q̄ erāt nouissimi. In
ip̄a die accesserūt q̄dā phariseoꝝ dicētes
illi: Exi et vade hinc qꝛ herodes vult te
occidere. Et ait illis: Ite ⁊ dicite vulpi
illi. Ecce eijcio demonia et sanitates ꝑfi
cio hodie ⁊ cras. ⁊ tertia die ꝯsumor. Ele
runtamē oportet me hodie ⁊ cras ⁊ seq̄n
ti die ambulare: qꝛ nō capit ꝓphetā peri
re extra hierl'm. Hierusalē hierl'm q̄ oc
cidis ꝓphetas ⁊ lapidas eos qui mittun
tur ad te. Quotiēs volui ꝯgregare filios
tuos quēadmodū auis nidū suū sub pē
nis. ⁊ noluisti. Ecce relinquet' vob' dom⁹
vr̄a deserta. Dico aūt vobis: qꝛ nō vide
bitis me donec veniat cū dicetis: benedi
ctus qui venit in noīe dn̄i. XIIII

Et factū est cū introisset iesus in
domū cuisdaz principis pharise
orū sabbato manducare panem
⁊ ipsi obseruabāt eū. Et ecce homo qui
dam hydropicus erat ante illum: Et re
spondēs iesus: dixit ad legispitos ⁊ pha
riseos dicens // Si licet sabbato curare?
At illi tacuerūt. Ipse vero apprehensum
sanauit eū ac dimisit. Et rn̄dens ad illos
dixit // Cui⁹ vr̄m asinus aut bos in puteū
cadet. ⁊ nō ꝯtinuo extrahet illum die sab
bati? Et non poterant ad hec rn̄dere illi.
// Dicebat aūt ⁊ ad inuitatos parabolam
intendens quō primos accubitus elige
rent: dicens ad illos: Cū inuitatus fue
ris ad nuptias nō discūbas in primo lo
co. ne forte honoratior te sit inuitat⁹ ab
illo. ⁊ veniens is qui te ⁊ illū vocauit. di
cat tibi. da huic locū: ⁊ tūc incipias cū ru
bore nouissimū locū tenere. Sz cū voca
tus fueris. vade recumbe in nouissimo
loco: vt cū venerit qni te inuitauit dicat
tibi: Amice ascende supius. Tunc erit ti
bi gloria coram simul discumbentibus:
// qꝛ oīs qui se exaltat hūiliabit'. et qui se
hūiliat exaltabit'. Dicebat aūt ⁊ ei qui se
inuitauerat. Cū facis prandiū aut cenā
noli vocare amicos tuos neqꝫ frēs tuos
neqꝫ cognatos neqꝫ vicinos. neqꝫ diui
tes. ne forte ⁊ ipsi te reinuitent ⁊ fiat ti
bi retributio // Sed cū facis ꝯuiuiū voca
paupes debiles claudos ⁊ cecos: et beat⁹
eris: qꝛ nō hn̄t retribuere tibi. Retribu
etur enī tibi in resurrectiōe iustoꝝ. Hec
cū audisset quidā de simul dicūbentibus
dixt illi // Beatus qui māducabit panez
in regno dei. At ipse dixit ei // Homo qui
dam fecit cenā magnam. ⁊ vocauit mul
tos. Et misit seruū suū hora cene dicere
inuitatis vt venirēt. qꝛ iam parata sunt
oīa. Et ceperūt simul oēs excusare. Pri
mus dixit ei: Villam emi. et necesse ha
beo exire ⁊ videre illā. Rogo te: habe me
excusatū. Et alter dixit: Juga boum emi
quinqꝫ. ⁊ eo probare illa. Rogo te: habe
me excusatū. Et alius dixit: Vxorem du
xi. ⁊ ideo nō possum venire. Et reuersus
seruus nunciauit hec dn̄o suo. Tunc ira
tus pr̄familias dixit seruo suo: Exi cito
in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ paupes ac
debiles ⁊ cecos ⁊ claudos introduc huc
Et ait seruus: Dn̄e: factū est vt impasti
⁊ adhuc locus est. Et ait dn̄s seruo: Exi
in vias ⁊ sepes ⁊ compelle intrare: vt im
pleatur dom⁹ mea // Dico aūt vob': qꝛ ne
mo viroꝝ illoꝝ qui vocati sunt gustabit
cenam meā. Ibant aūt turbe multe cuz
eo. ⁊ cōuersus dixit ad illos // Si quis ve
nit ad me ⁊ nō odit prēm suū ⁊ mrēm ⁊
vxorez ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ sorores. adhuc
autē ⁊ aīam suā: nō potest me⁹ esse disci
pulus // Et qui nō baiulat crucē suā ⁊ ve
nit post me: nō potest me⁹ esse discipulus
Quis enī ex vobis volens turrim edifi
care: nōne prius sedens computat sum
ptus qui necessarij sunt si habeat ad ꝑfi
ciendū: ne postq̄ꝫ posuerit fundamentuz
⁊ non potuerit perficere: om̄es qui vidēt
incipiant illudere ei dicentes: quia hic
homo cepit edificare ⁊ nō potuit cōsum
mare? Aut quis rex iturus committere

C
Mat. 23. b.
Ja. 4. c.
Tobie. 4.
D
ps. 77.
Mat. 22. a
Apoc. 19. b.
E
Mat. 6. c.
F
Mat. 10. g
Mat. 10. g. et
16. f. Mr. 8.
g. s. 9. c.
G

bellum aduersus aliũ regem: nõ sedens
prius cogitat si possit cũ decem milibus
occurrere ei. qui cũ viginti milib⁹ venit
ad se: Alioquin adhuc illo longe agente
legationẽ mittens rogat ea que pac⁹ sũt
Mat. 10. g. // Sic ergo oĩs ex vob qui nõ renunciat
j. 18. e. oĩbus que possidet: nõ potest me⁹ esse di
Mat. 5. b. scipulus // Bonũ est sal. Si autẽ sal eua/
Mar. 9. g nuerit: in quo ꝯdietur? Neq; in terram
neq; in sterquilinium vtile est: sed foras
A mittet. Qui hz aures audiẽdi audiat.
Mat. 9. b. // Erant aũt appropin/ XV
Mar. 2. d. quantes ei publicani ⁊ pctõres
vt audirent illũ. Et murmura
bant pharisei ⁊ scribe dicẽtes: qꝛ hic pec/
Mat. 18. b. catores recipit ⁊ manducat cũ illis // Et
B ait ad illos ꝑabolam istam dicẽs: Quis
ex vobis homo q̃ habet centũ oues. et si
ꝑdiderit vnã ex illis. nõne dimittit no/
nagintanouẽ in deserto et vadit ad illaz
que ꝑierat donec inueniat eã? Et cuz in
uenerit eã. imponit in hũeros suos gau
dens ⁊ veniens domũ ꝯuocat amicos et
vicinos dicens ill' // Cõgratulamini mi/
hi: qꝛ ĩueni ouẽ meã q̃ ꝑierat. Dico vob
q̃ ita gaudiuz erit ĩ celo sup vno pctõre
penitentiã agente: q̃z sup nonagĩtanouẽ
C iustis q̃ nõ indigẽt penitẽtia. Aut q̃ mu/
lier hñs drachmas decẽ: si ꝑdiderit dra/
chmam vnã. nõne accendit lucernaz et
euertit domũ ⁊ querit diligẽter donec ĩ/
neniat eam? Et cũ inuenerit cõuocat a/
micas ⁊ vicinas. dicens: Cõgratulami
ni mihi. qꝛ inueni drachmã quã ꝑdide/
ram. Ita dico vob: gaudiũ erit coraz an
gelis dei sup vno pctõre penitentiã agẽ
te. Ait aũt: Homo quidaz habuit duos
D filios. ⁊ dixit adolescẽtior ex illis pr̃i. Pa
ter. da mihi portionẽ sube q̃ me ꝯtingit
Et diuisit illis subam. Et nõ post mul/
tos dies: ꝯgregatis oĩbus adolescentior
fili⁹ ꝑegre ꝓfectus est in regionẽ lõgin/
quã ⁊ ibi dissipauit subam suã viuendo
luxuriose. Et postq̃z oĩa ꝯsummasset: fa/
cta est fames valida ĩ regione illa. et ipe
cepit egere. Et abijt ⁊ adhesit vni ciuiuz
regionis illi⁹. ⁊ misit illũ in villam suaz
vt pasceret porcos. Et cupiebat implere
ventrẽ suũ de filiquis q̃s porci manduca
bant: ⁊ nemo illi dabat. In se aũt reuer
sus dixit: Quãti mercẽnarij ĩ domo pa/
tris mei abũdant panib⁹: ego aũt hic fa
me pereo. Surgã ⁊ ibo ad pr̃em meũ et
dicã ei // Pater peccaui in celũ ⁊ coraz te.
iam nõ sum dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹: fac me
sicut vnũ de mercennarijs tuis. Et sur
Peccatū enī vob̄ non dn̄abit̄. Nō enim
sub lege estis sed sub gr̄a. Quid g̊? Pec
cabimus qm̄ non sumꝰ sub lege: sed sub
gratia? Absit. An nescitis qm̄ cui exhibe/
tis vos seruos ad obediendū: serui estis
eius cui obedistis siue peccati ad mortez
siue obeditionis ad iusticiā? Grās autez
deo q̄ fuistis serui peccati: obedistis autē
ex corde in eā formā doctrine in q̄ tradi/
ti estis / Liberati aūt a peccato serui facti Baruch. 4.
estis iusticie. Humanū dico: ꝓpter infir/ D
mitatē carnis vr̄e. Sicut enī exhibuistꝫ
membra vr̄a seruire immūdicie ⁊ iniq̄/
tati ad iniquitatē ita nūc exhibete mem
bra vestra seruire iusticie in sc̄ificationē.
/ Cū enī serui essetis peccati liberi fuistis Joh. 8. a.
iusticie. Quē ergo fructū habuistis tūc Ezech. 36.
in illis in q̄bꝫ nūc erubescitꝫ? Nā finis il Esa. 1.
lor̄ mors est. Nūc vero liberati a pctō: ser
ui aūt facti deo habetꝫ fructū vr̄m in sc̄i
ficationē: finē vero vitā eternā. Stipen
dia eī peccati mors gr̄a aūt dei vita eter
na in christo iesu dn̄o nostro. VII

A An ignoratis fr̄es: scientibꝫ eī le A
gē loquor: q̄z lex in hoīe dn̄at̄ q̄n
to tp̄e viuit / Naz que sub viro i. Cor. 7. d.
est mlr̄: viuēte viro alligata est legi. Si
aūt mortuꝰ fuerit vir eius soluta ē a le/
ge viri. Igitur viuente viro vocabitur

adultera. si fuerit cuz alio viro: si autem
mortuus fuerit vir ei⁹. liberata ē a lege
viri vt nō sit adultera. si fuerit cū alio vi
B ro. Itaqz frēs mei ⁊ vos mortificati estꝫ
legi ꝑ corp⁹ christi vt sitis alteri⁹. qui ex
mortuis resurrexit. vt fructificetis deo.
Cū enī essem⁹ in carne. passiones pctōꝝ
que ꝑ legē erant opabant̄ in mēbrꝫ nr̄is
vt fructificarēt morti. Nūc aūt soluti su
mus a lege mortꝫ. in q̄ detinebamur: ita
vt seruiam⁹ in nouitate spūs ⁊ nō in ve
tustate lr̄e: Quid g̊ dicemus? Lex pctm̄
est. Absit. Sed pctm̄ nō cognoui nisi ꝑ
legē. Nā ꝯcupiscētiam nesciebaz. nisi lex
Deut. 5. ⁊. 7. diceret // Nō ꝯcupisces. Occasiōe aūt ac
cepta: peccatū ꝑ mandatū opatū est ī me
oēm ꝯcupiscētiā. Sine lege enī peccatū
C mortuū erat. Ego aūt viuebā sine lege
aliqn̄. Sed cū venisset mādatū: pctm̄ re
uixit. Ego aūt mortu⁹ sum: ⁊ inuētū est
mihi mandatū qđ erat ad vitaz: hoc esse
ad mortē. Nā pctm̄ occasiōe accepta per
mandatum seduxit me ⁊ ꝑ illud occidit.
i. Timotꝫ. i. // Itaqz lex quidē scā. ⁊ mādatū scm̄ ⁊ iu
stum ⁊ bonū. Qđ g̊ bonū est: mihi factuz
est mors? Absit. Sed pctm̄ vt appareat
peccatū ꝑ bonū opatū ē mihi mortē vt fi
at sup̄ modū peccās peccatū ꝑ mandatū
Scim⁹ enī qꝛ lex spirital̄ est. Ego autez
carnalis sum: venūdat⁹ sub pctō. Qđ eī
operor nō intelligo. Nō eī qđ volo bonū
hoc ago: sꝫ qđ odio malū: illud facio. Si
aūt qđ nolo illud facio: ꝯsentio legi qm̄
bona est. Nūc aūt iā nō ego operor illud
D sed qđ habitat ī me pctm̄ Scio eī qꝛ nō
habitat ī me h̄ est ī carne mea bonū. Nā
velle adiacet mihi: ꝑficere aūt bonū non
inuenio. Nō enī qđ volo bonū hoc facio:
sed qđ nolo malū h̄ ago. Si aūt qđ no
lo illud facio: iā nō ego opor illud: sꝫ qđ
habitat ī me pctm̄. Inuenio igit̄ legem
volēti mihi facere bonū: qm̄ mihi maluz
adiacet. Cōdelector enī legi dei s̄m inte
riorē hoīem. Video autē aliā legē in mē
bris meis. repugnantē legi mētis mee:
⁊ captiuantē me ī lege peccati q̄ ē in mē
bris meis. Infelix ego hō: quis me libe
rabit de corpe mortꝫ huius? Gr̄a dei: per
iesum christum dn̄m nr̄m. Igit̄ ego ip̄e
mente s̄uio legi dei: carne autē legi pcti.

VIII

Nihil g̊ nūc dānatiōis
n est his q̄ sunt in christo iesu qui
nō s̄m carnē ambulant. Lex enī
spūs vite ī christo iesu: liberauit me a le
ge peccati ⁊ mortꝫ. Nā quod impossibile
erat legi in q̄ infirmabat̄ ꝑ carnē: de⁹ fili
um suū mittens in sil̄itudinē carnis pec
cati. ⁊ de peccato dānauit pctm̄ in carne
vt iustificatio legꝫ impleret̄ in nob̄: q̄ nō
s̄m carnez ambulam⁹: sed s̄m spm̄. Qui
enī s̄m carnē sunt. q̄ carnis sunt sapiūt.
q̄ vero s̄m spūm sūt q̄ sūt spūs sentiunt
nā prudētia carnis mors ē: prudētia aūt
spūs vita ⁊ pax. Qm̄ sapīa carnis inimi
ca ē deo. Legi enī dei nō est subiecta: nec
enī pōt. Qui aūt ī carne sunt deo place
re nō pn̄t. Vos aūt ī carne nō estis sꝫ in
spū. si tn̄ spūs dei habitat in vob̄. Si q̄s
aūt spūm christi nō hꝫ: hic nō ē ei⁹. Si
aūt christ⁹ in vob̄ est. corp⁹ q̄dē mortuuz
est ꝓpter peccatū: spūs vero viuit ꝓpt̄ iu
stificationē. Q si spūs ei⁹ q̄ suscitauit ie
sum a mortuis. habitat in vob̄ q̄ suscita
uit iesuz christū a mortuis. viuificabit ⁊
mortalia corpa vr̄a. ꝓpter inhabitantez
spiritū eius in vob̄. Ergo frēs debitores
sum⁹. nō carni vt s̄m carnē viuam⁹. Si
enī s̄m carnē vixeritis. moriemini: si au
tē spū facta carnis mortificaueritis. vi
uetis. Quicūqz enī spū dei agunt̄. hi sūt
filij dei. Nō enī accepistis spiritū s̄uitutꝫ
iterū in timore: sed accepistis spūm ado
ptionis filioꝝ dei: in q̄ clamam⁹ abba pr̄
Ipse enī spūs testimoniuz reddit spiri
tui nr̄o: q̄ sum⁹ filij dei. Si aūt filij ⁊ he
redes // heredes quidē dei: coheredes aūt i. Cor. 12. b. Hebre. 4. d.
christi: si tn̄ cōpatimur vt ⁊ conglorifice
mur. Existimo enī: q̄ nō sunt condigne
passiōes hui⁹ tp̄is ad futurā gl̄am q̄ re
uelabit̄ ī nob̄ // Nā expectatio creature re Esa. 40.
uelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati eī
creatura subiecta est nō volens: sꝫ ꝓpter
eū qui subiecit eā in spe: qꝛ ⁊ ipsa creatu
ra liberabit̄ a seruitute corruptiōis in li
bertatē glorie filioꝝ dei. Scim⁹ enim q̄
oīs creatura ingemiscit ⁊ parturit vsqꝫ

adhuc. Nō solū aūt illa sed ⁊ nosipsi pri
mitias spūs hītes· ⁊ ipsi ītra nos gemi
mus adoptionē filioꝝ dei: expectātes re/
demptiōem corpis nri. Spe enī salui fa
cti sum⁹. Spes aūt q̄ videt· non est spes
Nā qđ videt q̄s quid sperat? Si aūt qđ
nō videm⁹· speram⁹: p patientiā expecta/
mus. Similiter aūt ⁊ spūs adiuuat in/
firmitatē nr̄am. Nā quid oremꝰ sicut o/
portet· nescimꝰ: sed ipe spūs postulat pro
nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Qui au
tē scrutat corda: scit qđ desideret spūs q̄
fm deū postulat p sctis. Scimꝰ aūt qm̄
diligentib⁹ deū oia coopant in bonū· his
qui fm ꝓpositū vocati sunt sancti. Nam
q̄s præsciuit· ⁊ pdestinauit ꝓformes fieri
imaginis filij sui: vt sit ipe primogenitꝰ
in multis fratrib⁹. Quos aūt pdestina/
uit hos ⁊ vocauit· ⁊ q̄s vocauit hos ⁊ iusti
ficauit. Quos aūt iustificauit illos ⁊ ma
gnificauit. Quid g̃ dicemꝰ ad hæc? Si de
us p nob: quis ꝭ nos? Qui etiā p̄prio fi
lio suo nō pepcit: sed p nob oīb⁹ tradidit
illū. Quō non etiā cū illo oia nob donā
uit? Quis accusabit adūsus electos dei?
Deus q̄ iustificat. Quis est q̄ cōdēnet?
Christus iesus qui mortuꝰ est· imo qui
⁊ resurrexit: qui ē ad dexterā dei· qui etiā
interpellat p nob. Quis g̃ nos sepabit
a charitate christi? Tribulatio: an angu/
stia· an fames· an nuditas· an piculū· an
psecutio· an gladius? Sicut scriptū est
/Quia ꝓpter te mortificamur tota die:
estimati sumus sicut oues occisiōis. Sꝫ
in his oīb⁹ speram⁹· ꝓpter eū qui dilexit
nos. Certus sum enim: q̄ neq̄ mors ne/
q̄ vita· neq̄ angeli· neq̄ principatus· ne
q̄ virtutes· neq̄ instantia· neq̄ futura·
neq̄ fortitudo· neq̄ altitudo· neq̄ ꝓfun
dum· neq̄ creatura alia poterit nos sepa/
rare a charitate dei: que est in christo ie/
su domino nostro. IX

Veritatē dico in christo iesu non
mentior testimoniū mihi phi/
bente ꝓscia mea in spūsco: qm̄ tristicia mi
hi magna ē: ⁊ ꝯtinuus dolor cordi meo.
Optabam enim ego ipse anathema esse a
christo p frib⁹ meis qui sūt cognati mei
fm carnē q̄ sunt israelite: quorū adoptio
est filioꝝ· ⁊ gla ⁊ testamentū ⁊ legislatio
⁊ obsequiū ⁊ pmissa: quoꝝ pres ex quib⁹
est christꝰ fm carnē· qui ē sup oia deꝰ be/
nedictꝰ in secula amē. Nō autē q̄ excide/ B
rit verbū dei. Nō enī oes q̄ ex circūcisiōe
sunt isrl· hi sunt israelite: neq̄ qui semē
sunt abrae oes filij/ Sed ī ysaac vocabit̄ Gal· 4· d·
tibi semē· i· nō qui filij carnis hi filij dei:
sed q̄ filij sunt ꝓmissiōis· estimant̄ in se/
mine. Promissiōis enī verbum hoc est.
Secōm hūc tps veniā ⁊ erit sare filio. Non
solū aūt illa: sꝫ ⁊ rebecca ex vno cōcubitu
hīs ysaac ptis nri. Cū enī nōdū nati fu
issent· aut aliquid boni egissent aut mali
vt fm electionē ꝓpositū dei maneret· nō
ex opib⁹ sed ex vocante dictū est ei/ quia Gen· 25·
maior seruiet minori: sicut scriptum est
/Jacob dilexi: esau autem odio habui. Malachie· i·
Quid g̃ dicemꝰ? Nūquid iniqtas apud
deū? Absit. Moysi enim dicit/ Miserebor Exo· 33·
cui misert⁹ fuꝫ· ⁊ misericordiā pstabo cui
miserebor. Igit̄ nō volētis neq̄ currētis C
sed miserētis est dei. Dicit enī scriptura
pharaoni. Quia in hoc ipum excitaui te
vt ondam in te virtutē meā· ⁊ vt annū/
cietur nomē meū in vniūsa terra. Ergo
cuiꝰ vult miserek· ⁊ quem vult indurat.
Dicis itaq̄ mihi: Quid adhuc q̄ritur?
Voluntati enī eiꝰ q̄s resistit? O hō: tu q̄
es: qui rndeas deo/ Nūquid dicit figmē Esa· 45·
tū ei q̄ se finxit: qđ me fecisti sic/ An non Eccle· 38·
habet ptātem figulus luti ex eadē massa Hiere· 18·
facere aliud quidē vas ī honorē: aliud ve
ro in ꝓtumeliā? Q̄ si deꝰ volens ondere
iram ⁊ notā facere potētiā suā· sustinuit
in multa patiētia vasa ire apta in interi/
tum: vt ondēret diuitias glorie sue ī va
sa misericordie que præpauit in gloriam
Quos ⁊ vocauit nō solū ex iudeis sꝫ eti/ D
am ex gentib⁹: sicut ī osee dicit. Vocabo
nō plebē meā· plebē meā· ⁊ nō dilectā di
lectā· ⁊ nō misericordiā ꝓsecutaꝫ· miseri/
cordiā ꝓsecutā. Et erit in loco vbi dictū
est eis nō plebs mea vos: ibi vocabunt̄
filij dei viui. Esaias aūt clamat pro isra/
el· Si fuerit nūerus filioꝝ isrl tanq̄ are
na maris: reliquie salue fient. Verbum

enī ꝯsummans ⁊ abbreuians in equita-
te: qꝛ verbum breuiatū faciet dñs super
Esaie.i. terrā / Et sicut p̄dixit esaias. nisi dñs sa-
baoth reliquisset nob̄ semen sicut sodo-
ma facti essemus. et sicut gomorra simi-
les fuissemus. Quid g̊ dicem⁹? Q̄ gen-
tes que nō sectabant̄ iusticiam. apprehē-
derūt iusticiam: iusticiā autē que ex fide
est. israel vero sectando legē iusticie in le
gem iusticie non ꝑuenit. Quare? Quia
non ex fide. sed quasi ex opib⁹. Offende
runt enī in lapidē offensionis: sicut scri
ptum est. Ecce pono ī sion lapidē offen-
sionis ⁊ petram scandali: ⁊ omnis q̄ cre-
dit in eum non confundetur. X

A Fratres: volūtas quidez cordis
mei ⁊ obsecratio ad deū fit ꝓ il-
lis in salutē. Testimonium eniz
ꝑhibeo illis ꝙ emulationez quidem dei
hñt sed nō ꝓm scientiā. Ignorātes eniz
iusticiā dei ⁊ suā querētes statuere: iusti
cie dei nō sunt subiecti. Finis eniz legis
B christus. ad iusticiā oī credenti. Moyses
enī scripsit: quoniā iusticiā que ex lege ē
qui fecerit homo viuet in ea. Que autez
ex fide ē iusticia sic dicit. Ne dixeris ī cor
de tuo: q̄s ascēdet in celū. id est christū de
ducere. aut q̄s descēdet in abyssum. hoc ē
christū a mortuis reuocare. Sz quid di
cit scriptura? Prope ē verbū in ore tuo ⁊
in corde tuo. Hoc ē verbū fidei q̄d predi
camus: qꝛ si ꝯfitearis in ore tuo dñm ie-
sum. ⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus il
lū suscitauit a mortuis. salu⁹ eris. Cor-
de enī credit̄ ad iusticiā: ore aūt confessio
fit ad salutē. Dicit eniz scriptura: Oīs q̄
C credit in illū. nō ꝯfundet̄. Nō eī ē distin
2.cor.8.b. ia.i.a ctio iudei ⁊ greci / Nam idē dñs oīm: di
Johel.2 ues in om̄is qui inuocāt illū / Om̄is enī
Mt.10.e. ⁊.24. quicūq̄z inuocauerit nomen dñi saluus
b. Mr.13.c. Ac. erit. Quō ergo inuocabūt: in quem nō
2.b crediderūt? Aut quō credēt ei. quē non
audierūt? Quō aūt audient sine p̄dican
te? Quō vero p̄dicabūt: nisi mittantur?
sicut scriptū ē. Q̄ speciosi pedes euāge-
D liçantiū pacē: euāgeliçantiū bona. Sed
nō oēs obediūt euāgelio. Esaias enī di-
Esa.53. cit / Dñe quis credidit auditui nr̄o? Er-
go fides ex auditu: audit⁹ aūt ꝑ verbum
christi. Sz dico. Nñquid nō audierūt? ps.18.
Et q̄dam / in oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ.
⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Sed di
co: Nūquid isrl̄ nō cognouit? Primus
moyses dicit: Ego ad emulationez vos
adducam in oēm gentē. in gentem insi-
pientē in irā vos mittam. Esaias aūt au
det ⁊ dicit: Inuētus sum a nō querenti
bus me. palā apparui his qui me nō in-
terrogabant. Ad isrl̄ aūt dicit: Tota die
expandi man⁹ meas ad ꝑpl̄m nō creden
tem: sed ꝯtradicētem mihi. XI

A Dico ergo: Nūquid deus repulit
n pl̄m suū? Absit. Naz ⁊ ego israe
lita sum ex semīe abraam de tri-
bu beniamin. Nō repulit de⁹ plebez suaz
quā presciuit. An nescitis in helia q̄d di-
cit scriptura: quēadmodū interpellat de 3.Reg.19.
um adūsum isrl̄ / Dñe ꝓphetas tuas oc-
ciderūt: altaria tua suffoderūt. ⁊ ego reli
ctus sum solus. ⁊ q̄rūt aīam meā. Sed
quid dicit illi diuinuz rñsum? Reliq̄ mi
hi septē milia viroꝝ: qui nō curuauerūt
genua añ baal. Sic g̊ ⁊ in hoc tp̄e reliq̄e
ꝓm electionē gr̄e dei salue facte sunt. Si
aūt gr̄a. iam nō ex opib⁹. Alioquim gra-
tia iā nō est gr̄a. Quid g̊? Q̄d q̄rebat is-
rael hoc nō est ꝯsecut⁹. electio aūt ꝯsecu
ta est: ceteri vero excecati sunt sic̄ scriptū
est. Dedit illis de⁹ spūm cōpūctiōis ocu
los vt nō videant: ⁊ aures vt nō audiāt ps.68.
vsq̄z in hodiernū diē. Et dauid dicit: Fi-
at mensa eoꝝ corā ip̄is in laqueū. ⁊ in ca
ptionē ⁊ in scandalū ⁊ in retributionē il
lis. Obscurent̄ oculi eorū ne videant. et
dorsum eoꝝ semꝑ incurua. Dico g̊. Nun
q̄d sic offenderūt vt caderēt? Absit. Sz
illoꝝ delicto. salus est gentibus vt illos
emulent̄. Q̄ si delictū illoꝝ diuitie sunt
mundi. ⁊ diminutio eoꝝ diuitie gentiū
quātomagis plenitudo eoꝝ? Vobis. n.
dico gentib⁹. q̄ꝫdiu quidē ego sum genti
um apl̄s. ministeriū meū honorificabo: si
quo modo ad emulandū prouocē carnē
meā: ⁊ saluos faciaz aliquos ex illis. Si
enī amissio eorū recōciliatio est mundi:
que assumptio nisi vita ex mortuis? Q̄

C si delibatio sancta est. ⁊ massa. Et si radix
sancta et rami. Q. si aliqui ex ramis fra-
cti sunt: tu aūt cū oleaster esses: insertus
es in illis: ⁊ soci⁹ radicis et pinguedinis
oliue fact⁹ es: noli gloriari aduersus ra-
mos. Q. si gloriaris. nō tu radicē portas
sed radix te. Dicis g̃. Facti sunt rami vt
ego inserar. Bene ꝓpter incredulitatem
fracti sunt. Tu autē fide stas. Noli altuz
sape: sed time. Si eniz de⁹ naturalib⁹ ra-
mis nō pepcit ne forte nec tibi parcat. vi
de ergo bonitatē ⁊ seueritatē dei. In eos
quidē qui ceciderūt seueritatē: in te aūt
bonitatē dei: si ꝑmāseris in bōitate. Alio-
quin ⁊ tu excideris. Sz ⁊ illi si nō ꝑman
serint in incredulitate inserent̄. Potēs
est enī de⁹ iterꝫ inserere illos. Nam ⁊ si tu
ex naturali excisus es oleastro ⁊ ꝯtra na
turā insert⁹ es in bonā oliuā: q̄ntomag̃
D hi qui ꝑm naturā inserentur sue oliue?
Nolo enī vos ignorare frēs mysterium
hoc vt nō sitis vobisipsis sapiētes: qꝛ ce-
citas ex ꝑte ꝯtingit in israel donec pleni
tudo gentiū intraret. ⁊ sic oīs isrl̄ saluus
fieret: sicut scriptū est. Veniet ex sion: q̄
eripiat ⁊ auertat impietatē ab iacob. Et
hoc illis a me testamētū: cum abstulero
peccata eoꝝ. Scdm euāgeliū quidē ini-
mici ꝓpter vos: ꝑm electionē aūt charis-
simi ꝓpter pr̄es. Sine pnīa enī sunt do
na ⁊ vocatio dei. Sicut enī aliqñ et vos
nō credidistis deo: nūc aūt misericordiaz
ꝯsecuti estis ꝓpter incredulitatē illorum
ita ⁊ isti nūc nō crediderūt in vr̄az mise
ricordiā: vt ⁊ ip̄i misericordiā ꝯsequātur
Conclusit eī de⁹ oīa in incredulitate: vt
oīm misereat̄. O altitudo diuitiaꝝ sapi
entie ⁊ scīe dei: q̄z incōprehensibilia sunt
iudicia ei⁹ ⁊ īuestigabiles vie ei⁹ // Quis
enī cognouit sensum dñi. aut q̄s consili
arius ei⁹ fuit? Aut quis prior dedit illi. ⁊
retribuetur ei? Quoniā ex ip̄o et ꝑ ip̄uz
⁊ in ip̄o sunt oīa: ipsi gloria in se
A cula amen. XII
O Obsecro itaqꝫ vos frēs ꝑ miseri-
cordiaz dei // vt exhibeatis corpa
vestra hostiā viuentē. scām. deo placentē
rationabile obsequiū vr̄m. Et nolite cō
formari huic seculo. sed reformamini in
nouitate sensus vr̄i // vt ꝓbetis q̄ sit volū Ephe. 5. c.
tas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ ꝑfecta. Di- i. Tessal. 4. a.
co enim ꝑ grām que data est mihi oīb⁹
qui sunt inter vos. nō plus sape q̄z opor
tet sapere: sed sapere ad sobrietatē. ⁊ vni-
cuiqꝫ sicut deus diuisit mensuram fidei
// Sicut enī in vno corpe multa mem- B
bra habem⁹. oīa aūt membra nō eūdem i. Cor. 12. b.
actum hñt: ita multi vnū corp⁹ sumus Ephe. 4. a.
in christo: singuli aūt alter alteri⁹ mem-
bra. hñtes donationes ꝑm grām que da
ta est nobis differētes. Siue ꝓphetiam
ꝑm rationē fidei. Siue ministerium in
ministrando: Siue qui docet in doctrīa C
Qui exhortatur. in exhortando. Qui tri
buit. in simplicitate. Qui preest. in solli
citudine. Qui miseretur. in hilaritate.
Dilectio. sine simulatione // Odientes Esa. 7.
malum: adherētes bono // Charitate fra- Amos. 5.
ternitatis inuicem diligētes: honore in-
uicem p̄uenientes // Sollicitudine non Ephe. 4. c.
pigri: spū feruētes: dño seruiētes. Spe i. Pe. 2. c.
gaudētes: in tribulatione patiētes: ora- Luce. 12. c.
tioni instantes. Necessitatibus sanctoꝝ i. Pe. 5. b.
cōmūicantes // hospitalitatem sectantes Heb. 13. a.
Benedicite ꝑsequētibus vos. Benedici- D
te ⁊ nolite maledicere // Gaudere cū gau Mat. 5. a.
dentibus: flere cum flentibus. Idipsuz
inuicem sentientes. Non alta sapientes
sed humilib⁹ ꝯsentiētes // Nolite eē pru- Prouer. 3.
dentes apud vosmetipsos // Nulli malū Esaie. 5.
pro malo reddentes // prouidentes bona Prouer. 20.
non tm̄ coram deo sed etiam coram om
nibus hoīb⁹ // Si fieri potest quod ex vo i. P. 3. b.
bis est. cum oībus hoībus pacem haben 2. Cor. 8. d.
tes. Non vosmetipsos defendentes cha Heb. 12. c.
rissimi: sed date locū ire. Scriptum est
enī // Mihi vindictam. ⁊ ego retribuam Deut. 32.
dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tu
us ciba illum: si sitit. potum da illi. Hoc
enī faciens carbones ignis cōgeres sup
caput eius. Noli vinci a malo: sed vince
in bono malum. XIII
O Omnis aīa potestatibus sublimi A
oribus subdita sit. Non est eniz i. Pe. 5. c.
ptās nisi a deo. Que aūt sunt a
deo ordinata sūt. Itaqꝫ qui resistit ptāti

dei ordinationi resistit. Qui aũt resistũt
ipsi sibi dãnationẽ acq̃rũt: Nã principes
nõ sunt timori boni opis sed mali. Vis
aũt nõ timere ptãtem? Bonũ fac: et ha-
bebis laudẽ ex illa. Dei enĩ mĩster ẽ tibi
in bonũ. Si aũt malũ feceris. time. Nõ
enĩ sine cã gladiũ portat. Dei enĩ mini-
B ster est: vindex ĩ iraz ei q̃ malũ agit. Jõ-
qz necessitate subditi estote: nõ solũ pro-
pter irã: sed etiã ꝓpter ꝯsciam. Ideo enĩ
⁊ tributa p̃statis. Ministri enĩ dei sunt. ĩ
Mat. 22. d. hoc ip̃m seruiẽtes // Reddite g̃ oĩbus de-
bita. Cui tributũ tributũ: cui vectigal ve-
ctigal: cui timorẽ timorẽ: cui honorez ho-
i. Joh. 3. d. norem // Nemini quicq̃z debeatis nisi vt
C inuicem diligatis. Qui enĩ diligit proxi-
Deut. 5. mũ: legẽ impleuit // Naz nõ adulterabis.
nõ occides. nõ furaberis. nõ falsum testi-
moniũ dices. nõ ꝯcupisces: ⁊ si q̃d est ali-
Gal. 5. c. ud mandatũ in hoc verbo instaurat̃ // dili-
Mat. 22. g. ges ꝓximũ tuũ sicut teip̃m. Dilectio ꝓ-
Leuit. 19. ximi malũ nõ opat̃. Plenitudo g̃ legis
Ja. 2. b. est dilectio Et hoc sciẽtes tp̃s: qz hora est
D iam nos de somno surgere. Nũc enĩ ꝓpi-
or est nr̃a salus: q̃z cũ credidim⁹. Nox pre-
cessit. dies aũt appropinq̃uit. Abijciam⁹
ergo opa tenebraꝝ ⁊ induamur arma lu-
Luc. 21. g. cis: sic vt in die honeste ambulem⁹ // Nõ
in comesationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹ nõ ĩ cubi-
libus ⁊ impudicitijs nõ in ꝯtentiõe ⁊ e-
mulatione: sz induimini dñm iesuz chri-
Gal. 5. c. stum // ⁊ carnis curam ne feceritis in de-
i. Pe. 2. b. siderijs.

XIIII

A Infirmũ aũt in fide assumite nõ
in disceptatiõib⁹ cogitationum
Alius eniz credit mãducare se oĩa. Qui
aũt infirm⁹ est olus manducet. Js qui
manducat: nõ manducantẽ nõ spernat:
⁊ qui nõ mãducat: manducantẽ nõ iudi-
Ja. 4. c. cet. Deus enĩ illũ assumpsit // Tu q̃s es:
qui iudicas alienũ seruũ? Dño suo stat
aut cadit. Stabit aũt. Potens est eniz
deus statuere illũ. Nam ali⁹ iudicat diẽ
inter diẽ: ali⁹ aũt iudicat oẽz diẽ. Vnus-
quisqz in suo sensu abũdet Qui sapit di-
em. dño sapit: ⁊ qui mãducat. dño man-
B ducat. Grãs enĩ agit deo. Et q̃ nõ man-
ducat. dño nõ mãducat. ⁊ grãs agit deo

Nemo enĩ nostruz sibi viuit. ⁊ nemo si-
bi morit̃. Siue enĩ viuimus. dño viui-
mus. siue morimur. dño morimur. Si-
ue ergo viuimus. siue morimur: dñi su-
mus. In hoc enĩ christus mortu⁹ est et
resurrexit: vt ⁊ viuoꝝ ⁊ mortuorũ dñet̃.
Ja. 4. c. // Tu aũt q̃d iudicas frẽm tuuz aut tu q̃-
re spernis frẽm tuũ. Oẽs enĩ stabimus
ante tribunal christi. Scriptũ est enim
Phil. 2. b. // Viuo ego dicit dñs qm̃ mihi flectetur
C omne genu: ⁊ oĩs lingua ꝯfitebitur deo.
2. Cor. 5. b. Itaqz vnusquisqz nr̃m ꝓ se ratiõem red-
det deo. Non g̃ ampli⁹ inuicẽ iudicemus
Sed hoc iudicate magis: ne ponatis of-
fendiculũ fratri vel scandalũ. Scio ⁊ cõ-
fido in dño iesu: qz nihil cõmũe ꝑ ipsuz
nisi ei q̃ existimat quid cõmũe esse: illi cõ-
mune est. Si enĩ ꝓpter cibũ frat̃ tu⁹ cõ-
tristatur: iam nõ s̃m charitatẽ ambulas
Noli cibo tuo illũ ꝑdere: ꝓ q̃ christ⁹ mor-
tuus est: Nõ g̃ blasphemet̃ bonũ nostrũ.
D Non est enĩ regnũ dei esca ⁊ pot⁹: sz iusti-
cia ⁊ pax ⁊ gaudiũ in spũsancto Qui enĩ
in hoc seruit christo. placet deo: ⁊ ꝓbatus
est hoĩbus. Itaqz q̃ pacis sunt. sectemur
⁊ q̃ edificatiõis sunt in inuicem custodi-
amus. Noli ꝓpter escam destruere opus
dei. Omnia quidẽ sunt munda. sz malũ
est homini qui ꝑ offendiculũ manducat
Bonũ est non manducare carnẽ et non
bibere vinũ: neqz in quo frater tu⁹ offen-
ditur aut scandaliçatur aut infirmatur.
Tu fidem quaz habes penes temetip̃m
habe coram deo. Beat⁹ qui nõ iudicat se
metipsum in eo q̃ probat. Qui autẽ di-
scernit: si manducauerit dãnatus est: qz
non ex fide. Omne autem quod non est
ex fide. peccatum est.

XV

Debemus aũt nos firmiores im-
d becillitates infirmorũ sustinere
⁊ non nobis placere. Vnusquis-
qz vestrum proximo suo placeat in bonũ
ad edificationem Etenim christus non
sibi placuit: sed sicut scriptũ est // Impro-
peria improperantium tibi ceciderũt su-
per me. Quecunqz eniz scripta sunt. ad
nostram doctrinam scripta sunt: vt ꝑ pa-
tientiam ⁊ consolationem scripturaruz

spem habeam⁹. Deus aũt patientie ⁊ solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum ſm iesum christum: vt vnanimes vno ore honorificetis deũ ⁊ patrẽ dñi nr̃i iesu christi. Propter qõ suscipite inuicem· sicut ⁊ christus suscepit vos in honorem dei. Dico enī christũ iesum ministrum fuisse circũcisionis ꝓpter veritatem dei ad ꝓfirmãdas ꝓmissiões patrũ gentes aũt super misericordia honorare deũ: sicut scriptũ est/ Propterea confitebor tibi in gentib⁹ dñe· ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterꝝ dicit. Letamini gẽtes cum plebe ei⁹: Et iterũ/ Laudate oẽs gentes dñm ⁊ magnificate eũ oẽs ppli. Et rursus esaias ait/ Erit radix iesse· ⁊ qui exurget regere gẽtes· in eũ gentes sperabunt Deus aũt spei repleat vos oĩ gaudio et pace in credẽdo vt abũdetis in spe ⁊ virtute spũssancti. Certⁿ sum aũt frẽs mei ⁊ egoipse de vob: quoniã ⁊ ipsi pleni estis dilectione· repleti oĩ scientia· ita vt possitis alterutrũ monere. Audaciꝰ aũt scripsi vob fratres ex pte: tanq̃ in mẽoriam vos reducens: ꝓpter grãm q̃ data est mihi a deo vt sim minister christi iesu in gẽtib⁹ scificans euangeliũ dei: vt fiat oblatio gentiũ accepta ⁊ scificata in spũsctõ: Habeo igit̃ gloriã in christo iesu ad deũ Nõ enīz audeo aliq̃d loqui eoꝝ q̃ ꝑ me nõ efficit christus in obedientiã gentiuz in verbo ⁊ factȝ in virtute signoꝝ ⁊ ꝓdigioꝝ in virtute spũssancti: ita vt ab hierlm ꝑ circũitũ vsq̃z ad illyricũ repleuerim euangeliũ christi. Sic aũt ꝓdicaui euangeliũ hoc nõ vbi noiatus est christus ne sup alienũ fundamẽtũ edificarẽ: ſz sicut scriptũ est/ Quoniã quib⁹ nõ est annũciatum de eo videbũt· ⁊ qui nõ audierũt de eo intelligẽt. Propter qõ ⁊ impediebar plurimũ venire ad vos et ꝓhibitus sum vsq̃z adhuc. Nũc vero vlteri⁹ locuz nõ habens in his regionib⁹: cupiditatez aũt habens veniẽdi ad vos ex multis iaz p̃cedentib⁹ annis: cũ in hispaniã proficisci cepero· spero q̃ ꝑteriens iudeã vos· ⁊ a vobis deducar illuc· si vobis primuz ex pte fruitus fuero. Nunc igit̃ ꝓficiscar in hierusalẽ ministrare sanctis. Probauerũt enī macedonia et achaia collationez aliquã facere in paupes scoꝝ qui sunt in hierlm. Placuit enī eis ⁊ debitores sũt eoꝝ. Nam si spũalium eoꝝ ꝑticipes facti sunt gẽtiles: debent ⁊ in carnalib⁹ ministrare eis. Hoc igit̃ cũ ꝓsummauero ⁊ assignauero eis fructum hũc: ꝑ vos ꝓficiscar in hispaniã. Scio aũt: qm̃ veniens ad vos in abũdantia bñdictionis christi veniam. Obsecro ergo vos frẽs ꝑ dñm nr̃m iesum christũ ⁊ ꝑ caritatez scisp̃us vt adiuuetis me in oroĩb⁹ vr̃is ꝓ me ad deum· vt liberer ab infidelib⁹ qui sunt ĩ iudea: ⁊ obsequij mei oblatio accepta fiat in hierusalẽ sanctis: vt veniam ad vos in gaudio ꝑ voluntatez dei vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cũ oĩbus vobis· amen. XVI

A Commendo aũt vob phebẽ sororem nr̃am q̃ est in ministerio ecclesie q̃ est cenchreis vt eã suscipiatis ĩ domino digne scis· ⁊ assistatis ei in q̃cunq̃z negocio vr̃i indiguerit. Etenī ipa quoq̃z astitit multis· ⁊ mihipsi. Salutate priscam ⁊ aquilã adiutores meos ĩ christo iesu: qui pro aĩa mea suas ceruices supposuerũt: quib⁹ nõ solũ ego grãs ago: ſz ⁊ cũcte eccl'ie gentiũ· ⁊ domesticaz ecclesiam eoꝝ. Salutate ephenetũ dilectũ mihi qui ẽ primitiuꝰ eccl'ie asie in christo iesu. Salutate mariã q̃ multũ laborauit ĩ vobis. Salutate andronicũ ⁊ iuliam cognatos ⁊ cõcaptiuos meos q̃ sunt nobiles in apl'is: qui ⁊ añ me fuerũt in christo iesu. Salutate ampliatũ dilectissimum mihi in dño. Salutate vrbanũ adiutorem nr̃m ĩ christo iesu: ⁊ stachiũ dilectũ meũ. Salutate apellen ꝓbũ in christo Salutate eos q̃ sunt ex aristobuli domo Salutate herodionẽ ꝓgnatũ meũ. Salutate eos qui sunt ex narciſi domo: q̃ sunt in dño. Salutate tryphenam ⁊ tryphosam: que laborauit in dño. Salutate persidam charissimã q̃ multuz laborauit ĩ dño. Salutate rufum electũ ĩ dño ⁊ matrem eius ⁊ meam. Salutate asyncretum ⁊ phlegontaz hermen patrobã

hermam ⁊ qui cū eis sunt fratres. Salutate philologū ⁊ iuliā nereū ⁊ sororē eor ⁊ olympiadē: ⁊ oēs qui cū eis sunt sctōs Salutate inuicē in osculo sancto. Salutant vos oēs eccl'ie christi. Rogo autē vos fratres vt obseruetis eos q̄ dissensiones ⁊ offendicula p̄ter doctrinā quam vos didicistis faciunt ⁊ declinate ab illis Huiusemodi enī christo dño nr̄o non seruiūt: sed suo ventri: ⁊ p̄ dulces sermones ⁊ bñdictiōes seducūt corda innocentiū. Celestra ei obediētia in oī loco diuulgata est. Gaudeo igit̄ in vob: ⁊ volo vos sapientes esse in bono ⁊ simplices ī malo. Deus aūt pac̄ p̄terat sathanā sub pedibus vr̄is velociter. Gratia dñi nr̄i iesu christi vobiscū. Salutat vos timothe⁹ adiutor me⁹ ⁊ lucius ⁊ iason ⁊ sosipater cognati mei. Saluto vos ego tertius q̄ scripsi epl'am ī dño. Salutat vos caius hospes meus ⁊ vniuersa eccl'ia. Salutat vos erastus arcari⁹ ciuitatis ⁊ q̄rtus frater. Gratia dñi nr̄i iesu christi cū oīb⁹ vobis amen. Ei aūt q̄ potens ē vos p̄firmare iuxta euāgeliū meū ⁊ p̄dicationem iesu christi: ſm reuelationē mysteriī tpib⁹ eternis taciti q̄ nūc patefactū est p̄ scripturas p̄phetar̄ ſm p̄ceptū eterni dei ad obeditionē fidei in cūctis gentib⁹ cogniti soli sapiēti deo p̄ iesum christū: cui honor ⁊ gloria in secula seculor̄ amen.

Explicit epl'a pauli ad Rhomanos. Incipit p̄log⁹ in primā epl'am ad Corinthios

Epistola prima ad corinthios multas causas diuersasq̄ complectitur. Quarū ptē relatiōe fratrū ognouit apl's. Partim ipor corinthiorum sunt l'is indicate. Nonnullas vero p̄ officij sui cura: aut ordinat· aut emendat et variis curationib⁹ medet· diuersa infirmitate languētib⁹. Nā apud eos primū curat̄ dissensionis vitiū· q̄ multi pseudo apl'or̄ vnitatē intulerūt scindētes ecclesie· vt p̄ij nois facerent sectatores· quod his exprobrat verbis apl'us. Hoc aūt dico· quod vnusquisq̄ vestrū dicit Ego quidē sum pauli· ego autē apollo· ego vero cephe· ego aūt christi Et ob hoc quidē hor̄ se dicit facere noīm mentiōez vt multomag⁹ erubescāt id se facere sub falsor̄ apl'or̄ noīb⁹· q̄ etiā si sub pauli ⁊ petri fieret nomīe· displiceret. Secūda causa ei⁹ inducit̄ qui paterne oblitus reuerentie vrorē sibi nō erubuit facere de nouerca. Q̄ facin⁹ licet fornicationem appellauerit apl's· tñ ita cōdēnauit vt in vltionē facti autorem talis opis dialo⁹ lo iudicauerit deputandū· impsita iudicior̄ ⁊ litiū tertia q̄stione. Quarto loco matrimonior̄ iura tractant̄ his. Quinto loco virginitatis p̄filiū velut e vicino cōiungit̄. Sexto loco de escarū licentia disputat̄. Septimo atq̄ octauo loco de attondendo viris ⁊ mulieribus velādo capite· ac sacramentor̄ cōione p̄cipitur. Nono loco emulatio q̄ diūsitate donor̄ spūaliū nascebat̄: sub exemplo mēbrorū ⁊ corpis castigat̄. Decimo resurrectiōis spes multis ⁊ argumētis ⁊ rationib⁹ approbatur. Ultimo de colligendis ad necessitatem scōr̄ noīe charitatis cura· vel edificatio cultui imponit̄. Interseritur his pauca que aut (vt quibusdā videt̄) pendent ex superioribus· aut habent licet p̄cias tñ paruulas actiones.

Explicit prologus. Incipit argumentū

Corinthij sunt achaici ⁊ hi similiter a apostolo audierūt verbuz veritatis· ⁊ subū si sunt mltifarie a falsis apostolis. Quidā a philosophie verbosa eloquentia: alij secta legis iudaice inducti sunt. Nos reuocat apostolus ad veram fidem ⁊ euangelicam sapientiam scribens eis ab epl'oso per timothēum discipulum suum.

Explicit argumentum.

Incipit epistola Pauli ad Corinthios prima. Capitulum. I

Paulus vocat⁹ apl's iesu christi p volũtatem dei ⁊ sosthenes frat' eccl'ie dei q̃ est corĩthi: scĩficatis in christo iesu vocat⁹ scĩs: cũ oĩb⁹ q̃ inuocant nomẽ dñi nr̃i iesu christi in oĩ loco ipoꝝ ⁊ nr̃o: Gr̃a vob ⁊ paxa deo pr̃e nr̃o et dño iesu christo. Grãs ago deo meo semp̃ p vob in gr̃a dei q̃ data ẽ vob ĩ christo iesu qꝛ in oĩb⁹ diuites facti est⁹ ĩ illo in oĩ verbo ⁊ ĩ oĩ scĩa: sic̃ testimoniũ christi ꝯfirmatũ ẽ in vob ita vt nihil vob desit in vlla gr̃a. expectantib⁹ reuelationez dñi nr̃i iesu christi: q̃ ⁊ ꝯfirmabit vos vsq̃ in finẽ sine crimĩe: in die aduent⁹ dñi nr̃i iesu christi. Fidel' deus p quẽ vocati estis in societatez filij ei⁹ iesu christi dñi nr̃i. Obsecro aũt vos fr̃es p nomen dñi nr̃i iesu christi: vt idip̃m dicat⁹ oẽs: ⁊ nõ sint in vob scismata. Sitis aũt p̃fecti in eodem sensu. ⁊ in eadem scĩa. Significatũ est enĩ mihi de vobis fr̃es mei ab his qui sunt cloes: qꝛ ꝯtentiões sunt int' vos Hoc aũt dico: qd̃ vnusquisq̃ vr̃m dicit Ego quidem sum pauli: ego aũt apollo. ego vero cephe. ego aũt christi. Diuisus est christus? Nũquid paulus crucifixus est p vobis? aut in noĩe pauli baptiçati estis? Grãs ago deo meo q̃ neminez vestrũ baptiçaui: nisi cryspũ ⁊ caiũ: ne quis dicat q̃ ĩ noĩe meo baptiçati estis. Baptiçaui aũt ⁊ stephane domũ: ceterũ nescio si quẽ aliũ vr̃m baptiçauerim. Non enĩ misit me christ⁹ baptiçare sz euãgeliçare nõ in sapĩa v̄bi: vt nõ euacuet' crux christi. Verbũ enĩ crucis p̃eũtib⁹ quidẽ stulticia est: his aũt qui salui fiũt id ẽ nobis dei virtus est. Scriptũ est enĩ. Perdaz sapĩam sapientiũ. ⁊ prudẽtiã prudentiũ reprobabo. Vbi sapiẽs. vbi scriba. vbi inquisitor hui⁹ seculi? Nõne stulta fecit deus sapĩam hui⁹ mũdi? Nam qꝛ in dei sapientia nõ cognouit mũdus p sapiẽtiaz deum: placuit deo p stulticiã p̃dicationis saluos facere credentes. Qm̃ ⁊ iudei signa petũt. ⁊ greci sapĩam q̃rũt. Nos aũt predicam⁹ christũ crucifixũ. iudeis q̃dez scandalũ. gentib⁹ aũt stulticiã: ipsis aũt vocatis iudeis atq̃ grecis christum dei virtutem ⁊ dei sapĩam. Quia qd̃ stultuz est dei sapienti⁹ ẽ hoĩbus: et qd̃ infirmuz est dei. fortius ẽ hoĩbus. Videte enĩ vocationẽ vr̃am fr̃es: qꝛ nõ multi sapientes s̃m carnẽ. nõ multi potentes. non multi nobiles. sed q̃ stulta sunt mũdi elegit deus. vt ꝯfundat sapiẽtes. ⁊ infirma mũdi elegit deus. vt ꝯfundat fortia. ⁊ ignobilia mũdi ⁊ ꝯtemptibilia elegit deus ⁊ ea que non sunt: vt ea q̃ sunt destrueret: vt nõ gloriet' oĩs caro in ꝯspectu ei⁹. Ex ipo aũt vos estis ĩ christo iesu. q̃ fact⁹ ẽ nob sapĩa ⁊ iusticia ⁊ scĩficatio ⁊ redẽptio: vt quẽadmodũ scriptũ ẽ/ qui gloriat'. ĩ dño glorietur. 2. Cor. 10. d. Hiere. 9.

II

Et ego cuz venissem ad vos fr̃es veni nõ in sublimitate sermõis aut sapĩe annũcians vobis testimoniuz christi. Nõ enĩ iudicaui me scire aliquid inter vos nisi iesuz christũ. ⁊ hũc crucifixum. Et ego ĩ infirmitate ⁊ timore ⁊ tremore multo fui apud vos et sermo me⁹ ⁊ p̃dicatio mea: nõ in p̃suasibilib⁹ hũane sapĩe verbis: sed in ostẽsione spũs ⁊ virtutis: vt fides vr̃a nõ sit in sapĩa hoĩum sed in virtute dei. Sapĩam aũt loq̃mur inter p̃fectos. Sapĩam vero nõ hui⁹ seculi neq̃ principuz hui⁹ seculi q̃ destruuntur. sed loq̃mur dei sapĩam ĩ mysterio q̃ abscõdita est: quã p̃destinauit de⁹ añ secula in gloriã nr̃am: quã nemo principũ huius seculi cognouit. Si enĩ ꝯgnouissent nunq̃ dñm gl'ie crucifixissent. Sic̃ scriptum ẽ/ q̃ oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit: que prepauit deus his qui diligũt illum. Nobis autẽ reuelauit deus p spũm suum. Spũs enĩ oĩa scrutat': etiã p̃funda dei. Quis enĩ scit hoĩum que sunt hoĩs nisi spũs hoĩs qui in ipo est? Ita ⁊ q̃ dei sunt nemo cognouit nisi spũs dei. Nos autẽ nõ spiritum huius mũdi accepim⁹. sed Esa. 64.

spiritū qui ex deo ē: vt sciam⁹ q̄ a deo do/
nata sunt nob: q̄ & loquimur nō i doctis
hūane sapiētie verbis: sed i doctrīa spūs
spūalib⁹ spūalia cōparantes. Animalis aūt ho
mo nō p̄cipit ea q̄ sunt spūs dei. Stulti
cia enī est illi: & nō pōt intelligere q̄z spi/
ritualiter examinat̄. Spūalis autē iudi
cat oīa: & ipe a nemine iudicatur: sic̄ scri/
ptū est/ Quis enī cognouit sensum dn̄i Ro. ii. d.
aut q̄s instruxit eū: Nos aūt sensuz chri
sti habemus. IIII

A Ego frēs nō potui vob̄ loqui
q̄si spūalib⁹: sed q̄si carnalibus.
Tanq̄z puulis in christo lac vob̄ potū de
di nō escaz. Nonduz enī poteratis: sz nec
nūc quidē potestis. Adhuc enī carnales
estis. Cū enī sit inter vos ęlus & cōten
tio: nōne carnales estis & sm hoiem am/
bulatis: Cū enī quis dicat: ego quidem
sum pauli. alius aūt. ego apollo. nonne
hoies estis: Quid igit̄ est apollo: Quid
vero paulus: Ministri ei⁹ cui credidistis
B Et vnicuiq̄ sic̄ dn̄s dedit. Ego plantaui
apollo rigauit: sed de⁹ nūc incremētuz de
dit. Itaq̄z neq̄ qui plantat ē aliq̄d: neq̄
qui rigat: sz qui incremētū dat de⁹. Qui
plantat aūt & q̄ rigat. vnū sunt. Unus q̄s
q̄z aūt p̄priā mercedē accipiet sm suū la/
borē. Dei enī sum⁹ adiutores. Dei agri/
cultura estis: dei edificatio estis. Dcōm
grām dei q̄ data est mihi: vt sapiēs ar/chi
tectus fundamētū posui: alī⁹ aūt superedi
ficat. Unusquisq̄z aūt videat quō super/
edificet/ Fundamentū enī aliud nemo
2. Timoth. 2. c. pōt ponere p̄ter id qđ positū ē qđ ē chri/
C stus ihesus. Si q̄s aūt superedificat sup̄a
fundamentū hoc aurū argentū lapides
p̄ciosos ligna fenū stipulā: vniuscuiusq̄z
opus manifestū erit. Dies enīz dn̄i decla/
rabit: q̄z in igne reuelabit̄. & vniuscuius/
q̄z opus q̄le sit. ignis p̄babit. Si cui⁹ o/
pus mānserit. qđ superedificauit mercedez
accipiet. Si cui⁹ opus arserit detrimen
tū patiet̄. ipe aūt salu⁹ erit. sic tn̄ q̄si per
2. Cor. 6. d. ignē/ Nescitis q̄z templū dei estis: & spūs
Col. 2. d. dei habitat in vob̄: Si quis aūt tēplum
dei violauerit. disp̄det illum deus. Tem
plū enī dei sanctū est. qđ estis vos. Nemo
se seducat. Si quis videt̄ inter vos sapi
ens esse in hoc seculo: stult⁹ fiat vt sit sa/ Ro. i. c.
piens/ Sapia enī hui⁹ mūdi stultīcia ē
apud deū. Scriptū est enī: Cōprehēdaz
sapiētes in astutia eoz. Et iterz: Dn̄s no
uit cogitatiōes sapiētiū. q̄m vane sunt.
Nemo itaq̄z gloriet̄ in hoīb⁹. Oīa. n. vīa
sunt: siue paulus siue apollo siue cephas/
siue mūdus siue vita siue mors siue p̄se
sentia siue futura. Oīa enī vīa sunt: vos
aūt christi: christus aūt dei. IIII

A/Sic nos existimet hō vt mini/ 1. Timoth. 3. c.
stros christi: & dispensatores mi 2. Cor. 6. d.
nisterioz dei Hic iā q̄rit̄ inter di et. ii. c.
spensatores: vt fidel⁹ quis inueniat̄. Mi/ Ephe. 3. a.
hi aūt p minimo est vt a vobis iudicer:
aut ab hūano die. Sed neq̄z meipm iu/
dico. Nihil enī mihi ꝓscius sum: sed nō
in hoc iustificat⁹ sum. Qui autez iudicat
me: dn̄s est. Itaq̄z nolite añ tps iudica/
re: quoadusq̄z veniat dn̄s qui & illūiabit
abscondita tenebraz. & manifestabit cōsi
B lia cordiū: & tunc laus erit vnicuiq̄z a deo
Hec aūt frēs transfiguraui in me & apol/
lo p̄pter vos: vt in vob̄ discatis: ne sup̄a
q̄z scriptū est vnus aduersus alterz infle
tur p alio Quis enī te discernit: Quid
aūt habes qđ nō accepisti: Si autē acce
pisti qđ gloriaris q̄si nō acceperis: Jam
saturati estis. iā diuites facti estis. Sine
nobis regnatis. Et vtinā regnetis. vt & 1. c.
nos vobiscum regnem⁹. Puto enī q̄ de
us nos ap̄los nouissimos ostēdit tanq̄z
morti destinatos: q̄z spectaculuz facti su/
mus mundo & angelis & hominib⁹. Nos
stulti ꝓpter christum. vos autē p̄udētes
in christo. Nos infirmi: vos autez fortes
Vos nobiles: nos autez ignobiles. Usq̄
q̄z in hanc horam & esurimus et sitimus
& nudi sumus & colaphis cedimur et in
stabiles sumus. & laboramus operantes
manibus nostris. Maledicimur. & bene
dicimus. Persecutionem patimur & su
stinemus. Blasphemamur & obsecram⁹
tanq̄z purgamēta hui⁹ mūdi facti sum⁹
omniuz peripsima vsq̄z adhuc. Non vt
confundam vos hec scribo: sed vt filios
meos charissimos moneo. Nam si dece

milia pedagogoꝝ habeatis in christo sed
nō multos patres. Naz in christo iesu p
euangeliuz ego vos genui/ Rogo ḡ vos
imitatores mei estote sicut ⁊ ego christi
Ideo misi ad vos timotheū qui est filiꝰ
meus charissimꝰ ⁊ fidelis in dño: q̄ vos
cōmonefaciat vias meas q̄ sunt in chri
sto iesu: sicut vbiqz in oī ecclesia doc: o
Tanqz nō venturꝰ sim ad vos: sic inflati
sunt quidā. Veniam autē ad vos cito si
dñs voluerit ⁊ cognoscā nō sermonē eo
rū qui inflati sunt sed virtutez. Nō enī ī
sermone ē regnū dei sed in ꝟtute. Quid
vultis: in virga veniam ad vos: an ī cha
ritate ⁊ spiritu mansuetudinis: V

OOmnino audit int' vos fornicatō
talis, fornicatio q̄lis nec inter
gentes: ita vt vxorē ptis sui alı/
quis habeat. Et vos inflati estis: et non
magis luctū habuistis: vt tollat de me/
dio vr̄m qui hoc opus fecit. Ego quidez
absens corpe: ꝑsens aūt spū: iam iudica/
ui vt ꝑsens eū qui sic opat' est in nomīe
dñi nr̄i iesu christi: congregatis vob ⁊ meo
spiritu cū ꝟtute dñi iesu. tradere huius
modi hoiem sathane in interitū carnis.
vt spūs saluus sit ī die dñi nr̄i iesu chri/
sti. Nō est bona gloriatio vr̄a/ Nescit, q̄
modicū fermentū totā massaz corrum/
pit: Expurgate vetus fermentū: vt sitis
noua cōsperſio sicut estis azymi. Etenim
pasca nr̄m immolatꝰ est christus. Itaqz
epulemur: nō in fermēto veteri: neqz in
fermento malicie ⁊ nequitie: sed in azy/
mis sinceritatis ⁊ veritatis. Scripsi vob
in epla: ne commisceamini fornicarijs.
Nō vtiqz fornicarijs huius mundi: aut
auaris. aut rapacibus. aut idolis seruē
tibus: alioquin debueratis de hoc muudo
exisse. Nūc aūt scripsi vob nō cōmisceri.
Si is q̄ frater noīat' inter vos. est forni
cator. aut auarꝰ. aut idolis seruiens. aut
maledicus. aut ebriosus. aut rapax: cum
huiusmodi nec cibū sumere. Quid enī
mihi de his q̄ foris sunt iudicare: Nōne
de his qui intꝰ sunt vos iudicatis: Nam
eos qui foris sunt deus iudicabit. Aufer
te malū ex vobisipsis. VI

A Audet aliquis vestrū habens ne A
gociū aduersus alterū iudicari a/
pud iniquos: et nō apud scōs:
An nescitis: qm̄ sancti de hoc mūdo iudi
cabunt: Et si in vob iudicabit mundus
indigni estis qui de minimis iudicetis: B
Nescitis qm̄ angelos iudicabim⁹: q̄nto
magis secularia: Secularia igitur iudi
cia si habueritis. ꝓtemptibiles qui sunt
in ecclesia illos ꝓstituite ad iudicandū
Ad verecūdiam vestrā dico. Sic non est
inter vos sapiens quisqz qui possit iudi/
care inter frēm suū: sed frat' cū fratre iu
dicio ꝓtendit. ⁊ hoc apud infideles. Jaz
quidē oīno delictuz est in vob. q̄ iudicia
habetis int' vos. Quare nō magis iniu/
riam accipitis: Quare nō magis fraudez
patimini: Sz vos iniuriā facitis et frau/ C
datis. ⁊ hec fratribꝰ. An nescitis qz iniq̄ re/
gnū dei nō possidebūt: Nolite errare ne/
q̄ fornicarij. neqz idolis seruiētes. neqz
adulteri. neqz molles. neqz masculoꝝ cō
cubitores. neqz fures. neqz auari. neqz e/
briosi. neqz maledici. neqz rapaces regnū
dei possidebūt. Et hec aliqñ quidē fuistis
sed abluti estis. sed sc̄ificati estis. sz iustifi
cati estis: in noīe dñi nr̄i iesu christi. ⁊ in
spiritu dei nr̄i. Oīa mihi licent: sed nō
oīa expediūt. Oīa mihi licent: sz ego sub
nullius redigar ptāte. Esca ventri. ⁊ ve/
ter escis: deus aūt ⁊ hunc ⁊ hanc destru/
et. Corpus aūt nō fornicationi sed dño.
⁊ dñs corpori. Deus vero ⁊ dñm suscita/ D
uit. ⁊ nos suscitabit p virtutē suā. Nescı/
tis qm̄ corpora vestra membra sunt chri
sti: Tollens ergo membra christi: faciaz
membra meretricis: Absit. An nescitis
quoniā qui adhæret meretrici. vnū cor/
pus efficitur: / Erunt enī inquit duo in Gen. 2.
carne vna. Qui aūt adhæret dño: vnus Ephe. 5. d.
spirit⁹ est. Fugite fornicationez. Omne Mat. 19. b.
enī pctm̄ qcūqz fecerit homo. extra cor/ Mar. 10. a.
pus est: qui aūt fornicat. in corp⁹ suum
peccat/ An nescitis qm̄ membra vr̄a tem/ 8. 3. c.
plū sunt spūssancti qui in vobis est quez 2. Cor. 6. d.
habetis a deo. ⁊ nō estis vestri/ Empti enī j. 7. c.
estis precio magno: glorificate ⁊ portate i. Pe. i. d.
deum in corpore vestro.

A De quibꝫ aũt scripsistis VII
bo mihi: bonũ est homini mulierez
nõ tangere. Propter fornicatiõnẽ aũt vnusquisqꝫ suã vxorẽ habeat et
vnaqueqꝫ suũ virũ habeat. Uxori vir debitum reddat: similiter aũt ⁊ vxor viro.
Mulier sui corpis ptãtem nõ habet: sed
vir· sil'r aũt ⁊ vir sui corpis ptãtez nõ habet· sed mulier. Nolite fraudare inuicez
nisi forte ex consensu ad tps vt vacetis
orõni· ⁊ itez reuertimini in idipm ne tẽptet vos sathanas ꝓpter incõtinentiam
vestram. Hoc aũt dico sm indulgentiaz· ⁊
nõ sm imperiũ. Uolo aũt oẽs vos homines esse sicut meipm. Sed vnusqsqꝫ
ꝓpriũ bonũ habet ex deo: ali⁹ quidẽ sic· alius vero sic. Dico aũt nõ nuptis ⁊ viduis: bonũ est illis si sic pmanserint sicut ⁊
ego. Q; si nõ se ꝯtinent· nubant. Melius
est enĩ nubere qꝫ vri. His aũt q̃ mrimonio iũcti sũt ꝓcipio nõ ego sed dñs vxorem a viro nõ discedere. Q; si discesserit
B manere innuptã· aut viro suo reconciliari. Et vir vxorẽ nõ dimittat. Nã ceteris
dico ego nõ dñs. Si q̃s frat' vxorẽ habz
infidelẽ· ⁊ hec cõsentit habitare cũ illo: nõ
dimittat illã. Et si q̃ mulier fidelis habz
virũ infidelẽ· ⁊ hic cõsentit habitare cũ illa· nõ dimittat virũ. Sctificat⁹ est enim
vir infidel' p mulierẽ fidelẽ· ⁊ sctificata est
mulier infidel' p virũ fidelẽ. Alioqn filij
vri immũdi essent: nunc aũt sancti sunt
Q; si infidelis discedit· discedat. Nõ enĩ
seruituti subiect⁹ est frat' vel soror i' eiusmodi. In pace aũt vocauit vos de⁹. Unde
enĩ scis mulier si virũ saluũ facies? Aut
vnde scis vir si mulierẽ saluã facies? Ni
si vnicuiqꝫ sicut diuisit dñs. Unũquẽqꝫ
sicut vocauit deus ita ambulet· ⁊ sicut i
oĩbus ecclesijs doceo. Circũcisus aliqs
C vocat⁹ est: nõ adducat ꝓputiũ. In ꝓputio aliqs vocat⁹ est· nõ circũcidat. Circũcisio nihil est ⁊ ꝓputiũ nihil est: sed
Epist·4·a· obseruatio mandatoꝝ dei. Unusquisqꝫ
in q̃ vocatione vocat⁹ est: in ea pmaneat
Seruus vocat⁹ es· nõ sit tibi cure: Sz
⁊ si potes fieri liber: magis vtere. Qui enĩ
in dño vocat⁹ est seruus: libertus ẽ dñi.
Similiter qui liber vocatus est: seruus
est christi. Precio empti estis: nolite fieri serui hominũ. Unusquisqꝫ ergo i quo
vocatus ẽ frater· in h̃ pmaneat apud deum. De virginibꝫ aũt ꝓceptũ dñi nõ habeo: consiliũ autẽ do tanqꝫ misericordiã
ꝓsecutus a deo: vt sim fidelis. Existimo
enĩ hoc bonũ esse ꝓpter instãtez necessitatẽ: qm̃ bonũ est homini sic esse. Alligatus
es vxori: noli q̃rere solutionẽ. Solutus
es ab vxore: noli q̃rere vxorẽ. Si aũt acceperis vxorem· nõ peccasti· ⁊ si nupserit
virgo· nõ peccauit. Tribulationẽ tñ carnis habebũt hmõi. Ego autẽ vobis parco. Hoc itaqꝫ dico frẽs. Tempꝰ breue ẽ
Reliquũ est: vt et qui hñt vxores tanqꝫ
nõ hñtes sint· ⁊ qui flent: tanqꝫ nõ flentes: ⁊ qui gaudẽt tanqꝫ nõ gaudẽtes· ⁊ q̃
emunt· tanqꝫ nõ possidẽtes: ⁊ qui vtuntur hoc mũdo· tanqꝫ nõ vtantur. Prætetrit enĩ figura huius mundi. Uolo autẽ
vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est· sollicitus est que dñi sunt: quomõ
placeat deo. Qui autem cũ vxore est· sollicitus est que sunt mundi: quõ placeat
vxori: ⁊ diuisus est. Et mulier innupta
⁊ virgo cogitat que dñi sunt: vt sit sancta corpe ⁊ spiritu. Que autẽ nupta est·
cogitat que sunt mũdi: quõ placeat viro
Porro hoc ad vtilitatẽ vestram dico· non
vt laqueũ vobis iniciam: sed ad id qd̃ honestum est· ⁊ qd̃ facultatem præbeat· sine
impedimento dñm obsecrandi. Si quis
autẽ turpem se videri existimat sup virgine sua q̃ sit supadulta ⁊ ita oportet fieri: quod vult faciat. Nõ peccat si nubat
Nam qui statuit in corde suo firmus nõ
habens necessitatem: potestatẽ autez habens sue voluntatis· ⁊ hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam· bñ facit.
Igit̃ ⁊ qui mrimonio iungit virginẽ suam· bene facit· ⁊ qui nõ iũgit· melius fa- Ro·7·a·
cit. Mulier alligata est legi: q̃nto tempe
vir eius viuit. Q; si dormierit vir ei⁹ liberata est a lege. Cui autem vult nubat
tñ in dño. Beatior autẽ erit: si sic pmanserit sm meũ consiliũ. Puto autez q̃ et
ego spiritum dei habeam.

A De his aũt q̃ idolis VIII
d sacrificant̃ scimus: q̃ oẽs sciam
habem⁹. Scientia inflat: chari-
tas vero edificat. Si q̃s aũt se existimat
scire aliq̃d: nõdum cognouit quẽadmo
B duz oporteat eũ scire. Si q̃s aũt diligit
deũ: hic cognit⁹ est ab eo. De escis autez
q̃ idolis immolant̃ scim⁹: q̃ nihil ẽ ido-
lũ in mũdo: ⁊ q̃ nullus de⁹ nisi vn⁹. Naz
⁊ si sunt q̃ dicant̃ dij. siue ĩ celo siue ĩ ter
ra: siquidẽ sunt dij mlti ⁊ dñi multi: no
bis tñ vn⁹ deus pr̃ ex q̃ oĩa. ⁊ nos in illo
C ⁊ vnus dñs iesus christ⁹ ꝑ quẽ oĩa: ⁊ nos
ꝑ ip̃m. Sz nõ in oĩbꝫ est scĩa. Quidã au
tẽ cũ ꝯscĩa vsq̃z nũc idoli. q̃si idolotitum
manducãt. ⁊ ꝯscĩa ip̃oꝝ cũ sit infirma pol
luitur. Esca aũt nos nõ commẽdat deo.
Neq̃z enĩ si mãducauerim⁹ abũdabim⁹
neq̃z si non mãducauerim⁹. deficiemus
D Videte aũt: ne forte hec licẽtia vr̃a offen
diculuz fiat infirmis. Si q̃s enĩ viderit
eum q̃ habet sciaz ĩ idolio recũbente nõ
ne ꝯscĩa ei⁹ cũ sit infirma edificabitur ad
manducanduz idolotita? Et ꝑibit infir
mus in tua ꝯscĩa frater: ꝓpter quem chri
stus mortu⁹ est. Sic aũt peccãtes in fra
tres ⁊ ꝑcutiẽtes ꝯsciam eoꝝ infirmaz in
christo peccetis. Quapropter si esca scã-
daliçat frẽm meũ. nõ mãducabo carnez
in eternũ: ne frẽm meũ scãdaliçẽ. IX
A Non sum liber? Nõ sum apl̃us?
n Nõne christuz iesum dñm nr̃m
vidi? Nõne op⁹ meuz vos estis
in dño? Et si alijs nõ sum apl̃s: sz tñ vo-
bis sum. Nã signaculũ apostolatus mei
vos estis ĩ dño. Mea defensio apud eos
qui me interrogãt. hec ẽ. Nunq̃d nõ ha-
bemus ptãtem manducandi ⁊ bibendi?
Nunq̃d nõ habem⁹ ptãtem sororẽ muli
erculam circũducẽdi: sicut ⁊ ceteri apl̃i ⁊
frẽs dñi ⁊ cephas. Aut solus ego ⁊ barna
B bas nõ habem⁹ ptãtez hoc opãdi? Quis
militat suis stipendijs vnq̃z? Quis plã-
tat vineã: ⁊ de fructu ei⁹ nõ edit? Quis
pascit gregẽ. ⁊ de lacte gregis nõ mandu
cat? Nunquid ꝑm hoĩem hec dico? An et
lex hec nõ dicit? Scriptũ est eniz in lege
moysi. Nõ alligabis os boni trituranti:
Nunquid de bobꝫ cura est deo? An ꝓpter
nos vtiq̃z hoc dicit. Nã ꝓpter nos vtiq̃z
scripta sunt: qm̃ debet in spe qui arat ara
re. ⁊ qui triturat in spe fruct⁹ ꝑcipiendi.
Si nos vobis spiritualia seminauim⁹:
magnũ est si nos carnalia vr̃a metam⁹?
Si alij ptãtis vr̃e ꝑticipes sunt: q̃re nõ
potius nos? Sed nõ vsi sum⁹ hac ptãte
Sz oĩa sustinem⁹: ne q̃d offendiculũ de
mus euãgelio christi. Nescitis qm̃ qui ĩ C
sacrario opant̃: que d̃ sacrario sunt edũt
Et q̃ altario deꝑuiũt cũ altario ꝑticipãt
Ita ⁊ dñs ordiuauit his q̃ euãgeliũ an-
nũciãt: de euãgelio viuere. Ego aũt nul-
lo horũ vsus sum. Non scripsi autez hec
vt ita fiant ĩ me. Bonũ est enĩ mihi ma
gis mori: q̃z vt gloriã meam q̃s euacuet.
Nam ⁊ si euãgeliçauero nõ est mihi glo
ria. Necessitas enĩ mihi incũbit. Ve enĩ
mihi est: si nõ euãgeliçauero. Si enim
volens hoc ago. mercedẽ habeo: si aũt in
uitus. dispẽsatio mihi credita est. Que
est ergo merces mea? Vt euãgeliũ ꝑdi-
cans. sine sumptu ponã euãgeliũ vt nõ
abutar ptãte mea in euãgelio. Nã cuz li
ber essem ex oĩbus oĩm me seruũ feci: vt
plures lucrifacerẽ. Et factus suz iudeis D
tanq̃z iudeus: vt iudeos lucrarer. His q̃
sub lege sunt. quasi sub lege essez cũ ip̃e
nõ essem sub lege: vt eos qui sub lege e-
rant lucrifacerẽ. His q̃ sine lege erãt tã-
q̃z sine lege essem: cũ sine lege dei non es
sem. sed in lege essez christi: vt lucriface-
rem eos q̃ sine lege erãt. Fact⁹ suz infir
mis infirmus: vt infirmos lucrifacerez
Oĩbus oĩa fact⁹ sum: vt om̃s facerẽ sal-
uos. Oĩa aũt facio ꝓpter euangeliuz. vt
ꝑticeps ei⁹ efficiar. Nescitis q̃ hi qui in
stadio currũt. om̃s quidẽ currũt: sed vn⁹
accipit brauium. Sic currite: vt comp̃- Phil. 3. c.
hendatis. Omnis enĩ qui in agone con
tendit ab oĩbus se abstinet. ⁊ illi quidez
vt corruptibilem coronam accipiãt: nos
autem incorruptam. Ego igit̃ sic curro
non quasi in incertum: sic pugno non q̃
si aerem verberans. Sed castigo corpus
meũ. ⁊ in seruitutẽ redigo: ne forte cum
alijs ꝑdicauerim. ipse reprobus efficiar

A Nolo enī vos ignorare frēs X
n qm̄ p̄res nr̄i omēs sub nube fu
erūt ⁊ oēs mare transierunt. et
oēs in moyse baptiçati sunt in nube ⁊ in
mari. Et oēs eandē escā spiritalē mādu
cauerūt. ⁊ oēs eundē potū spiritalē bibe/
rūt. Bibebant aūt de spiritali ꝯsequente
B eos petra: petra aūt erat christus. Sed
Numeri.20. nō in pluribꝫ eoꝝ bn̄placitū est deo/ Nā
prostrati sunt in deserto. Hec aūt ī figu
ra facta sunt nr̄i vt nō simus cōcupiscē/
tes maloꝝ: sicut ⁊ illi cōcupierunt. Neqꝫ
idolatre efficiamini sicut quidā ex ipsis
Exo.32. quēadmodū scriptuꝫ est/ Sedit popul⁹
manducare ⁊ bibere. ⁊ surrexerūt ludere
Numeri.25. /Neqꝫ fornicemur sicut quidā ex ip̄is for
nicati sunt: ⁊ ceciderūt vna die viginti/
Numeri.21. tria milia/ Neqꝫ tēptem⁹ xp̄m sicut q̄dā
Hiere.8. eoꝝ temptauerūt ⁊ a serpentibꝫ p̄ierūt.
Neqꝫ murmuraueritis sicut quidā eoꝝ
murmurauerūt. ⁊ p̄ierūt ab extermina
tore. Hec aūt oīa in figura ꝯtingebāt ill'
Esa.37.⁊.38. /scripta sunt aūt ad correptiōem nostrā
in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Itaqꝫ
C q̄ se existimat stare: videat ne cadat. Tē/
ptatio vos non apprehendat nisi hūana
Fidelis aūt de⁹ est: qui nō patiet' vos tē/
ptari supra id q̄d potestis: sed faciet etiā
cū temptatiōe prouētū: vt possitis susti/
nere. Propter q̄d charissimi mihi. fugi
te ab idoloꝝ cultura. Vt prudētibus lo/
quor. vosipsi iudicate q̄d dico. Calix bn̄/
dictionis cui bn̄dicimus: nōne cōicatio
sanguinis christi est? Et panis quē fran
gimus: nonne p̄ticipatio corp̄is dn̄i est?
Quoniā vn⁹ panis ⁊ vnū corp⁹ mlti su
mus: oēs q̄ de vno pane ⁊ de vno calice
p̄ticipamus. Videte isrl' s̄m carnē. Non
ne qui edūt hostias: p̄ticipes sunt altar̄?
Quid g̊? Dico q̄ idolis immolatū sit a/
liq̄d. aut q̄ idolū sit aliq̄d? Sꝫ q̄ immo
lant gētes demonijs immolāt. ⁊ nō deo.
Deut.32. /Nolo aūt vos socios fieri demoniorū.
D Non potestis calicē dn̄i bibere. ⁊ calicem
demoniorū: nō potestis mense dn̄i parti
cipes esse. ⁊ mense demonioꝝ. An emu/
lamur dn̄m? Nunquid fortiores illo su/
mus? Om̄ia mihi licent: sꝫ nō oīa expe/
diunt. Oīa mihi licent: sed nō oīa edifi
cant/ Nemo q̄d suū est q̄rat. sed q̄d alte
rius. Om̄e q̄d in macello venit. mandu
cate: nihil interrogātes ꝓpter ꝯsciētiaꝫ
Dn̄i est terra ⁊ plenitudo ei⁹. Si q̄s vo
cat vos infideliū ad cenā. ⁊ vultis ire: oē
q̄d vob̄ apponit' manducate: nihil inter/
rogātes ꝓpter cōsciaꝫ. Si q̄s aūt dixerit
hoc immolatū est idolis: nolite māduca
re ꝓpter illū q̄ indicauit. ⁊ ꝓpter ꝯsciam.
Consciam aūt dico: nō tuā sed alterius.
Vt q̄d eniꝫ libertas mea iudicat' ab alie/
na ꝯscia? Si ego cū gr̄a participo: quid
blasphemor pro eo q̄ grās ago? Siue g̊
māducatis siue bibitis. vel aliud q̄d faci
tis: oīa in gl'am dei facite. Sine offensi/
one estote iudeis ⁊ gētibꝫ ⁊ eccl'ie dei: sic
⁊ ego p̄ oīa oībꝫ placeo: nō q̄rens q̄d mi/
hi vtile est: sed q̄d multis vt salui fiant.
XI
Imitatores mei estote:
sicut ⁊ ego christi. Laudo autem
vos frēs q̄ p̄ oīa mei memores
estis: ⁊ sicut tradidi vobis p̄cepta mea te
netis. Volo aūt vos scire: q̄ oīs viri ca/
put christus est: caput autē mulier̄ vir
caput vero christi de⁹. Omnis vir orans
aut prophetans velato capite: deturpat
caput suum. Omnis autem mulier o/
rans aut prophetans non velato capite
deturpat caput suum. Vnū est eniꝫ ac si
decaluetur. Nam ⁊ si nō velatur mulier
tondeat'. Si vero turpe ē mulieri tonde
ri aut decaluari: velet caput suū: Vir qui
dem nō debet velare caput suū: qm̄ ima/
go ⁊ gloria dei est: mulier aūt gloria viri
est. Non enī vir ex muliere est: sed muli
er ex viro. Etenī nō est creat⁹ vir ꝓpter
mulierem: sed mulier ꝓpter virū. Ideo
debet mulier velamen habere sup̄ caput
suum. ⁊ ꝓpter angelos. Verūtamen ne/
qꝫ vir sine muliere. neqꝫ mulier sine vi/
ro in domino. Nam sicut mulier de viro
ita ⁊ vir p̄ mulierem. Omnia aūt ex deo
Vosipsi iudicate: decet mulierez non ve/
latam orare deum? Nec ipsa natura do/
cet vos. Q̄ vir quidem si comam nutri
at. ignominia est illi: mlier vero si comā
nutriat gloria est illi: quoniā capilli pro

velamie ei dati sunt. Si quis aũt vide
tur ꝓtētiosus esse· nos talē ꝓsuetudinē
nō habemus neq; eccl'ia dei. Hoc aũt p̄
cipio nō laudās q nō in melī⁹ sed in de
terius ꝓuenitis ꝙmū quidē ꝓuenien
tibꝫ vobis in ecclīam audio scissuras es
se inter vos ⁊ ex pte credo. Nā oꝑtet ⁊
hæreses esse: vt ⁊ q̄ ꝓbati sūt manifesti fi
ant in vobis. Cōuenientibꝫ ergo vobis
in vnū· iam nō est dn̄icaꝫ cenā māduca
re. Unusquisq; n· suā cenam p̄sumit ad
māducandū. Et alī⁹ quidē esurit· alius
aũt ebrī⁹ ē. Numq̄d domos nō habetꝫ ad
māducandū ⁊ bibēdū? Aut eccl'iaꝫ dei cō
tēnitis ⁊ ꝓfunditis eos q̄ nō hn̄t? Quid
dicā vobis. Laudo vos? in hoc nō laudo.
Ego enī accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vobis
qm̄ dn̄s iesus in q̄ nocte tradebat· acce
pit panē· ⁊ gr̄as agēs fregit ⁊ dixit. Acci
pite ⁊ māducate. Hoc est corp⁹ meū qđ
ꝓ vobis tradetur. Hoc facite in meaꝫ
cōmemoratōez. Similiter ⁊ calicē· post
q̄ cenauit dicēs: Hic calix nouū testamē
tū est ī meo sanguine. Hoc facite q̄tiens
cūq; bibetis ī meā cōmemoratōez. Quo
tienscūq; enī māducabitis panē hūc· et
calicē bibetis mortē dn̄i annūciabitꝫ do
nec veniat. Itaq; quicūq; manducaue
rit panē· ⁊ biberit calicē dn̄i indigne· re⁹
erit corpis ⁊ sanguinis dn̄i. Probet aũt
semetipm homo· ⁊ sic de pane illo edat ⁊
de calice bibat. Qui enī manducat ⁊ bi
bit indigne: iudicium sibi māducat ⁊ bi
bit: nō diiudicās corpus dn̄i. Ideo inter
vos multi infirmi ⁊ imbecilles· ⁊ dormi
unt multi. Q si nosmetipos diiudicare
mus: nō vtiq; iudicaremur. Dū iudica
mur aũt a dn̄o corripimur vt nō cū hoc
mundo damnemur. Itaq; fratres mei
cū ꝓuenitis ad māducandū inuicē expe
ctate. Si quis esurit· domi manducet·
vt nō in iudiciū cōueniatis. Cetera aũt
cum venero disponā. XII

De spiritalibꝫ aũt nolo vos igno
rare fratres. Scitis aũt qm̄ cū
gētes essetis· ad simulacra mu
ta, put ducebamī· eūtes Ideo notū vob
facio: q̄ nemo in spiritu dei loquens di
cit anathema iesu. Et nemo p̄t dicere
dn̄s iesus: nisi in spū sancto· Diuisiones
vero gr̄aꝫ sūt· idē aũt spūs Et diuisiōes
mīstrationū sūt· idē aũt dn̄s. Et diuisi
ones opationū sūt· idē vo deus q̄ opera
tur oīa in oīb⁹. Unicuiq; aũt datur mani
festatio spūs· ad vtilitatē. Alī quidē per
spm̄ datur sermo sapie· alī aũt ſm̄o scien
tie ſm̄ eūdē spm̄. Alteri fides in eodē
spū· alī gr̄a sanitatū in vno spū Alī ope
ratio virtutū· alī ꝓphetia · alī discretio
spūum· alī genera linguarū· alī interp̄
tatio sermonū. Hec aũt oīa opat vnus
atq; idē spūs, diuidēs singul' put vult·
Sic enī corpus vnū ē et mēbra habet Ro·12·b·
multa: oīa aũt mēbra corpis cū sint ml'
ta· vnū tn̄ corp⁹ sūt: ita ⁊ chr̄ist⁹. Etenim Eph̄·4·a·
in vno spū oēs nos in vnū corp⁹ bapti
zati sumus· sive iudei· sive gētiles· sive
serui sive liberi· et oēs in vno spū potati
sumus. Nā ⁊ corpus nō est vnū mēbrū
sed multa. Si dixerit pes· qm̄ nō sum ma
nus nō sū de corpe: nū ideo nō est de cor
pore? Et si dixerit auris· qm̄ nō sum ocu
lus· non sum de corpe: num ideo est de
corpore? Si totum corpus oculus: vbi
auditus? Si totum auditus: vbi odora
tus? Nūc aũt posuit deus mēbra: vnum
quodq; eor ī corpe sicut voluit. Q si es
sent oīa vnū mēbr: vbi corp⁹? Nūc aũt
multa quidē mēbra: vnū aũt corp⁹. Nō
pōt aũt oculꝰ dicere manui· opa tua nō
indigeo: aut iterꝫ caput pedibꝫ: non estis
mihi necessarij. Sꝫ multomagis q̄ vi
dent mēbra corpis infirmiora ēe: neces
sariora sūt Et q̄ putam⁹ ignobiliora mē
bra esse corpis. his honorē abūdantiorē
circūdam⁹. Et q̄ inhoneſta sūt nr̄a· abun
dātiorē honestatē hn̄t. Honesta aũt nr̄a
nulli⁹ egēt. Sed deus tpauit corpus ei
cui deerat abūdantiorē tribuendo hono
rem: vt nō fit scisma in corpe: sꝫ in idipꝫ
p̄ inuicē sollicita sint mēbra. Et si quid Ro·8·b·
patit vnū mēbrū· cōpatiunt oīa mēbra. Heb·4·d·
Sive gloriat vnū membrū ꝓgaudent
oīa membra. Vos aũt estis corpus chr̄i
sti· et membra de mēbro. Et quosdā qui
dem posuit deus in ecclesia, primuꝫ apo

stolos·secūdo ꝓphetas·tertio doctores·
deinde virtutes·exinde gr̄as curationū:
opitulatōes·gubernatūes genera lingua
rum·interp̄tatōnes sermonnz Nunq̄d
oēs apl'i: Nunq̄d omēs ꝓphete: Nunq̄d
oēs doctores Nunq̄d omnes virtutes:
Nunq̄d oēs gr̄am hn̄t curatōnuz: Nū/
q̄d oēs liguis loquūt̄: Nūq̄d oēs int̄pre
·i·14·a· tāt̄/ Emulami aūt charismata meliora·
Et adhuc excellentiorez viam vobis de/
monstro·

XIII

A Si liguis hoīuz loq̄r ⁊ angelorū
charitatatē aūt nō habeā: fact⁹
sū velut es sonās aut cymbaluz
tinniēs· Et si habuero ꝓphetiā: et noue
rim mysteria oīa·et oēm scientiā· ⁊ si ha
buero oēm fidē ita vt mōtes trāsferam:
charitatē aūt non habuero nihil sum·
B Et si distribuero in cibos pauperū om̄s
facultates meas: ⁊ si tradidero corp⁹ me
um ita vt ardeā: charitatē aūt nō habue
ro nihil mihi ꝓdest· Charitas patiēs ē:
·s·10·d· benigna ē/ Charitas nō emulat̄·nō agit
ꝑperā·nō inflat̄·nō est ambitiosa: nō q̄/
rit q̄ sua sunt· Non irritatur·nō cogitat
maluz: nō gaudet sup̄ inq̄tate: ꝯgaudet
C aūt veritati Oīa suffert·oīa credit·omīa
sperat·oīa sustinet· Charitas nūq̄z exci/
dit· Siue ꝓphetie euacuabunt̄: siue lin/
gue cessabūt: siue scīa destruet̄· Ex parte
enī cognoscim⁹: ⁊ ex parte ꝓphetam⁹ Cū
aūt venerit q̄d ꝑfectū est· euacuabit̄ q̄d
ex parte ē· Cum essez ꝑuulus· loq̄bar vt
paruulus·sapiebam vt paruulus· cogi/
D tabam vt paruulus· Qn̄ aūt factus suz
vir: euacuaui q̄ erant paruuli· Videm⁹
nūc ꝑ speculū in enigmate: tūc aūt facie
ad faciez· Nūc cognosco ex parte: tūc aūt
cognoscā sicut ⁊ cognit⁹ suz· Nunc autē
manēt fides spes caritas·tria hec· Ma/
ior aūt hoꝝ est charitas·

XIIII

A Sectamini charitatē: emulamini
spiritalia: magis aūt vt ꝓphete/
·s·12·d· tis/ Qui enī loquit̄ lingua non
hoīb⁹ loquit̄·sz deo Nemo eī audit· Spi
rit⁹ aūt loq̄t̄ mysteria· Nā q̄ ꝓphetat: hoī
bus loquit̄ ad edificatōez ⁊ exhortatōem
et ꝯsolatōez· Qui loquit̄ lingua semet/
ip̄m edificat: q̄ aūt ꝓphetat·eccīaz dei edi
ficat· Volo aūt oēs vos loq̄ linguis·ma
gis aūt ꝓphetare· Nā maior est qui ꝓphe/
tat q̄z qui loquit̄ linguis·nisi forte inter
pretet̄ vt eccīa edificatōez accipiet Nūc
aūt frēs si venero ad vos linguis loquēs
quid vobis ꝓdero: nisi vobis loquar aut
in reuelatōe·aut in scīa·aut in prophetia·
aut in doctrina· Tn̄ q̄ sine aīa sunt vocez
dantia·siue tibia·siue cithara·nisi distin
ctionē sonituū dederint·q̄uo sciet̄ id q̄d
canit̄ aut q̄d cithariçat̄: Etenī si incertā
vocē det tuba·q̄s parabit se ad bellum:
Ita et vos ꝑ linguā nisi manifestū ser/
monē dederitis: q̄uo sciet̄ id q̄d dicitur:
Eritis enī in aera loquētes· Taz multa
vtputa genera linguaꝝ sūt in h̄ mundo
⁊ nihil sine voce ē· Si ergo nesciero vir
tutē vocis·ero ei cui loquor barbar⁹: et
qui loquit̄ mihi barbar⁹· Sic ⁊ vos q̄m
emulatores estis spirituū ad edificatōez
ecclesie: q̄rite vt abūdetis· Et ideo q̄ loq̄
tur lingua·oret vt interp̄tet̄· Nā si orez
lingua·spūs me⁹ orat: me⁹ aūt mea sine
fructu ē· Quid ḡ est: Orabo spū: orabo ⁊
mēte· Psallā spū: psallā ⁊ mēte· Ceterū
si bn̄dixeris spū: q̄s supplet locū idiote:
Q̄uo dicet amē sup̄ tuā bn̄dictiōz: Qm̄
quid dicas nescit· Nā tu quidē bn̄ gr̄as
agis: sed alter nō edificat̄· Gr̄as ago deo
meo ꝙ oīm vr̄m lingua loq̄r· Sz in ec/
clesia volo q̄nq̄z v̄ba sensu meo loq̄ vt ⁊
alios instruā: q̄z decē milia verboꝝ in lin/
gua· Frēs nolite pueri effici sensib⁹ sed
malicia ꝑuuli estote: sensib⁹ autē ꝑfecti
estote· In lege enī scriptū ē: Qm̄ ī alijs
linguis ⁊ ī labijs alijs loq̄r ꝓpl'o huic: et
nec sic exaudiēt me dicit dn̄s· Itaq̄z lin/
gue in signū sūt nō fidelib⁹·sz in fidelib⁹
ꝓphetie āt nō īfidelib⁹·sz fidelib⁹· Si er
go ꝯueniat vniuersa eccīa in vnū et oēs
linguis loquant̄: intrēt autē idiote aut
infideles·nōne dicent: q̄d insanitis: Si
aūt oēs ꝓphetēt·intret aūt q̄s īfidelis vl'
idiota ꝯuincit̄ ab oīb⁹: diiudicat̄ ab oīb⁹
Occulta enī cordis ei⁹ manifesta fiunt:
et ita cadēs in faciē adorabit deū ꝓnunci
ans ꝙ vere deus in vobis sit· Quid er/

go est fratres? Cũ ꝯuenitis vnusquisq̃ vestrũ psalmũ hẽt. doctrinã hẽt. apocalypsim hẽt. linguã habet. interp̃tatõez hẽt oĩa ad edificatõez fiãt. Siue lingua q̃s loquit̃. ꝟm duos: aut vt multũ tres: ⁊ ꝑ partes ⁊ vn⁹ interp̃tet̃. Si aũt non fuerit interpres. taceat in eccĩa: sibi aũt loq̃tur et deo. Prophete autẽ duo aut tres dicãt: ⁊ ceteri diiudicẽt. Qd̃ si alij reuelatũ fuerit sedẽti: prior taceat. Potestis enĩ oẽs ꝑ singulos ꝓphetare vt omẽs discãt ⁊ oẽs exhortent̃. Et spũs ꝓphetaꝝ ꝓphetis subiect⁹ est. Nõ enĩ dissensiõis ẽ deus sed pacis: sicut ⁊ in omĩbꝫ ecclesijs sanctoꝝ doceo. Mulieres in ecclesijs taceãt. Nõ enĩ ꝑmittit̃ eis loqui sed subditas esse: sicut ⁊ lex dicit. Si q̃d aũt volũt discere: domi viros suos interrogẽt Turpe ẽ enĩ mulieri loq̃ ĩ eccl̃ia. An a vobis verbũ dei ꝓcessit: aut in vos solos ꝑuenit? Si q̃s videt̃ ꝓpheta esse. aut spiritualis: cognoscat q̃ scribo vobis: qꝛ dñi sũt mãdata. Si q̃s aũt ignorat. ignorabit̃. Itaq̃ frẽs emulamĩ ꝓphetare. ⁊ loq̃ linguis nolite ꝓhibere. Oĩa aũt honeste et ꝟm ordinẽ fiãt in vobis.

Geñ. 3.

Job. 19.

XV

Notũ aũt vobis facio frẽs euangeliũ qd̃ p̃dicaui vobis qd̃ ⁊ accepistis. in q̃ ⁊ statis. ꝑ qd̃ et saluamĩ. q̃ rõe p̃dicauerim vobis si tenetꝫ: nisi frustra credidistis. Tradidi enĩ vob̃ imp̃mis qd̃ ⁊ accepi qm̃ christ⁹ mortu⁹ est ꝓ peccatis nr̃is ꝟm scripturas: ⁊ qꝛ sepult⁹ ẽ. ⁊ qꝛ resurrexit tertia die ꝟm scripturas. ⁊ qꝛ visus ẽ cephe: ⁊ post h̃ vndecim. Deinde visus ẽ plusq̃ q̃ngẽtis fratribꝫ simul: ex quibꝫ mlti manẽt vsq̃ adhuc: quidã aũt dormierũt. Deinde vis⁹ est iacobo: deinde apl̃is oĩbꝫ. Nouissime aũt oĩm. tanq̃ abortiuo visus est ⁊ mihi Ego enĩ sũ mĩm⁹ apl̃oꝝ. q̃ nõ sũ dignus vocari apl̃s: qm̃ ꝑsecut⁹ sum eccl̃iaꝫ dei. Gr̃a aũt dei sũ id qd̃ sũ. ⁊ gr̃a eius in me vacua nõ fuit: sꝫ abũdanti⁹ illis oĩbꝫ laboraui. Nõ ego aũt: sꝫ gr̃a dei mecũ. Siue. n. ego siue illi: sic p̃dicauim⁹ et sic credidistis. Si aũt christ⁹ p̃dicat̃ ꝙ resurrexit a mortuis: q̃uo quidã dicũt in vobis qm̃ resurrectio mortuoꝝ nõ est? Si autem resurrectio mortuoꝝ nõ est. neq̃ christ⁹ resurrexit: Si aũt christ⁹ non resurrexit inanis ẽ p̃dicatio nr̃a: inanis est et fides vr̃a. Inueniũ aũt ⁊ falsi testes dei: qm̃ testimoniũ dixim⁹ adũsus deũ ꝙ suscitauerit christũ quẽ nõ suscitauit: si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui nõ resurgũt neq̃ christ⁹ resurrexit. Q si christus nõ resurrexit vana est fides vestra. Adhuc enĩ estis in pctĩs vr̃is. Ergo ⁊ q̃ dormierũt in christo perierũt. Si in hac vita tm̃ ĩ christo sperãtes sum⁹ miserabiliores sum⁹ oĩbꝫ hoĩbꝫ. Nũc aũt christus resurrexit a mortuis p̃mitie dormiẽtiũ. qm̃ quidẽ ꝑ hoĩez mors ⁊ ꝑ hoĩez resurrectio mortuoꝝ. Et sicut in adã oẽs moriunt̃: ita et ĩ christo oẽs viuificabũt̃ Vn⁹ quisq̃ aũt ĩ suo ordine: p̃mitie christus. Deinde hi q̃ sũt christi q̃ in aduẽtũ eius crediderũt. Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo ⁊ p̃ri: cũ euacuauerit oẽz p̃ncipatũ ⁊ ptãtez ⁊ ꝟtutẽ. Oportet aũt illuꝫ regnare: donec ponat oẽs inimicos sub pedibꝫ ei⁹. Nouissime aũt ĩmica d̃struet̃ mors. Oĩa enĩ subiecit sub pedibꝫ eius. Cũ aũt dicat oĩa subiecta sũt ei: sine dubio p̃ter eũ q̃ subiecit ei oĩa. Cũ aũt subiecta fuerint illi⁹ oĩa tũc ⁊ ip̃e fili⁹ subiectus erit illi q̃ subiecit sibi oĩa: vt sit de⁹ oĩa in oĩbꝫ. Alioquin q̃d faciẽt q̃ baptiçãtur ꝓ mortuis? Si oĩno mortui nõ resurgũt: vt q̃d ⁊ baptiçant̃ ꝓ illis? Vt q̃d et nos ꝑiclitamur omĩ hora? Quotidie morior ꝓpter vr̃am gloriã frẽs: quã hẽo in christo iesu dño nr̃o. Si ꝟm hoĩez ad bestias pugnaui ephesi: q̃d mihi ꝓdest si mortui nõ resurgũt. Mãducem⁹ et bibamus: cras enĩ moriem̃. Nolite seduci Corrũpũt mores bonos colloq̃a mala. Euigilate iusti: ⁊ nolite peccare. Ignorantiã enĩ dei quidã hñt. Ad reuerẽtiaꝫ vobis loq̃r. Sꝫ dicit aliq̃s: Q̃uo resurgũt mortui? Quali aũt corpe venient? Insipiẽs tu: qd̃ semĩas nõ viuificat̃ nisi prius moriat̃. Et q̃d semĩas? Non corp⁹ quod futurum est seminas: sed nudum granũ: vtputa tritici. aut alicui⁹ ceteroꝝ

Gal. i. c. Act. 22. b.

Esaie. 22. ⁊. 56.

Deus aũt dat illi corpus sicut vult et vnicuiq; seminũ ppriũ corpus. Nõ omis caro eadẽ caro: sed alia hoim · alia pecor· alia volucrũ, alia aũt pisciũ. Et corpa celestia ⁊ corpa terrestria. Sed alia quidẽ celestiũ gloria: alia aũt terrestrium. Alia claritas solis · alia claritas lune. ⁊ alia claritas stellaruz. Stella enĩ a stella differt in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuorũ. Seminat̃ in corruptõe: surget in incorruptõe. Seminat̃ in ignobilitate: surget in glia. Semiat̃ in in firmitate: surget in virtute. Semiat̃ corp̃ aiale· surget corp̃ spũale. Si ẽ corp̃ aiale· ẽ ⁊ spirituale: sicut scriptũ ẽ. Factus ẽ primus hõ adã in aiaz viuẽtez: nouissim⁹ adã in spũm viuificantẽ. sz nõ prius qđ spũale est: sed qđ animale: deinde quod spũale. Primus homo đ terra terren⁹ · secũdus homo đ celo celestis. Qualis terrenus tales ⁊ terreni: ⁊ qualis celestis: tales ⁊ celestes. Igit̃ sicut portauim⁹ imaginez terreni · portem⁹ ⁊ imaginẽ celestis. Hoc aũt dico frẽs: qr caro ⁊ sanguis regnum dei possidere nõ pñt: neqz corruptio ĩ corruptelaz possidebit. Ecce mysteriuz vob dico. Oẽs quidẽ resurgem⁹: sed nõ oẽs immutabimur. In momento · in ictu oculi · in nouissima tuba. Canet enĩ tuba: et mortui resurgẽt incorrupti · ⁊ nos immutabim̃. Oportet enĩ corruptibile hoc induere icorruptõez: ⁊ mortale hoc induere imortalitatẽ. Cũ aũt mortale hoc induerit imortalitatẽ tũc fiet sermo q̃ scriptus est: Absorta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi ẽ mors stimul⁹ tuus? Stimulus aũt mortis peccatũ ẽ virtus vero peccati lex. Deo aũt gras: q̃ dedit nobis victoriã p dñm nr̃m iesum christum. Itaqz frẽs mei dilecti: stabiles estote et imobiles: abundãtes in omni ope dñi semp scientes q labor vester nõ est inanis in domino. XVI

D 2. Cor. 9. b. Hiere. 12. puer 22. Gal. 6. b. Gen. i. i. Joh. 3. b.

De collectis aũt que fiũt in scõs sicut ordinaui in ecclesijs galatie: ita et vos facite p vnaz sabbati. Unusquisqz vrm apud se reponat recondẽs quod ei bene placuerit: vt nõ cũ venero tũc collecte fiãt. Cũ aũt psens fuero · quos pbaueritis p epl̃as hos mittã pferre gratiã vraz in hierlm. Q si dignũ fuerit vt ego eam: mecũ ibunt. Veniam aũt ad vos: cũ macedoniã ptrãsiero. Nã macedoniã ptrãsiuo. Apud vos autem forsitan manebo · vel etiã hyemabo vt vos me deducatis quocũqz iero. Nolo. n. vos modo in trãsitu videre. Spero enĩ me aliqntulũ tpis manere apud vos: si dñs pmiserit. Permanebo autez epheſi vsqz ad pentecosten. Ostiũ enim mihi aptum ẽ magnũ et euidẽs: et adũsarij multi. Si aũt venerit timotheus: videte vt sine timore sit apud vos. Opꝰ enĩ dñi opat̃ sicut ⁊ ego. Ne qs ergo illũ spernat. Deducite aũt illũ in pace: vt veniat ad me. Expecto enĩ illũ cũ fratrib⁹. De appollo aũt fratre vobis notũ facio quoniã multũ rogaui euz vt veniret ad vos cũ fratrib⁹ · et vtiqz nõ fuit voluntas eius vt nũc veniret. Veniet aũt cum ei vacuũ fuerit. Vigilate state in fide viriliter agite ⁊ confortamini: oia enĩ vra in charitate fiãt. Obsecro aũt vos fratres · nostis domũ stephane: et fortunati ⁊ achaici · qm̃ sunt primitie achaie · ⁊ in ministerium sanctorũ ordinauerũt seipos vt ⁊ vos subditi sitis eiusmodi · et omni cooperanti et laboranti. Gaudeo aũt in psentia stephane et fortunati et achaici: qm̃ id qđ vobis deerat: ipi suppleuerũt. Refecerũt enĩ et meũ spũm et vrm. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesie asie. Salutat vos in dño multũ aquila: ⁊ prisca cũ domestica sua ecclesia: apud quos ⁊ hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea: manu pauli. Si qs nõ amat dominũ nr̃m iesuz christum: sit anathema maranatha. Gratia dñi nr̃i iesu christi vobiscum. Charitas mea cum omnib⁹ vobis in christo iesu. Amen.

Explicit epistola ꝑ Pauli ad Corinthios prima. Incipit prologus in secundã epistolam ad Corinthios.

In secunda ad Corinthios epistola q̃si in parte supiori post tribulationũ suarũ relatões reddit causas q̃re ad eos scd̃o nõ ierit: qm̃ ñ leui mutatõe ꝯsilij fecisse se asserit: sz ne aduẽtu suo tristiciã incurreret: cũ ĩ pctõ ꝑmanere discipulos reperisset. Deinde post agnitos fructꝰ pnĩe recõciliat eũ ecclesie. quẽ in p̃ma ꝓpter fornicationẽ a consortio scõꝝ iusserat amoueri. Tertio cõtra speudo apl'os officij sui dignitatẽ tuet̃. ⁊ noui testamẽti ministros. tanto anteire gr̃a oñdit: q̃to euãgeliuz est lege p̃stãtiꝰ. Immorat̃ etiã ĩ cã illa plurimũ quã breuit̃ ĩ p̃ma ꝯtigerat vt ꝓmpto ac libẽti aĩo necessaria p̃sentꝫ vite nõ habẽtibꝫ largiãt̃: ⁊ vtilitatẽ spũalis cõmertij cõmutẽt p̃sentia cũ futurꝫ. atq̃ abũdantia sua scõꝝ inopiã suppleãt. vt vicissim eoꝝ inopia scõꝝ abũdãtia suppleat̃. In fine repetit qd̃ supius cõtra speudo apostolos egerat ⁊ iactationẽ eoꝝ p̃dicatõesq̃ de se gloriosas vel collata antiq̃tate generis. vel catalogo iniuriarum ac periculorũ suoꝝ euacuat. dicitq̃ eos oparios subdolos q̃ ad imitationẽ sathane transfigurẽt̃ in apl'os christi. sub p̃dicationis spe lucra pecuniaria queq̃ sectantes.

Incipit argumentũ.

Post actã a corĩthijs pnĩaz ꝯsolatoriã scribit eis epl'az apostolus a troade ꝑ titũ. ⁊ collaudãs eos. hortat̃ ad meliora: contristatos quidem eos: sed emendatos ostendens.

Explicit argumeutuz. Incipit epistola Pauli ad Corinthios secũda. Cap̃. I

Paulus apostolus christi iesu ꝑvolũtatẽ dei ⁊ timotheꝰ frater ecclesie dei q̃ est corinthi cũ oĩbꝫ sanctꝫ qui sũt in vniuersa achaia: Gratia vob̃ et pax a deo patre nostro ⁊ dño iesu christo. Benedictus deus et pater dñi nr̃i iesu christi. pater misericordiarũ ⁊ deꝰ totius ꝯsolatõis. qui cõsolat̃ nos in omĩ tribulatione nostra: vt possimꝰ ⁊ ipsi consolari eos qui in oĩ p̃ssura sũt ꝑ exhortatõnem qua exhortamur ⁊ ipsi a deo: qm̃ sicut abũdant passiões christi ĩ nob̃. ita ⁊ ꝑ christũ abũdat ꝯsolatio nr̃a. Siue ãt tribulamur ꝓ vr̃a exhortatiõe et salute. siue ꝯsolam̃ ꝓ vr̃a ꝯsolatiõe siue exhortamur ꝓ vr̃a exhortatiõe et salute. q̃ opat̃ tolerãtiã earũdẽ passionũ q̃s ⁊ nos patimur vt spes nr̃a firma sit ꝓ vobis. scientes qm̃ sicut socij passionum estis: sic eritis ⁊ ꝯsolatõis. Nõ enĩ volumꝰ ig̃rare vos fratres d̃ tribulatiõe nr̃a q̃ facta est ĩ asia qm̃ sup̃ modũ g̃uati sumꝰ sup̃ vtutẽ: ita vt tederet nos etiaz viuere. Sed ipi iu nobisipsis respõsũ mortꝫ habuimꝰ vt non simꝰ fidẽtes in nob̃. sed in deo q̃ suscitat mortuos: q̃ de tãtis ꝑiculis nos eripuit ⁊ eruit: ĩ quẽ spamꝰ: qm̃ ⁊ adhuc eripiet. adiuuãtibꝫ vobis ĩ oratiõe ꝓ nobis: vt ex multarũ ꝑsonis faciez eiꝰ q̃ in nob̃ est donatiõis. ꝑ multos gr̃e agãtur ꝓ nobis. Nã gl'ia nr̃a b̃ est testimoniũ ꝯsciẽtie nr̃e. ꝙ ĩ simplicitate cordis ⁊ sinceritate dei. et nõ in sapĩa carnali. sed ĩ gr̃a dei ꝯuersati sumꝰ inb̃ mũdo. abũdãtius autẽ ad vos. Non enĩ alia scribimꝰ vob̃ q̃ que legistis ⁊ cognouistis. Spero autem ꝙ vsq̃ in finẽ cognoscetis. sic ⁊ cog̃uististis nos ex ꝑte: q̃ gl'ia vr̃a sumꝰ. sic ⁊ vos nr̃a ĩ die dñi nr̃i iesu christi. Et hac ꝯfidẽtia volui priꝰ venire ad vos vt scd̃az gratiã haberetis ⁊ ꝑ vos trãsirẽ in macedoniã. ⁊ iteꝝ a macedonia venirẽ ad vos et a vobis deduci in iudeã. Cũ g̃ hoc voluissez: nũquid leuitate vsus suz? Aut q̃ cogito s̃m carnẽ cogito. vt sit apud me: est et nõ? Fidelis aũt deꝰ. q̃ s̃mo noster qui fuit apud vos. nõ ẽ in illo. est ⁊ non sed ẽ in illo est. Dei enĩ filius iesus christus q̃ in vobis ꝑ nos p̃dicatus ẽ. ꝑ me ⁊ siluanũ et timotheũ: nõ fuit in illo est et nõ: sz est in illo fuit. Quotq̃t enĩ ꝓmissiones dei sunt: in illo est. Ideo ⁊ per ip̃m amẽ deo ad gl'iaz vestrã. Qui autẽ cõfir-

mat nos vobiscū in christo: et qui vnxit
nos deus. et qui signauit nos ⁊ dedit pi
gnus spūs ī cordibꝫ nostris. Ego autez
testem deū inuoco in animā meā. ꝙ par
cens vobis nō veni vltra corinthū: non
qꝛ dñam̄ fidei vr̄e. sed adiutores sumus
gaudij vr̄i. Nam fide statis. II

A Statui aūt hoc ip̄m apud me: ne
iterū in tristicia venirē ad vos.
Si enī ego ꝯtristo vos: et q̄s ē
q̄ me letificet nisi q̄ ꝯtristat̄ ex me. Et h̄
ip̄m scripsi vobis vt nō cū venero tristi
ciā sup̄ tristiciā habeaz de quibꝫ oportue
rat me gaudere: ꝯfidēs in oībꝫ vobis. qꝛ
B meū gaudiū oīm vr̄m ē. Nā ex multa tri
bulatōe et angustia cordis scripsi vobis
p̄ multas lachrymas: nō vt ꝯtristemini:
sed vt sciatis quā charitatē habeā abun
dantius in vobis. Si q̄s aūt ꝯtristauit
me. nō me ꝯtristauit: sed ex p̄te: vt ñ one
rem oēs vos. Sufficit illi q̄ eiusmodi ē
obiurgatio hec q̄ fit a pluribꝫ. ita vt ecō
trario magis donet̄ ⁊ ꝯsolemini: ne for
te abūdātiori tristicia absorbeat̄ qui eius
modi ē. Propter qd̄ obsecro vos: vt cō
firmetis ī illū charitatē. Ido enī et scri
psi vobis vt cog̊scā exp̄imētū vr̄m: an in
oībꝫ obediētes sitis. Cui aūt aliq̄d dona
C stis: ⁊ ego. Nam ⁊ ego qd̄ donaui si q̄d do
naui p̄pter vos in p̄sona christi: vt non
circūueniam̄ a sathana. Non enī ignora
mus cogitatōes eiꝰ. Cū venissez aūt tro
adē p̄pter euāgeliū christi: vt ostiū mihi
ap̄tū eēt ī dño: nō habui req̄ez spūi meo
eo ꝙ nō īuenerim titū frēz meū: sz vale
D faciēs eis. p̄fectꝰ sū in macedoniā. Deo
aūt gr̄as q̄ semp̄ triūphat nos ī christo
iesu et odorē noticie sue manifestat per
nos in oī loco: qꝛ christi bonꝰ odor sumꝰ
deo in his q̄ salui fiūt: ⁊ in his q̄ pereūt.
Alijs quidē odor mortis in mortē: alijs
aūt odor vite ī vitā. Et ad h̄ q̄s tā idone
neꝰ? Nō enī sumꝰ sic̄ plurimi adulteran
tes verbū dei. sz ex sinceritate sicut ex deo
corā deo in christo loquimur. III

A Incipimus iterꝫ nosmetip̄os cō
mendare. Aut nūquid egemus
sicut quidā cōmendaticijs epi
stolis ad vos: aut ex vobis? Epl̄a nostra
vos estis scripta in cordibꝫ nr̄is. q̄ scit̄ et
legit̄ ab oībꝫ hoībꝫ: manifestati: qm̄ epl̄a
estis christi ministrata a nobis. ⁊ scripta
nō atramēto sz spū dei viui: nō in tabul̄
lapideis: sed ī tabulis cordis carnalibus
Fiduciā aūt talē habemꝰ p̄ christū ad de Heb. 4. d.
um: nō ꝙ sufficiētes simꝰ cogitare aliq̄d
a nobis q̄si ex nobis: sed sufficientia nr̄a
ex deo ē. Qui ⁊ idoneos nos fecit mini
stros noui testamēti: nō lr̄a: sz spū. Litte
ra enim occidit: spūs aūt viuificat. Q si
ministratio mortis litteris d̄formata in
lapidibꝫ: fuit in gl̄ia ita vt nō possent in
tendere filij isrl̄ in faciē moysi p̄pter glo
riā vultꝰ eius q̄ euacuat̄ qūo nō magis
mīstratio spūs erit in gl̄ia? Nā si mīstra
tio dānatōis in gl̄ia ē. multomag̊ abun
dat mīsteriū iusticie in gl̄ia. Nā nec glo
rificatū ē qd̄ claruit ī hac p̄te: p̄pter excel
lentē gl̄iaz. Si enī qd̄ euacuat̄. p̄ gl̄iam
est: multomagis qd̄ manet in gl̄ia ē. Ha
bētes igit̄ talē spez multa fiducia vtim̄.
Et nō sicut moyses ponebat velamē su
per faciē suā vt nō intēderent filij israel
in faciē eius qd̄ euacuat̄: sz obtusi sunt
sensus eorꝫ. Vsqꝫ in hodiernū diē idip̄m
velamē in lectōe veter̄ testamēti manet
nō reuelatū: qd̄ in christo euacuat̄: sz vs
qꝫ in hodiernū diē cū legit̄ moyses. vela
men positū ē sup̄ cor eorū. Cum aūt con
uersus fuerit ad deū. auferetur velamē
Dñs aūt spūs ē. Vbi aūt spūs dñi ibi li
bertas. Nos vero oēs reuelata facie glo
riā dñi speculantes: in eandē imaginem
transformamur a claritate in claritatez
tanq̄z a domini spiritu. IIII

A Ideo h̄ntes hāc ammīstratiōez
iuxta qd̄ misericordiā ꝯsecuti su
mus: nō deficimꝰ. sed abdicamꝰ
occulta de decoris. nō ambulātes ī astu
tia. neqꝫ adulterātes verbū dei. sz in ma
nifestatōe veritatis cōmēdātes nosme
ip̄os ad oēm conscientiā hoīm coraz de t
Q si etiā opertū ē euangeliū nr̄m: ī his
qui pereūt ē opertū: in quibꝫ deus huius
seculi excecauit mētes infideliū. vt non
fulgeat illuminatio euāgelij glorie chri

ſit qui eſt imago dei. Nō ei nosmetipos
p̄dicam⁹: ſz ihesū christū dñm nr̄m. Nos
aūt seruos vros p ihesuz: qm̄ de⁹ q̄ dixit
d̄ tenebris lucē splēdescere. ipe illuxit in
cordib⁹ nostris ad illuminatōez scientie
claritatis dei in facie christi iesu. Habe/
mus aūt thesaurū istuz in vasis fictili/
bus: vt sublimitas sit virtutis dei: et nō
ex nobis. In oīb⁹ tribulatōez patimur:
sed nō angustiamur. Aporiamur: ſz non
destituimur. Persecutōez patim̄: sed nō
derelinquimur. Humiliamur: ſz nō con
fundimur. Deiscimur: ſz nō perim⁹. Sē
per mortificatōez iesu christi in corpe no
stro circūferētes: vt et vita iesu manife/
stet in corpib⁹ nr̄is. Semp enī nos qui
viuimus in morte tradimur ꝓpter iesū
vt et vita iesu manifestetur in carne nr̄a
mortali. Ergo mors in nobis opat: vita
aūt in vobis. Hñtes aūt eundē spūm fi
dei ſicut scriptū est/credidi ꝓpter qd̄ lo/
cutus sū. et nos credim⁹: ꝓpter qd̄ et loq
mur: sciētes qm̄ q̄ suscitauit ihesuz. et nos
cū iesu suscitabit. et cōstituet vobiscum
Oia enī ꝓpter vos: vt gratia abūdās p
multos in gratiarū actōe abūdet in glo/
riā dei. Propter qd̄ nō deficim⁹. Sed li
cet is qui foris ē noster hō corrūpat: tn̄
is qui intus ē renouat de die in diē. Id
enī q̄d in p̄nti ē momētaneū et leue tri/
bulatōis nr̄e: supd̄ modū in sublimitate
eternū glie pōdus opat in nobis: nō ptē/
plātib⁹ nobis q̄ vident: ſz q̄ nō videtur.
Que enī vident: tpa lia sunt. que autez
non vident: eterna sunt. V

Scimus enī: qm̄ ſi terrestris do/
mus nostra huius habitationis
dissoluat: q̄ edificatiōem ex deo
habemus domū nō manufactā: ſz eternā
in celis. Nam et in hoc ingemiscim⁹ ha/
bitationē nr̄am que de celo ē supindui
cupiētes: ſi tn̄ vestiti et nō nudi inuenia/
mur. Nā et q̄ sum⁹ in hoc tabernaculo. in
gemiscimus grauati: eo q̄ nolum⁹ expo
liari. ſz supuestiri: vt absorbeat qd̄ mor/
tale ē a vita. Qui aūt efficit nos in hoc
ipm̄ deus. q̄ dedit nobis pign⁹ spūs. Au
dētes igit semp et sciētes: qm̄ dū sumus
in hoc corpe. pegrinamur a dño. ꝑ fi/
dem enī ambulam⁹ et nō p speciem. Aude/
mus aūt et bonā volūtate habem⁹ magis
pegrinari a corpe et p̄sentes esse ad dñm
et ideo ꝓtendim⁹ siue absentes siue pre/
sentes placere illi/ Oēs enī nos mani/ Ro. 14. c.
festari oportet añ tribunal christi: vt re/
ferat vnusq̄sq; ꝓpria corpis ꝓut gessit ſi
ue bonū siue malū. Scientes ergo timo
rē dñi hoīb⁹ suademus. deo aūt manife
sti sum⁹. Spero aūt et in ꝓscientijs vris
manifestos nos esse. Nō iter cōmenda/
mus nos vobis: ſz occasiōez dam⁹ vobis
gloriādi p nobis: vt habeat⁹ ad eos q̄ in fa
cie gloriant⁹ et nō in corde. Siue enī me
te excedim⁹ deo: siue sobrij sum⁹ vobis
Charitas enī christi urget nos estiman
tes hoc: qm̄ ſi vn⁹ p oīb⁹ mortu⁹ ē: g̈ oēs
mortui sūt. Et p oīb⁹ mortu⁹ ē christus
vt et q̄ viuūt: iā nō sibi viuāt. ſz ei q̄ p ipis
mortuus ē et resurrexit. Itaq; nos ex hō
neminē nouim⁹ ſm carnē Et ſi ꝓgnoui
mus ſm carnē christū: ſz nūc iā nō noui
mus. Si qua g̈ in christo noua creatu/
ra: vetera trāsierūt/ecce facta sūt oia no/ Esaie. 43.
ua. Oia aūt ex deo q̄ nos reconciliauit ſi/ Apoc. 21. a.
bi p christū: et dedit nobis misteriū recō
ciliatōis. Qm̄ quidē de⁹ erat in christo
mundū reconciliās sibi: nō reputās illis
delicta ipor: et posuit in nobis verbū re
cōciliatōis. Pro christo ergo legatione
fungim̄ tāq; deo exhortāte p nos. Obse
cram⁹ p christo. reconciliamini deo. Eum q̄
nō nouerat pctm̄ p nobis peccatū fecit
vt nos efficerem̄ iusticia dei in ipo. VI

Hortamur aūt et exhortamur ne A
in vacuum gr̄am dei recipiatis.
Ait enī/ Tpe accepto exaudiui Esaie. 49.
te et in die salutis audiui te. Ecce nūc
tempus acceptabile: ecce nunc dies sa/ B
lutis. Nemini dantes vllam offensio/
nē: vt nō vituper⁹ ministeriū nr̄m/ ſz in i. Cor. 4. a.
omīb⁹ exhibeamus nosmetipos sicut dei ſ. ii. c. i. Timot.
ministros. In multa patiētia. in tribu/ 3. c.
latōib⁹. in necessitatib⁹. in angustijs. in
plagis. in carceribus. in seditōib⁹. in labo/
ribus. in vigilijs. in ieunijs. In castita
te. in sciētia. in longanimitate. in suaui/

tate·in spūsancto·in charitate non ficta
in verbo veritatis·in virtute dei·Per ar
ma iusticie·a dextris et a sinistris. Per
gloriā et ignobilitatē:ꝑ infamiā ⁊ bonaꝫ
famā. Ut seductores et veraces: sicut q̄
ignoti ⁊ cogniti. Quasi moriētes ⁊ ecce
viuim⁹:vt castigati ⁊ nō mortificati:q̄si
tristes·semꝑ aūt gaudētes·sicut egētes
multos aūt locupletantes:tanq̄ꝫ nihil
hn̄tes ⁊ oīa possidentes. Os nr̄m patet
ad vos o corinthij:cor nr̄m dilatatū est.
Nō angustiamī in nobis:angustiamini
aūt in visceribꝫ vr̄is. Eandē aūt haben
tes remuneratōeꝫ:tanq̄ꝫ filijs dico:dila
tamini ⁊ vos. Nolite iugū ducere cū in
fidelibꝫ. Que enī ꝑticipatio iusticie cuꝫ
iniq̄tate:aut q̄ societas luci ad tenebras
Que aūt ꝯuentio christi ad belial? Aut
que pars fideli cū infideli? Qui aūt con
sensus tēplo dei cū idolis. Vos enī estis
tēplū dei viui·sicut dicit deus:qm̄ inha
bitabo in illis ⁊ inambulabo inter eos:et
ero illoꝝ deus·et ipi erūt mihi populus
Propter quod exite de medio eoꝝ· et se
paramini dicit dn̄s:⁊ īmundū ne tetige
ritis:et ego recipiā vos·⁊ ero vobis in
patrē·et vos eritis mihi in filios et fili
as·dicit dn̄s omnipotens. VII

Has ergo habentes ꝓmissiones
charissimi mūdem⁹ nos ab oī
inquinamēto carnis ⁊ spūs ꝑfi
ciētes sanctificatōeꝫ in timore dei. Capi
te nos. Neminē lesim⁹:neminē corrūpi
mus:neminē circūuenim⁹. Nō ad cōdē
nationē vr̄am dico. Predixim⁹ enim q̄
in cordibꝫ nr̄is estis ad cōmoriendū ⁊ ad
conuiuendū. Multa mihi fiducia ē apd̄
vos:multa mihi gloriatio ꝓ vobis. Re
pletus suꝫ ꝯsolatōe:suꝑabundo gaudio
in omī tribulatōne vr̄a. Nā ⁊ cū venisse
mus in macedoniā nullā requiē habuit
caro nr̄a:sꝫ oēꝫ tribulatōeꝫ passi sumus.
Foris pugne:intus timores. Sꝫ qui cō
solat̄ hoīes·ꝯsolatus est nos de⁹ in aduē
tu titi. Nō solū aūt in aduētu ei⁹: sꝫ etiā
in ꝯsolatōe qua ꝯsolatus ē in vobis refe
rens nobis vr̄m desideriū·vr̄m fletum·
vestrā emulatōeꝫ ꝓ me:ita vt magꝫ gau
derem. Quoniā et si ꝯtristaui vos ī epi
stola non me penitet. Et si peniteret vi
dens q̄ epl̄a illa ⁊ si ad horā vos ꝯtrista
uit:nuc gaudeo nō qꝛ ꝯtristati estis·sed
qꝛ ꝯtristati estis ad pn̄iaꝫ. Cōtristati enī
estis s̄m deū vt ī nullo detrimētū patia
mini ex nobis. Que enī s̄m deum tristi
tia est penitētiā in salutē stabilē opat̄:se
culi aūt tristicia mortē opat̄. Ecce enī h̄
ipm̄ s̄m deū ꝯtristari vos· quātā in vo
bis opat̄ sollicitudinē:sed defensiōeꝫ·sed
indignationē·sed timorē·sed desideriuꝫ
sed emulationē·sꝫ vindictā. In oībꝫ ex
hibuistis vos in contaminatos esse ne
gocio. Igit̄ ⁊ si scripsi vobis:non ꝓpter
eū qui fecit iniuriā·nec ꝓpter eū qui pas
sus ē.sed ad manifestādaꝫ sollicitudineꝫ
nr̄aꝫ quā habem⁹ ꝓ vobis corā deo Ido
ꝯsolati sumus. In ꝯsolatiōe aūt nostra
abūdantius magis gauisi sum⁹ suꝑ gau
dio titi·qꝛ refect⁹ ē spūs ei⁹ ab oībꝫ vob
Et si q̄d apud illū de vobis gl̄iat⁹ sū nō
suꝫ ꝯfusus:sed sicut oīa vobis in verita
te locuti sum⁹·ita ⁊ gl̄iatio nr̄a q̄ fuit ad
titū veritas facta ē. Et viscera eius abū
danti⁹ in vobis sunt: reminiscētis oīm
vr̄m obediētiā:quō cū timore ⁊ tremo
re excepistis illum. Gaudeo q̄ in omni
bus confido in vobis. VIII

Notaꝫ aūt facim⁹ vobis fratres
gr̄am dei que data ē in ecclesijs
macedonie:⁊ q̄ in multo experi
mento tribulatōis abūdātia gaudij ipo
rum fuit·et altissima pauꝑtas eoꝝ abū
dauit in diuitias simplicitatis eorum.
Quia s̄m virtutē testimoniuꝫ illis red
do ⁊ suꝑ v̄tutē volūtarij fuerūt:cū mul
ta exhortatōe obsecrātes nos gr̄am ⁊ cō
municatōeꝫ mīsterij q̄d fit in scōs. Et n̄
sicut sperauim⁹:sꝫ semetipos dederūt:ꝑ
mū dn̄o·deinde nobis ꝑ volūtatem dei:
ita vt rogarem⁹ titū vt quēadmodū ce
pit ita ⁊ ꝑficiat in vobis etiaꝫ gr̄am istā.
Sed sicut in oībꝫ abūdatis fide ⁊ s̄mo
ne ⁊ sciētia ⁊ oī sollicitudine: insuper et
charitate vr̄a in nos· vt ⁊ in hac gratia
abūdetis. Nō quasi imperās dico:sed ꝑ
alioꝝ sollicitudinē etiā vr̄e charitatꝫ in

C
Ecc̄ꝫ·iꝫ·Gal̄·5·a·Act̄ꝫ·15·a·
D
i·Cor̄ꝫ·3·c·et 6·d·
A
B
i·Pe·2·c·Ja·5·c·
D
A
B

Ro.10.c. Ja.1.a. geniū bonū cōprobās/. Scitis enī grāz dñi nr̄i iesu christi: qm̄ ꝓpter vos egen⁹ factus ē cū esset diues: vt illi⁹ inopia vos diuites essetis. Et ꝯsiliū in hoc do. Hoc eī vobis vtile ē: q̄ nō solū facere sz et velle cepistis ab anno priore. Nunc vero ⁊ facto ꝑficite. vt quēadmodū ꝓmpt⁹ ē animus volūtatis: ita sit ⁊ ꝑficiēdi ex eo qd̄ habetis. Si enī voluntas ꝓmpta ē: ꝑm id qd̄ hēt. accepta ē. nō ꝑm id qd̄ nō hēt. Nō enī vt alijs sit remissio: vobis autez tribulatio: sz ex eq̄litate in pn̄ti tpe. vr̄a abūdantia illoꝝ inopiā suppleat. vt ⁊ illoꝝ abūdātia vr̄e inopie sit supplemētū vt fiat equalitas sicut scriptum ē: Qui multū. nō abūdauit. ⁊ qui modicū non minorauit. Grās aūt ago deo q̄ dedit eādem sollicitudinē ꝓ vobis in corde titi: qm̄ exhortationē quidē suscepit: sz cū sollicitor esset. sua volūtate ꝓfect⁹ ē ad vos Misim⁹ etiā cū illo fratrem nr̄m: cuius laus ē in euāgelio ꝑ oēs ecclesias. Non solū aūt. sed et ordinatus est ab ecclesijs comes ꝑegrinatōis nostre in hāc grām que ministrat̄ a nobis ad dñi gloriā ⁊ destinatā volūtatē nostrā. Deuitātes hoc ne q̄s nos vituperet in hac plenitudine que ministrat̄ a nobis in dñi gl̄iaz/ Prouidemus enī bona: nō solū corā deo: sed etiā corā hoībꝫ. Misim⁹ aūt cū illis frēz nr̄m quē ꝓbauim⁹ in multis sepe sollicitū esse. nūc aūt multo sollicitiorē: ꝯfidētia multa in vos: siue ꝓ tito q̄ est socius meus. ⁊ in vobis adiutor: siue frēs nr̄i apl̄i eccl̄iaꝝ gl̄ie christi. Ostēsionē g̃ q̄ ē charitatis vr̄e ⁊ nr̄e gl̄ie ꝓ vobis: ī illos ostēdite in faciē ecclesiarū.

IX

Nam de ministerio qd̄ fit in sanctos: ex abūdanti est mihi scribere vobis. Scio enī ꝓmptū animum vr̄m ꝓ quo de vobis glorior apud macedones: qm̄ et achaia parata est ab āno p̄terito. et vr̄a emulatio ꝓuocauit plurimos. Misimus aūt fratres: vt ne quod gloriamur de vobis euacuet̄ ī hac ꝑte: vt quēadmodū dixi parati sitis: ne cū venerint macedones mecū. et īuenerint vos imparatos: erubescam⁹ nos vt nō dicamus vos in hac substantia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres vt p̄ueniant ad vos. ⁊ p̄parēt repromissam bn̄dictionē hāc paratā eē. sic quasi bn̄dictionē: nō q̄si auariciā. Hoc aūt dico/ Qui parce seminat parce et metet. et qui seminat in benedictōibꝫ. de bn̄dictōibꝫ et metet. Unusquisqꝫ ꝓut destinauit in corde suo nō ex tristitia aut ex necessitate/ Hilarē enī datorē diligit deus Potēs est aūt de⁹ oēz gratiā abūdare facere in vobis vt in omnibꝫ semꝑ omnē sufficiētiā habentes abundetis in omne opus bonū: sicut scriptū ē/ Dispersit dedit pauperibꝫ iusticia eius manet in seculū seculi. Qui aūt āministrat semē seminātī. ⁊ panē ad māducandū p̄stabit. Et multiplicabit semē vr̄m. et augebit incremēta frugū iusticie vr̄e: vt in oībꝫ locupletati abūdetis in omnē simplicitatē: q̄ opat̄ ꝑ nos gratiaꝝ actionem deo Quoniā misteriū hui⁹ officij nō solum supplet ea que desūt sanctis. sz etiā abūdat ꝑ multas gratiaꝝ actōes in dño per ꝓbationē misterij hui⁹: glorificātes deū in obediētia ꝯfessionis vr̄e in euangelio christi ⁊ simplicitate cōicatōis vr̄e in illos ⁊ in oēs. et in ip̄oꝝ obsecratione pro vobis. desiderātiū vos ꝓpter eminētez grām dei in vob̄. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

X

Ipse aūt ego paul⁹ obsecro vos ꝑ mansuetudinē ⁊ modestiam christi: qui in facie quidē humilis sum inter vos: absens autē confido in vobis. Rogo aūt vos ne presens audeā ꝑ eam confidentiā qua existimor audere in quosdā: qui arbitrant̄ nos tanq̄ ꝑm carnē ambulem⁹. In carne enī ambulātes: nō tn̄ ꝑm carnē militam⁹. Naz arma militie nostre nō carnalia sūt: sed potentia deo ad d̄structionē monitionū ꝯsilia destruētes et oēm altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei. ⁊ in captiuitatē redigētes oēm intellectū in obsequiū christi. ⁊ in ꝓmptu habētes vlcisci oēm inobediētiā: cum impleta fuerit vestra obedientia. Que ꝑm faciem sunt vi

B

ꝓu.22.i. Cor. 15.d. Gal.6.b. Hiere.12.

C

Ecc.35.

ps.cxi.

D

A

B

dete. Si quis ꝯfidit christi esse hoc cogi
tet iterũ apud se: qꝛ sicut ⁊ ipe christi est.
C ita ⁊ nos. Nã ⁊ si ampli⁹ aliq̃d gloriatus
fuero de ptãte nr̃a quã dedit nob̃ dñs in
edificationẽ ⁊ nõ in destructionẽ vr̃am
nõ erubescã. Ut aũt non existimer tanq̃z
terrere vos ꝑ epl'as: qm̃ q̃dẽ epl'e inq̃unt
graues sunt ⁊ fortes: pñtia aũt corpo/
ris infirma. ⁊ sermo ꝯtẽptibilis h̃ cogi/
tet q̃ eiusmodi ẽ: qꝛ q̃les sumus verbo ꝑ
epl'as absentes: tales ⁊ pñtes ĩ facto Nõ
enĩ audem⁹ inserere aut cõparare nos q̃
busdã q̃ seipos cõmẽdãt sꝫ ipi ĩ nob̃ nos/
metipos metiẽtes. ⁊ cõparãtes nosmet
Eph. 4. a. ipos nobis // Nos aũt nõ ĩ immẽsuꝫ glo
Apoc. 21. c. riabimur: sꝫ ꝟm mẽsurã regule q̃ mẽsus
ẽ nobis deus mẽsurã ꝑtingendi vsq̃z ad
D vos Nõ eĩ q̃si nõ ꝑtigẽtes ad vos supex
tẽdim⁹ nos. Usq̃z ad vos enĩ ꝑuenim⁹
in euãgelio christi: nõ in ĩmensuꝫ gloriã
tes in alienis laboribꝫ Spez aũt hñtes
crescẽtis fidei vr̃e. in vobis magnifica
ri ꝟm regulã nr̃am ĩ abũdantia: etiã ĩ illa
que vltra vos sunt euãgeliçare nõ ĩ alie
na regula ĩ his que ꝑparata sunt gloria
i. Cor. 1. d. ri // Qui aũt gloriat̃ in dño glorie t̃. Non
Hiere. 9. enĩ qui seipm cõmendat ille ꝓbatus ẽ:
sꝫ quẽ deus commendat. XI
A Utinã sustineretis modicũ quid
insipiẽtie mee: sed et supporta/
te me. Emulor enĩ vos dei emu
latione despõdi enĩ vos vni viro v̄ginẽ
castã exhibere christo. Timeo autẽ ne si/
cut serpẽs seduxit euã astutia sua ita cor
rũpant̃ sensus vr̃i. ⁊ excidãt a simplicita
te que ẽ in christo iesu. Nã si is qui venit
aliũ christũ ꝑdicat quẽ nõ ꝑdicauimus
aut aliũ spm̃ accipitis quẽ nõ accepistis
aut aliud euãgeliũ q̃d nõ recepistis: re/
cte pateremini. Existimo eniꝫ nihil me
minus fecisse a magnis apl'is. Nã et si
imperitus sermone: sꝫ nõ sciẽtia. In oĩ/
bus aũt manifestus suꝫ vobis. Aut nũ/
quid peccatũ feci meipm humilians: vt
B vos exaltemini? Qm̃ gratis euãgelium
dei euãgeliçaui vobis. alias ecclesias ex
poliaui accipiẽs stipendiũ ad ministeriũ
vestrũ. et cũ essem apud vos et egerem
nulli onerosus fui. Naꝫ q̃d mihi deerat
suppleuerũt fratres qui venerũt a mace
donia ⁊ in oĩbꝫ sine onere me vobis ser/
uaui et seruabo. Est veritas christi ĩ me:
qm̃ hec gloriatio nõ infringet̃ in me ĩ re
gionibꝫ achaie Quare? Quia nõ diligo
vos: Deus scit. Quod aũt facio: ⁊ faciã.
vt amputẽ occasionẽ eoꝝ. qui volũt oc/
casionẽ: vt in q̃ gloriant̃ ĩueniant̃ sicut
et nos. Naꝫ eiusmodi pseudo apl'i sunt
oparij subdoli: trãsfigurãtes se ĩ aposto
los christi. Et nõ mirũ: Ipe enim satha
nas trãsfigurat se in angelum lucis Nõ
est ergo magnum si mĩstri ei⁹ transfign
rent̃ velut mĩstri iusticie quoꝝ finis erit
ꝟm opa ipoꝝ. Iteruꝫ dico: ne q̃s me pu
tet insipiẽtẽ esse. Alioquin velut insipiẽ
tem accipite me: vt et ego modicũ quid
glorier. Q̃d loquor nõ loq̃r ꝟm deũ. sꝫ q̃
si ĩ insipiẽtia: ĩ hac substãtia glorie. Qm̃
multi gloriant̃ ꝟm carnẽ. ⁊ ego gloriabor
Libẽter enĩ suffertis insipiẽtes: cũ sitis
ipsi sapientes. Sustinetis enĩ si q̃s vos
in seruitutẽ redigit. si q̃s deuorat. si quis
accipit. si quis extollit̃. si q̃s in faciez vos
cedit. Scdm ignobilitatẽ dico: q̃si nos
infirmi fuerim⁹ in hac ꝑte. In quo quis
audet. ĩ insipiẽtia dico. audeo ⁊ ego He
brei sũt et ego: Israelite sũt. ⁊ ego. Se/
men abrae sunt et ego // Ministri christi i. Cor. 4. a.
sunt et ego. Ut minus sapiẽs dico. plus s. 6. a.
ego: In laboribꝫ plurimis. in carceribꝫ i. Timo. 3. c.
abũdantius. in plagis supra moduꝫ. in
mortibꝫ frequẽter. A iudeis quinquies
quadragenas vna minus accepi. Ter
virgis cesus suꝫ. semel lapidatus sũ. ter
naufragium feci. Nocte ⁊ die in ꝓfundo
marꝫ fui. In itineribꝫ sepe. periculis flu
minũ. periculis latronũ. periculis ex ge/
nere. periculis ex gẽtibus. periculis in ci
uitate. periculis in solitudine. periculis
in mari. periculis in falsis fratribꝫ // In 2. Thessal. 3. b.
labore ⁊ erũna. in vigilijs multis. In fa Deut. 28.
me ⁊ siti. in ieiunijs multis. In frigore
et nuditate. ꝑter illa que extrinsec⁹ sunt
instãtia mea q̃tidiana. sollicitudo omni
um ecclesiarũ. Quis infirmat̃. ⁊ ego nõ
infirmor? Quis scãdaliçatur ⁊ ego non

vror: Si gloriari oportet. que infirmita
tis mee sunt gloriabor. Deus et pater dñi
nr̄i iesu christi scit q̄ est bñdictus ī secula q̄
non mentior. Damasci p̄positus gentis
arethe regis custodiebat ciuitatē dama-
scenorū vt me cōprehēderet / et per fene
strā in sporta dimissus sum per murum
et sic effugi manus eius.

XII

Si gloriari oportet: non expedit
quidē. Veniā aūt ad visiones et
reuelatōes dñi. Scio hoīem in
christo ante annos quattuordecim siue
in corpe siue extra corpus nescio: deus scit:
raptū huiusmodi vsq̄ ad tertiū celum.
Et scio huiusmodi hominē siue in cor-
pore siue extra corpus nescio deus scit: qm̄
raptus est in paradisum. et audiuit ar-
cana verba que non licet homini loqui.
Pro huiusmodi gloriabor. p me aūt ni-
hil nisi in infirmitatib̄ meis. Nam et si
voluero gloriari: non ero insipiēs. Ve-
ritatē eniz dicā. Parco aūt: ne quis me
existimet supra id quod videt in me. aut
audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo re
uelationū extollat me: datus ē mihi sti-
mulus carnis mee angelus sathane qui
me colaphiçet. Propter qd̄ ter dñm ro
rogaui vt discederet a me: et dixit mihi
/ Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus
in infirmitate p̄ficit. Libenter igit̄ gloria
bor in infirmitatib̄ meis: vt inhabitet
in me virtus christi. Propter quod pla
ceo mihi in infirmitatib̄ meis: in cōtu-
melijs. in necessitatib̄. in p̄secutionib̄.
in angustijs p christo. Cuz enī infirmor
tūc potēs suz. Factus sum insipiēs: vos
me coegistis. Ego enī a vobis debui cō-
mendari. Nihil enī minus feci ab his q̄
sunt supra modū apl̄i. Taz et si nihil suz
signa tñ apostolatus mei facta sunt sup
vos in omni patiētia. in signis et p̄digijs
et virtutib̄. Quid est enī quod minus
habuistis p̄ ceteris ecclesijs: nisi qd̄ ego
ip̄e nō grauaui vos? Donate mihi hāc
iniuriā. Ecce tertio hoc paratus sum ve
nire ad vos et nō ero grauis vobis. Nō
enī quero que vr̄a sunt sed vos. Nec enī
debent filij parētib̄ thesauriçare. sz parē-
tes filijs Ego aūt libentissime impēdam
et supimpēdar ego ip̄e p aīab̄ vestris. li
cet plus vos diligēs. minus diligar. Sz
esto. Ego vos nō grauaui: sed cū essem
astutus dolo vos cepi. Nūquid p aliquē
eoruz quos misi ad vos circūueni vos.
Rogaui titū et misi cū illo fratrē. Nun-
quid titus vos circūuenit? Nōne eodez
spū ambulauimus? Nōne eisdē vestigijs?
Olim putatis q̄ excusemus nos apud
vos? Corā deo ī christo loquimur. Oīa
enī charissimi p̄pter edificationē vr̄am:
Timeo enī ne forte cū venero. non q̄les
volo inueniā vos. et ego inueniar a vo-
bis qualē nō vultis: ne forte ɔtentiones
emulatōes. aīositates. dissensiones. de
tractōes. susurratōes. inflatōes. seditio
nes sint īter vos. Ne iterū cū venero hūi
liet me deus apud vos et lugeā multos
ex his qui ante peccauerunt et non ege-
runt penitentiam super immundicia et
fornicatione et impudicitia quam ges-
serunt.

XIII

Ecce tertio hoc venio ad vos / vt
in ore duoꝝ vel triū testium sta-
bit omne verbū. Predixi enī et p̄
dico. vt p̄ñs vobis. et nūc absens his qui
ante peccauerūt et ceteris oīb̄: qm̄ si ve-
nero iterū nō p̄cā. An exp̄imētū q̄rit̄ ei
qui in me loquit̄ christus? Qui in vobis
nō infirmat̄. sz potēs ē in vobis. Nā et si
crucifixus ē ex infirmitate: sz viuit ex vir
tute dei. Nā et nos infirmi sumus in illo.
sed viuemus in eo ex virtute dei in vob̄
Vosmetip̄os tēptate: si estis in fide. ip̄i
vos probate. An nō cognoscit̄ vosmet
ip̄os: qz christus iesus in vobis est? Nisi
forte reprobi estis. Spero aūt q̄ cogno
scitis: qz nos non sumus reprobi. Ora-
mus aūt deū vt nihil mali faciatis: non
vt nos p̄bati parcamus. sed vt vos qd̄
bonū est faciatis. Nos aūt vt reprobi si-
mus. Nō possumus. n. aliquid aduersus
veritatē. sed p veritate. Gaudemus. n. qm̄
nos īfirmi sumus. vos aūt potentes estis.
Hoc et oramus: vr̄az ɔsūmatōez. Ido enī
hec absens scribo: vt nō p̄ñs durius agā
s̄m potestatē quam dominus dedit mihi

Deut. 17. Mat. 18. c. Heb. 10. d. Joh. 8. c.

D in edificationē ⁊ nō in destructionē. De
cetero fratres gaudete: ꝑfecti estote: ex-
Mat. 5. a hortamini: idipm sapite / Pacē habete ⁊
deus pacis ⁊ dilectōis erit vobiscū. Sa
lutate inuicem in osculo sancto. Salu-
tāt vos omnes sancti. Gratia dñi nr̄i ie
su christi. ⁊ charitas dei. ⁊ cōicatio sancti
spūs. sit cum omnibus vobis. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Corinthios
secunda. Incipit argumentum in epi-
stolam ad Galathas.

Galathe sunt greci. Hi vbuz
veritatis primuz ab apostolo-
acceperūt. sed post discessum
eius tēptati sunt a falsis apo
stolis. vt in legem et circūcisionem ver
terentur. Hos apostolus reuocat ad fi
dem veritatis: scribens eis ab epheso.

Explicit argumentum Incipit epistola
Pauli ad Galathas. Capitulum. I

A Paulus apo-
stolus nō ab hominibꝫ ne
q ꝑ hoīem sed ꝑ iesum
christū ⁊ deū patrē q̄ su
scitauit eum a mortuis
et qui mecū sūt omnes fratres: ecclesijs
galathie. Gratia vobis et pax a deo pr̄e
nostro et domino iesu christo: qui dedit
semetipm ꝓ peccatis nostris vt eriperet
nos de presenti seculo nequā ꝟm volun
tatē dei ⁊ patris nr̄i. cui ē gloria in secula
B seculorū amen. Miror ꝙ sic taz cito trās
ferimini ab eo q̄ vos vocauit in gratiaz
christi in aliud euāgeliū: quod non ē ali
ud nisi sūt aliq̄ qui vos ꝯturbāt: ⁊ volūt
conuertere euangeliū christi. Sed licet
nos aut angelus de celo euāgeliçet vo-
bis preter q̄z quod euāgeliçauimus vo
bis. anathema sit. Sicut prediximus et
nunc iterū dico: si quis vobis euāgeli-
çauerit ꝑter id qd̄ accepistis: anathema
sit. Modo enī hoībꝫ suadeo an deo? An
quero hominibꝫ placere? Si adhuc ho-
minibus placerē christi seruus nō essez
C Notū enī vobis facio fratres euangeliū
quod euangeliçatū est a me: quia nō est
ꝟm hoīem. Neq̄z eniz ego ab hoīe accepi
illud neq̄z didici: sed ꝑ reuelationē iesu
christi. Audistis eī ꝯuersatōz meā aliqñ
in iudaismo qm̄ supra modum ꝑseque
bar ecclesiā dei: et expugnabā illā: ⁊ pro-
ficiebā in iudaismo supra multos coeta
neos meos in genere meo. abūdantius
emulator existēs paternarū meaꝝ tradi
tionū / Cū autē placuit ei qui me segre- i. Cor. 15. b. Act. 9. a. et 22. b.
gauit ex vtero matris mee ⁊ vocauit ꝑ
gr̄am suā vt reuelaret filiū suū in me vt
euāgeliçarem illū in gentibꝫ: ꝯtinuo nō
acquieui carni ⁊ sanguini Neq̄z veni hie
rosolymā ad antecessores meos apl'os:
sed abij in arabiā ⁊ iterū reuersus sum
damascū. Deinde post annos tres veni
hierosolymā videre petrū et māsi apud
eū diebꝫ quindecim. Aliū aūt apl'oꝝ vi-
di neminē nisi iacobū fratrē dñi. Que
aūt scribo vobis: ecce corā deo qꝛ nō mē-
tior. Deinde veni in ꝑtes syrie ⁊ cilicie.
Erā aūt ignotꝰ facie ecclesijs iudee. que
erāt in christo. Tantū aūt auditū habe-
bāt: qm̄ qui ꝑsequebatur nos aliqñ. nūc
euāgeliçat fidē quā aliqñ expugnabat. ⁊
in me clarificabant deum. II

A Deinde post annos quattuorde-
cim iterū ascēdi hierosolymam
cum barnaba assumpto et tito.
Ascendi aūt ꝟm reuelationē et cōtuli cū
illis euāgeliū quod ꝑdico in gētibꝫ. Se
orsuz aūt his qui videbant̄ aliquid esse
ne forte ī vacuū currerē aut cucurrissez
Sed neq̄z titus qui mecū erat. cuz esset
gētilis cōpulsus ē circūcidi: sed propter
subintroductos falsos fratres qui sub-
introierūt explorare libertatē nr̄az quaz
habemus in christo iesu: vt nos in serui
tutē redigerēt. Quibꝫ neq̄z ad horā cessi
mus subiectioni: vt veritas euāgelij ꝑ-
maneat apud vos. Ab his aūt qui vide
bant̄ esse aliquid. quales aliqñ fuerīt ni
hil mea interest / Deus enī ꝑsonā hoīs
nō accipit. Mihi enī qui videbant̄ esse
aliquid nihil contulerūt. sed ecōtra cuz
vidissent ꝙ creditū est mihi euāgeliū ꝑ
putij. sicut ⁊ petro circūcisionis: qui enī

B Ro. 2. b. Eph. 6. b. Col. 3. a. Act. 10. c. Ja. 2. b.

opatus est petro in apostolatū circūcisio
nis. opatus est ⁊ mihi inter gētes. et cū
cognouissent grām q̄ data ē mihi. iaco/
bus et cephas ⁊ iohānes q̄ videbant̄ co
lūne esse dextras d̄derūt mihi ⁊ barnabe
societatis: vt nos in gētes. ipi aūt in cir
cūcisionē: tm̄ vt pauperū memores esse
mus. Qd̄ etiā sollicit⁹ fui h̄ ip̄m facere.
Cū aūt venisset petrus antiochiā: in fa/
ciem ei restiti. qr rep̄hensibilis erat. Pri
us enī q̄ venirēt quidā a iacobo. cū gēti/
tib⁹ edebat. Cū aūt venissent subtrahe/
bat ⁊ segregabat se: timēs eos q̄ ex circū
cisione erāt. Et simulatōi eius cōsense/
rūt ceti iudei ita vt ⁊ barnabas duceret̄
ab eis in illā simulatōez. Sz cū vidissez
q̄ nō recte ambularēt ad veritatē euāge
lij: dixi cephe corā oīb⁹: Si tu cū iudeus
sis. gētiliter viuis ⁊ nō iudaice. qūo gen
tes cogis iudaiçare? Nos natura iudei
et nō ex gētib⁹ pctōres. Scientes aūt q̄
nō iustificat̄ hō ex opib⁹ legis. nisi p fidē
iesu christi. ⁊ nos in christo iesu credim⁹
vt iustificemur ex fide christi ⁊ nō ex opi
bus legis. Propter qd̄ ex opibus legis
nō iustificabit̄ oīs caro. Q si querentes
iustificari in christo. inuenti sum⁹ et ipsi
peccatores nunquid christus peccati mi
nister est? Absit. Si enī que destruxi ite
rū hec reedifico: p̄uaricatōez me ꝯstituo.
Ego enī p legē legi mortu⁹ sū vt deo vi
uam. Christo ꝯfixus sū cruci. Viuo au/
tē iam nō ego: viuit v̄o in me christ⁹. Q
aūt nūc viuo in carne. in fide viuo filij
dei. qui dilexit me ⁊ tradidit seip̄m p me
Nō abijcio grām dei. Si enī p legē iusti
cia: q̄ grat̄ christ⁹ mortu⁹ est. III

O Insensati galathe: q̄s vos fasci/
nauit nō obedire veritati? Aū q̄
rū oculos christ⁹ iesus p̄script⁹
pinā bonor vror cū gaudeo suscepistis
cognoscētes vos habere meliorē et ma
nentē substantiā. Nolite itaq amittere
confidentiā vrām que magnam hēt re
munerationē. Patiētia enī vobis neces
saria est vt volūtatē dei faciētes repor
tis pmissiōez. Adhuc enī modicū aliqn
tulūq q vēturus ē veniet t nō tardabit
iust aūt me ex fide viuit. Q si subtra
xerit se nō placebit aīe mee. Nos aūt nō
sum subtractiōis filij in pditōez sed fi
dei in acquisitionē aīe. XI

Est aūt fides sperādarū subā re
rū argumētū nō apparētiū In
hac enī testimoniū psecuti sunt
senes Fide intelligim aptata eē secu
la verbo dei vt ex inuisibilib visibila fie
rēt Fide plurimā hostiā abel qz cayn ob
tulit deo p quā testimoniū psecut ē es
se iustus testimoniū phibēte muneribz
eius deo et p illā defunct adhuc loquit
Fide enoch trāslatus ē ne videret mor
tē et nō inueniebar qr trāstulit illū dñs
Ante trāslationē enī testimoniū habuit
placuisse deo Sine fide aūt impossibile
est placere deo. Credere enī oportet acce
dentē ad deū qr ē t inquirētib se remu
nerator sit Fide noe respōso accepto de
his que adhuc nō videbant metuēs ap
tauit arcā in salutē dom sue p quā dāna
uit mundū et iusticie q p fidē est hres
est institutus Fide q vocat abraā obedi
uit in locū exire quē acceptur erat in hr
reditatē t exijt nesciens q iret. Fide de
moratus est in terra repromissionis tā
qz in aliena in casulis habitādo cū ysa
ac t iacob coherediby repromissiōis eius
dem. Expectabat enī fundamēta hūtem
ciuitatē cuius artifex t pditor deus Fide
et ipa sara sterilis virtutē in pceptōe se
minis accepit etiā pter tps etatis qm fi
delē credidit esse eum qui repromiserat.
Propter qō t ab vno orti sūt t hoc em
tuo tanqz sidera celi in multitudinē et
sicut arena q ad oram maris innumera
bilis. Juxta fidē defuncti sūt oēs isti nō
acceptis repromissionib sed a lōge eas
aspiciētes et salutantes t pfitētes qr pe
grini et hospites sunt sup terrā. Qui n
hoc dicūt significāt se patriā inquirere.
Et siquidē ipius meminissent de q exie
runt habebāt vtiqz tps reuertēdi Nunc
aūt meliorē appetūt id ē celestē. Jdo nō
pfundit deus vocari deus eor. Parauit
enī illis ciuitatē Fide obtulit abraā ysa
ac cū temptaretur et vnigenitū offere
bat in quo susceperat repromissiones ad
quē dictum est qr in ysaac vocabit tibi se
men arbitrans qr t a mortuis suscitare

A

Geñ i.

Geñ 4.

Geñ 5. Sap. 4. Eccl. 44.

B

i. Machab. 2.

Geñ 6.

Geñ 12. t 13.

Geñ 21.

C

Geñ 22.

potēs est deus. Unde eū et in parabolaz
Geñ.27. accepit // Fide: ⁊ de futuris benedixit ysa/
Geñ.48.⁊.49. ac iacob et esau // Fide: iacob moriēs sin/
gulos filioꝝ ioseph bñdixit: et adorauit
Geñ.50. fastigiū virge ei⁹ // Fide: ioseph moriens
de profectione filioꝝ isrl' memoratus est
Exo.2. et de ossibꝫ suis mādauit // Fide: moyses
natus occultatus est mēsibꝫ tribꝫ a parē
tibꝫ suis eo ꝙ vidissent elegantē infan/
tem: et nō timuerūt regis edictū. Fide
moyses grādis factus negauit se esse fi
liū filie pharaonis: magis eligēs affligi
cū populo dei: q̄ꝫ tp̄alis peccati hr̄e iocu/
ditatē: maiores diuitias estimās thesau
ro egyptioꝝ improperiū christi. Aspicie
bat enī in remunerationē Fide reliquit
D egyptū: nō veritus aīositatē regis Inui
Exo.12. sibilē enim tanq̄ꝫ vidēs sustinuit // Fide:
celebrauit pasca et sanguinis effusionez
ne qui vastabat primitiua tangeret eos
Exo.15. // Fide: transierūt mare rubrū tanq̄ꝫ per
aridā terraz: qd̄ experti egyptij deuorati
Josue.6. sunt // Fide: muri hiericho corruerūt cir/
Josue.2.⁊.6. cūitu dierū septē // Fide: raab meretrix n̄
perijt cū incredulis excipiens exploratores cū pace. Et quid adhuc dicam? De/
ficiet enī me tempus enarrantē: de gede
on. barach. samson. iepte. dauid. samuel
et ꝓphetis: qui ꝑ fidē vicerūt regna. opa
ti sunt iusticiā. adepti sunt repromissio/
nes. Obturauerūt ora leonū. extinxerūt
impetū ignis. Effugauerunt aciem gla
dij conualuerunt de infirmitate: fortes
facti sunt in bello. Castra verterunt exte
Mat.27.f. rorū // acceperūt mulieres de resurrectōe
mortuos suos Alij aūt distenti sūt non
suscipiētes redemptionem: vt meliorez
inuenirēt resurrectionem. Alij vero lu/
dibria ⁊ verbera expti. insup̄ ⁊ vincula et
carceres: lapidati sunt. secti sunt. tēpta/
ti sunt. in occisione gladij mortui sunt
Mat.3.a. // Circūierunt in melotis. ī pellibꝫ capri/
Mar.1.a. nis: egētes: angustiati. afflicti: quibꝫ di/
gnus non erat mūdus. in solitudinibꝫ
errantes. in montibꝫ et speluncis. in ca
uernis terre. Et hi omēs testimonio fi/
dei ꝓbati. nō acceperūt repromissionem
deo ꝓ nobis melius aliq̄d ꝓuidente: vt
nō sine nobis ꝯsūmarent̄. XII A
I Deoq̄ꝫ et nos tantā hñtes im/
positā nubē testiū // deponētes oē Eph.4.c.
pondus et circūstans nos pecca/ Col.3.b.
tū ꝑ patientiā curram⁹ ad ꝓpositū nob̄ i.Pe.2.a.
certamen. aspiciētes in autorē fidei ⁊ cō Hiere.17.
sūmatorē iesum: qui ꝓposito sibi gaudio
sustinuit crucē. confusione contempta
atq̄ꝫ in dextera sedis dei sedet. Recogita
te enī eū qui talē sustinuit a peccatoribꝫ
aduersus semetip̄m contradictionē: vt
ne fatigemī animis vr̄is deficiētes. Nō/
dum enī vsq̄ꝫ ad sanguinē restitistis ad/
uersus peccatum repugnātes. et obliti
estis ꝯsolatōis q̄ vobis tanq̄ꝫ filijs loq̄t̄ Prou.3.
dicēs // Fili mi no li negligere disciplinā
dñi. neq̄ꝫ fatigeris dum ab eo argueris B
Quē enī diligit dñs: castigat. flagellat
aūt oēm filiū quē recipit. In disciplina
ꝑseuerate. Tanq̄ꝫ filijs vobis offert se de
us. Quis enī filius quē nō corripit pa/
ter? Q. si extra disciplinā estis. cuius ꝑ/
ticipes facti sunt oēs ergo adulteri ⁊ nō
filij estis. Deinde patres quidez carnis
nr̄e eruditores habuim⁹ ⁊ reuerebamur
eos. Nō multomagis obtēperabim⁹ pa
tri spirituū ⁊ viuem⁹? Et ille quidez in
tp̄e paucorū dieꝝ s̄m voluntatem suam
erudiebāt nos: hic aūt ad id quod vtile
est in recipiēdo sanctificationē ei⁹. Oīs
aūt disciplina in presenti quidem videt̄
nō esse gaudij: sed meroris. postea autez
fructū pacacissimū exercitatis ꝑ eā red/
det iusticie. Propter qd̄ remissas man⁹ C
et soluta genua erigite ⁊ gressus rectos
facite pedibꝫ vr̄is. vt nō claudicās quis
erret: magis autē sanet̄ // Pacē sequimi/ Ro.12.d.
ni cū omībꝫ ⁊ sanctimoniā: sine q̄ nemo
videbit deū. Cōtēplātes ne q̄s desit gr̄e
dei: ne q̄ radix amaritudīs sursū germi/
nās impediat et ꝑ illā inquinent̄ multi
// Ne q̄s fornicator aut ꝓphanus vt esau Geñ.25.
q̄ ꝓpter vnā escā vendidit p̄mitiua sua.
Scitote enī qm̄ et postea cupiēs heredi
tare bñdictionē reprobatus est // Nō enī Geñ.27.
inuenit penitētie locū: q̄ꝫq̄ꝫ cū lachrymis
inquisisset eā. Non enī accessistis ad tra
ctabilē ⁊ accessibilē ignem ⁊ turbinem ⁊

caliginē ⁊ ꝓcellam ⁊ tube sonū ⁊ vocem
verboꝝ: quaꝫ qui audierūt excusauerunt
se ne eis fieret verbū. Nō enī portabant
qđ dicebat̄: ⁊ si bestia tetigerit montē la
pidabit̄. Et ita terribile erat qđ videba-
tur. Moyses dixit: Exterrit⁹ suꝫ ⁊ treme
būdus. Sꝫ accessistis ad sion montez ⁊
ciuitatē dei viuētis hirl'm celestē ⁊ mul
toꝝ miliū angeloꝝ frequētiaꝫ ⁊ ecclesiaꝫ
primitiuoꝝ q̄ cōscripti sunt in cel': ⁊ iudi
cē oīm deū ⁊ spm̄ iustoꝝ ꝑfectorū ⁊ testa
mēti noui mediatorē iesuꝫ ⁊ sanguinis
aspersionē meli⁹ loquētē q̄ꝫ abel Videte
ne recusetꝫ loquentē: Si enī illi nō effu
gerūt recusantes eū q̄ sup terrā loq̄bat̄
multomagꝫ nos q̄ de cel' loquentez nob
auertim⁹: cui⁹ vox mouit terraꝫ tūc nūc
aūt repromittit dicens: Adhuc semel et
ego mouebo nō solū terrā sꝫ ⁊ celū. Qđ
aūt adhuc semel dicit: declarat mobiliū
translationē tanq̄ꝫ factoꝝ: vt maneāt ea
q̄ sunt immobilia. Itaq̄ꝫ regnū īmobile
suscipiētes habem⁹ grām: ꝑ quā ꝯuiam⁹
placētes deo cū metu ⁊ reuerētia. Eteī
deus nr̄ ignis ꝯsumens est. XIII

Charitas fraternitatis maneat
in vobis. ⁊ hospitalitatez nolite
obliuisci. Per hanc enī placue-
runt quidā angel' hospitio receptis. Me
mentote vinctoꝝ tanq̄ꝫ simul vincti: et
laborantiū tanq̄ꝫ ⁊ ipi in corpe morātes
Honorabile ꝯnubium in oībꝫ: ⁊ thorus
immaculatus. Fornicatores enī ⁊ adul-
teros iudicabit de⁹. Sint mores sine a-
uaricia. cōtenti presentibꝫ. Ipse eī dixit
Nō te deseram neq̄ꝫ derelinquam: ita vt
ꝯfidenter dicam⁹. Dn̄s mihi adiutor ē:
nō timebo q̄d faciat mihi homo. Memē
tote prepositoꝝ vr̄oꝝ q̄ vobis locuti sūt
verbū dei: quoꝝ intuētes exitū ꝯuersati-
onis. imitamini fidē. Iesus christus he-
ri ⁊ hodie: ipse ⁊ in secula. Doctrinis va
rijs ⁊ ꝑegrinis nolite abduci Optimū ē
enī gr̄a stabilire cor: nō escis q̄ nō ꝓfue-
runt ambulantibꝫ in eis. Habem⁹ alta-
re: de quo edere nō hn̄t ptātem q̄ taber-
naculo deseruiūt Quoꝝ enī aīaliū infer
tur sanguis ꝑ peccato in sancta ꝑ ponti-
ficem: hoꝝ corpa cremantur extra castra
Propter qđ ⁊ iesus vt scīficaret ꝑ suuꝫ
sanguinē ꝑpl'm extra portā passus est Ex
eamus igit̄ ad eū extra castra. improperi
um ei⁹ portātes. Nō enī habem⁹ hic ma
nentē ciuitatē: sed futurā inq̄rim⁹. Per
ip̄m g̊ offeram⁹ hostiā laudis sp deo id ē
fructū labioꝝ ꝯfitentiū nomini ei⁹. Bn̄
ficientie aūt ⁊ cōmūionis nolite obliui
sci. Talibꝫ enī hostijs ꝓmeret̄ de⁹. Obedi
te prepositꝫ vr̄is: ⁊ subiacete eis. Ipi enī
ꝑuigilant q̄si rōem ꝑ aīabꝫ vr̄is redditu
ri: vt cū gaudio hoc faciant: ⁊ nō gemen
tes. Hoc enī nō expedit vob. Orate pro
nobis. Cōfidim⁹ enī qꝛ bonā ꝯsciam ha
bem⁹ in oībꝫ bene volētes ꝯuersari. Am-
plius aūt depcor vos hoc facere: quo cele
rius restituar vob. De⁹ aūt pacis q̄ edu
xit de mortuis pastorē magnū ouiū ī san
guine testamēti eterni dn̄m nr̄m iesum
christū. aptet vos in oī bono vt faciatꝫ ei⁹
voluntatē: faciēs in vob qđ placeat corā
se ꝑ iesum christū: cui est gl'ia in secl'a se-
culoꝝ Amē. Rogo aūt vos frēs vt suffe
ratis verbū solacij. Eteni ꝑ paucꝫ scripsi
vob. Cognoscite frēm vr̄m timotheū di
missuꝫ: cū q̄ si celeri⁹ venerit videbo vos
Salutate om̄s prepositos vr̄os: ⁊ om̄s
sanctos. Salutant vos de italia fratres
Gratia cum oībus vobis Amen.

Explicit epistola Pauli ad Hebreos.
Incipit prefatio beati hieronymi p̄sby-
teri in librum Actuum apostolorū.

Canit psalmista: ambulabunt
de virtutibꝫ in v̄tutes. Post
apl'i pauli epl'as dudū vobis
vno volumine translatas dō-
non ⁊ rogatiōe charissimi. actus apl'orū
cōpellitis vt trāsferam ī latinū: quē libꝝ
nulli dubium est a luca antiocheno arte
medico (qui postea inseruiens paulo apo
stolo christi fact⁹ est discipl's) fuisse editū
Ceruices premit imposita sepius onerꝫ
magnitudo: qꝛ studia inuidoꝝ rep̄hensi-
one digna putant ea q̄ scribim⁹. Illorū
nunq̄ꝫ odio ⁊ detractione. iuuante chri-

sto meum silebit eloquium.

Actus apostolorum nudā quidē videntur sonare historiā: ⁊ nascētis ecclesie infantiā texere: sed si nouerimus scriptorē eorū lucam esse medicū. cuius laus est in euangelio: aīaduertimus ꝑiter oīa verba illius anime languentis esse medicinam.

Item alius prologus.

Lucas antiochensis natione syrus cuius laus in euangelio canit: apud antiochiā medicine artis egregius: ⁊ apl'orum christi discipulus fuit: postea vsq; ad cōfessionē paulū secutus apl'm. sine crimine in virginitate ꝑmanēs. deo maluit seruire. Qui septuagīta ⁊ q̄ttuor ānos etatis agens in bithynia obijt plenus spūsctō: q̄ instigante in achaie ꝑtibus euāgeliuz scribens grecz fidelibus incarnationez dñi fideli narratōe oñdit: eundēq; ex stirpe dauid descendisse monstrauit. Cui nō immerito scribendorum actuū apl'icoruz ptās in ministerio dat: vt deo in deū pleno. et filio ꝑditiōis extincto. oratione ab apl'is facta. sorte dñice electiōis numerus cōpleretur. Sicq; paulus ꝯsummationē apostolicis actibus daret: quē diu ꝯ stimuluz calcitrantē dñs elegisset. Qd legentibus ⁊ req̄rentibus deū breui potius volui oñdere sermone: q̄ꝫ ꝓlixius aliq̄d fastidiētibus ꝓdidisse: sciens q̄ opantē agricolā oporteat primū de suis fructibus edere Quē ita diuina subsecuta est gr̄a vt nō soluz corpibus. sed etiā aīabus eius ꝓficeret medicina.

Incipit liber actuum apl'orum beati Luce euangeliste. Capl'm I

A i. Esdre. 7. Mat. 5. c. Ja. i. d. Ro. 2. c.

Primū quidem sermonē feci de oībus o theophile q̄ cepit iesus facere ⁊ docere vsq; in diē q̄ precipiens apl'is ꝑ spiritū sanctū q̄s elegit assumptus est. Quibus et ꝑbuit seipm viuū post passionē suam in multis argumētis. ꝑ dies q̄dragīta apparens eis: ⁊ loquēs de regno dei. Et cōuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent. sed expectarēt ꝓmissionē patris quā audistis inquit ꝑ os meū / q̄r iohannes quidē baptiçauit aqua: vos aūt baptiçabimini spūsancto nō post mltos hos dies. Igit qui cōuenerant interrogabāt euz dicentes. Dñe si in tpe hoc restitues regnū israel? Dixit aūt eis: Non est vr̄m nosse tempora vel momēta que pater posuit in sua ptāte: sed accipietis virtutē supuenientis spūssancti in vos: / ⁊ eritis mihi testes in hierusalē ⁊ ī omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsq; ad vltimū terre. Et cū hec dixisset / videntibus illis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eū ab oculis eorū. Cunq; intuerent in celū euntez illum / ecce duo viri astiterūt iuxta illos ī vestibus albis: qui ⁊ dixerunt: Viri galilei quid statis aspiciētes in celū? Hic iesus qui assumptus est a vob in celū: sic veniet quēadmodū vidistis eum euntē in celū Tunc reuersi sunt hierosolymā a mōte qui vocatur oliueti qui est iuxta hierusalem sabbati hñs iter / Et cū introissent in cenaculū ascenderūt vbi manebat petrus ⁊ iohannes ⁊ iacobus ⁊ andreas philippus ⁊ thomas bartholomeus ⁊ matthaeus: iacob alphei ⁊ simon çelotes ⁊ iudas iacobi / Hi oēs erant ꝑseuerātes vnanimiter in oratione cū mulieribus ⁊ maria matre iesu ⁊ fratribus eius. In diebus illis exurgens petrus in medio fratruz dixit Erat aūt turba hoīm simul sere centuz viginti. Viri frēs: oportet impleri scripturā quā predixit spūsscūs: ꝑ os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui cōprehenderunt iesum qui cōnumeratus erat in nobis: ⁊ sortitus est sortem ministerij huius Et hic quidē possedit agruz de mercede iniquitatz: ⁊ suspensus crepuit medius: ⁊ diffusa sunt oīa viscera eius. Et notū factum est oībus habitantibus hierusalem ita vt appellaret ager ille lingua eorum acheldemach. h̄ ē ager sanguinis. Scriptum est enī in libro psalmorum / Fiat cō-

ī. ii. b. et. 19. a

Luc. 24. g. ī. 12. c. ⁊ 10. d. Mr. 16. g. Apoc. 11. c.

Jo. 20. c.

Mat. 10. a Mar. 3. d. Luce. 6. c.

Judith. 5.

C

D Ps. 108.

moratio eorum deserta: et non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus iesus incipiens a baptismate iohannis. vsque in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: ioseph qui vocabatur barsabas. qui cognominatus est iustus: et matthiam. Et orantes dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius et apostolatus: de quo preuaricatus est iudas vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors super matthiam: et annumeratus est cum vndecim apostolis. II

Et dum complerentur dies pentecostes erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus. tanquam aduenientis spiritus vehementis et repleuit totam domum vbi erant sedentes Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis. seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui varijs linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Parthi et medi et elamite. et qui habitant mesopotamiam. iudeam et cappadociam. pontum et asiam. phrygiam et pamphiliam. egyptum et partes libye. que est circa cirenen. et aduene romani. iudei quoque et proseliti chretes et arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem omnes: et mirabantur adinuicem dicentes. Quid nam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant: quia musto pleni sunt isti Stans autem petrus cum vndecim eleuauit vocem suam: et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit: et auribus percipite verba mea Non enim sicut vos estimatis hi ebrij sunt cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri et filie vestre: et iuuenes vestri visiones videbunt et seniores vestri somnia somniabunt: Et quidem super seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt: et dabo prodigia in celo sursum. et signa in terra deorsum: sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem: antequam veniet dies domini magnus et manifestus Et erit omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. Viri israelite. audite verba hec. Iesum nazarenum virum approbatum a deo in vobis virtutibus et prodigijs et signis que fecit deus per illum in medio vestri sicut scitis. hunc definito concilio et prescientia dei traditum per manus iniquorum. affigentes interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatum est cor meum et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non dereliques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocunditate cum facie tua Viri fratres: liceat audenter dicere ad vos de patriarcha dauid quoniam defunctus est. et sepultus est. et sepulcrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset et sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prouidens locutus est de resurrectione christi: quia neque derelictus est in inferno. neque caro eius vidit corruptionem. Hunc iesum resuscitauit deus cuius omnes nos testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus. et promissione spiritus sancti accepta a patre. effudit hoc donum quod vos videtis et auditis Non enim dauid ascendit in celos. Dicit autem ipse. Dixit dominus domino meo: sede a dextris

Iohel. 2. Esa. 44. Iohel. 2. et 3. Mat. 10. e. et 24 b. Iohel. 2. Ro. 10. c. j. 5. d. j. 10. d. C ps. 15. s. i. a. j. 10. d. ps. 109.

meis. Donec ponam inimicos tuos sca
bellū pedū tuoꝝ. Certissime sciat ḡ om̄is
domus isrl̄: qꝛ ⁊ dn̄m eū ⁊ christū fecit de
D us hūc iesum quē vos crucifixistis. His
aūt auditis cōpuncti sunt corde. et dixe/
runt ad petruꝫ ⁊ ad reliq̄s apl̄os: Quid
Mt.4.e. Mar. faciem⁹ viri frēs// Petrus aūt ad illos:
i.c. Luce.13.a. penitentiā inquit agite. ⁊ baptiçet̄ vnus
Apoc.2.d. quisq̄ vr̄m in noīe iesu christi in remis
sionē pctōꝝ vr̄oꝝ: ⁊ accipietis donū spūs
sancti. Vobis enī est repromissio ⁊ filijs
vestris: ⁊ oībus q̄ longe sunt q̄scunq̄ ad
uocauerit dn̄s de⁹ nr̄. Alijs etiaꝫ verbis
plurimis testificat⁹ est: ⁊ exhortabat̄ eos
dicēs: Saluamini a generatiōe ista pra
ua. Qui ḡ receperūt sermonē ei⁹ bapti/
çati sunt: ⁊ apposite sunt in die illa anīe
circiter tria milia. Erant aūt ꝑseuerātes
in doctrina apl̄oꝝ ⁊ cōicatiōe fractionis
panis ⁊ orōib⁹. Fiebat aūt oī anīe timor
Multa quoq̄ ꝓdigia ⁊ signa ꝑ apl̄os in
hierusalē fiebant: ⁊ met⁹ erat magn⁹ in
j.4.d. vniuersis// Oēs etiā qui credebāt erant
pariter: ⁊ habebāt oīa cōmunia. Posses
siones ⁊ substātias vendebant: ⁊ diuide
bant illa oīb⁹ ꝓut cuiq̄ op⁹ erat. Quoti
die quoq̄ ꝑdurātes vnanimiter ī tēplo
⁊ frangētes circa domos panē sumebāt
cibū cū exultatiōe ⁊ simplicitate cordis:
collaudātes deū et hn̄tes grām ad oēm
plebem. Dn̄s autē augebat qui salui fie
bant quotidie in idipsum. III
A Petrus aūt ⁊ iohānes ascēdebāt
in templū: ad horā orōis nonaꝫ
j.14.b. // Et quidā vir qui erat claudus
ex vtero mr̄is sue baiulabat̄ quem pone
bant q̄tidie ad portā templi q̄ dicit̄ speci/
osa: vt peteret elemosynā ab introeunti
bus in templū. Is cū vidisset petrū ⁊ io
hannē incipiētes introire in templū ro
gabat vt elemosynam accipet. Intuens
aūt in eū petr⁹ cū iohāne dixit: Respice
in nos. At ille intendebat ī eos: sperans
se aliq̄d accepturū ab eis. Petrus autē
dixit: Argentū ⁊ auꝝ nō est mihi: q̄d au
j.9.d. tē habeo hoc tibi do// In noīe iesu christi
naçareni surge ⁊ ambula. Et apprehēsa
manu eius dextera alleuauit eū: ⁊ proti/
nus cōsolidate sunt bases ei⁹ et plante.
Et exiliens stetit ⁊ ambulabat: ⁊ ītrauit
cū illis in templū: ambulans ⁊ exiliēs ⁊
laudans deū. Et vidit oīs ꝑpl̄s eū ambu
lantez ⁊ laudantē deū. Cognoscebāt au/
tem illū. ꝙ ipse erat qui ad elemosynam
sedebat ad speciosaꝫ portā templi. Et im
pleti sunt stupore. ⁊ extasi: in eo q̄d conti
gerat illi. Cū tenerent aūt petrū ⁊ iohā
nem: Cucurrit oīs ꝑpl̄s ad eos ad porti
cū que appellat̄ salomōis stupentes. Vi
dens aūt petr⁹ rn̄dit ad populum: Viri
israelite q̄d miramini in hoc. aut nos q̄d
intuemini: q̄si nr̄a virtute aut ptāte fe/
cerimus hūc ambulare? Deus abraam
⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob: deus patꝝ no/
strorū glororificauit filiū suū iesuꝫ: quez
vos quidē tradidistis ⁊ negastis añ faci/
em pilati iudicāte illo dimitti// Vos au
tem sanctū ⁊ iustū negastis: ⁊ petistis vi
rū homicidam donari vobis: autorez ve/
ro vite interfecistis. Quez deus suscita/
uit a mortuis: cui⁹ nos testes sum⁹. ⁊ in
fide noīs eius hūc quē vos videtis ⁊ no
stis ꝯfirmauit nomē eius: ⁊ fides q̄ ꝑ eū
est dedit integram sanitatē istā in cōspe/
ctu oīm vr̄m. Et nūc fratres scio quia ꝑ
ignorantiā fecistis: sicut et principes vr̄i
Deus aūt qui prenūciauit ꝑ os oīm ꝓ/
phetaꝝ pati christuꝫ suum: sic impleuit.
// Penitemini igit̄ ⁊ cōuertimini vt dele
ant̄ peccata vr̄a. vt cū venerint tpa refri/
gerij a ꝯspectu dn̄i ⁊ miserit eū qui p̄di/
catus est vob̄ iesum christū: quē oportet
quidē celū suscipe vsq̄ in tpa restitutio
nis oīm que locut⁹ est de⁹ ꝑ os scōꝝ suo
rū a seculo ꝓphetaꝝ. Moyses quidez di/
xit// Quoniā ꝓphetaꝫ suscitabit vob̄ dn̄s
deus vr̄ de fratrib⁹ vr̄is: tanq̄ meipsum
audietꝫ iuxta oīa q̄cūq̄ locut⁹ fuerit vo
bis. Erit aūt oīs aīa q̄ n̄ audierit ꝓphetā
illū exterminabit̄ de plebe. Et oēs ꝓphe/
te a samuel ⁊ deinceps: qui locuti sūt an
nunciauerunt dies istos. Vos estis filij
ꝓphetaꝝ ⁊ testamēti: q̄d disposuit de⁹ ad
patres vestros dicens ab abraam// Et in
semine tuo bn̄dicent̄ om̄s familie terre
Vobis primū deus suscitās filiū suum

B
C
Mat.27.b. Mar.15.b. Luc.23.c. Joh.18.g.
D
Ecc.17. Ezech.18. Mat.4.e. Mr.1.c. Luc.13.a. Apoc.2.d.
Deut.18.
Gen.12.

misit eum bñdicentē vobis: vt ꝯuertat se vnusquisq; a nequicia sua. IIII

A Loquentib; aūt illis ad populū supuenerūt sacerdotes ⁊ magistratus templi ⁊ saducei: dolētes ꝙ docerēt ppl'm ⁊ annūciarēt in iesuz resurrectionē ex mortuis. ⁊ iniecerunt in eos manus: ⁊ posuerūt eos in custodiaz in crastinū. Erat autē iam vespa. Multi autē eorū qui audierāt verbuz crediderūt ⁊ fact⁹ est numerus eoꝝ quiq; milia. Factum est aūt in crastinū vt ꝯgregarētur principes eoꝝ ⁊ seniores et scribe in hierusalem: ⁊ annas princeps sacerdotum ⁊ cayphas ⁊ iohānes. ⁊ alexāder. ⁊ quot quot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos ī medio interrogabāt: In qua vtute aut in q̄ noīe fecistis hoc vos? Tūc replet⁹ spūscō petrus. dixit ad eos. Principes ppl'i ⁊ seniores isrl' audite: si nos hodie diiudicamur in bñfacto hoīs infirmi in q̄ iste saluus fact⁹ est. notū sit oībus vob ⁊ oī plebi isrl' qꝛ in noīe domini nr̄i iesu christi naçareni quē vos crucifixistis quē deus suscitauit a mortuis. in hoc ipe astat corā vob san⁹ // Hic ē lapis qui reprobat⁹ est a vob edificantib; qui factus est in caput anguli: ⁊ nō est ī alio aliq̄ salus. Nec enī aliud nomen est sub celo datū hoībus in q̄ oporteat nos saluos fieri. Vidētes aūt petri ꝯstantiam ⁊ iohānis: cōperto ꝙ hoīes essent sine litteris ⁊ idiote āmirabant. ⁊ ꝯgnoscebant eos: qm̄ cū iesu fuerāt. Hoīem quoq; videntes stantē cū eis qui curatus fuerat nihil poterāt ꝯtradicere. Jusserūt autez eos foras extra ꝯciliū secedere: ⁊ cōferebant ad inuicē dicētes: Quid faciemus hoīb; istis? Qm̄ quidē notū signū factū est ꝑ eos oīb; habitantib; hirl'm. Manifestū ē: ⁊ nō possum⁹ negare. Sz ne amplius diuulget in ppl'm: cōminemur eis ne vltra loquant in noīe hoc vlli hoīum Et vocātes eos: denūciauerunt ne oīno loq̄rent neq; docerent in noīe iesu // Petrus vero ⁊ iohannes rñdentes dixerūt ad eos. Si iustuz est in cōspectu dei vos potius audire q̄z deū. iudicate. Nō enim possumus q̄ vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ non loqui. At illi comminātes dimiserūt eos: nō inueniētes quō punirēt eos ꝓpter populū qꝛ oēs clarificabant id qd̄ factū fuerat in eo qd̄ acciderat. Annorū enī erat ampli⁹ q̄draginta homo in q̄ factuz fuerat signū istud sanitat⁹. Dimissi autē venerūt ad suos. ⁊ annūciauerūt eis q̄nta ad eos principes sacerdotum ⁊ seniores dixissent. Qui cū audissent: vnanimiter leuauerūt vocē ad deū ⁊ dixerūt. Domine tu q̄ fecisti celū ⁊ terrā mare ⁊ oīa q̄ ī eis sunt: qui spūscō ꝑ os pr̄is nr̄i dauid pueri tui dixisti // Quare fremuerūt gentes: ⁊ ppl'i meditati sunt inania. Astiterūt reges terre ⁊ principes ꝯuenerūt ī vnuz adūsus dñm ⁊ adūsus christū eius. Cōuenerunt enī vere in ciuitate ista aduersus scm̄ puerū tuū iesum quē vnxisti: herodes ⁊ ponti⁹ pilatus cū gentib; et populis isrl': facere q̄ man⁹ tua ⁊ ꝯsiliū tuū decreuerūt fieri Et nūc dñe respice ī minas eoꝝ: ⁊ da seruis tuis cū oī fiducia loqui verbū tuū in eo ꝙ manū tuā extendas ad sanitates ⁊ signa ⁊ ꝓdigia fieri ꝑ nomē sancti filij tui iesu. Et cū orassent motus est loc⁹ in quo erāt ꝯgregati // Et repleti sunt oēs spūscō: ⁊ loq̄bant verbū dei cū fiducia // Multitudinis aūt credētium erat cor vnū et aīa vna: nec quisq̄z eoꝝ que possidebat aliq̄d suū eē dicebat: // sed erant illis oīa cōmūia. Et virtute magna reddebāt apl'i testimoniū resurrectiōis iesu christi dñi nr̄i: ⁊ gratia magna erat in oīb; illis. Neq; enī q̄sq̄z egēs erat inter illos. Quotq̄t enī possessores agrorū aut domoꝝ erant // vendētes afferebant p̄cia eoꝝ q̄ vendebāt. ⁊ ponebant ante pedes apl'oꝝ // Diuidebat aūt singulis ꝓut cuiq; opus erat // Joseph autē q̄ cognominat⁹ est barsabas ab apostolis. qd̄ est interp̄tatum fili⁹ ꝯsolatiōis. leuites. cyprius genere cū haberet agrū vendidit eum: ⁊ attulit p̄ciū ⁊ posuit ante pedes apostolorū. V

B Vir autē quidā noīe ananias cū saphyra vxore sua vendidit agꝝ ⁊ fraudauit de precio agri conscia vxore

ps. 2.

D s. 2. a. ⁊ j. 19. a

Hiere. 32. Ezech. 6. i. Me 3. b. Esa. 7. Amos 5. ps. 95. Prou. 17. Ro. 12. d. s. 2. d.

Deut. 15.

Tobie. i. s. i. a.

A

sua: ⁊ afferens ꝑtem quādam: ad pedes
apl'orum posuit. Dixit autē petr⁹ ad ana
niam: Anania cur temptauit sathanas
cor tuū mentiri te spiritui sancto: ⁊ frau
dare de precio agri? Nōne manens tibi
manebat: ⁊ venundatum in tua erat po
testate? Quare posuisti in corde tuo hāc
rem? Nō es mētitus hoīb⁹ sed deo. Au
diens autē ananias hec verba: cecidit et
expirauit. Et factus est timor magn⁹ su
per om̄es qui audierūt. Surgētes autē
iuuenes amouerūt eum: ⁊ efferētes se
pelierūt. Factū est autē quasi horaꝝ triū
spaciū: ⁊ vxor ip̄ius nesciens qd̄ factum
fuerat introiuit. Dixit autem ei petrus
Dic mihi mulier: si tanti agrū vendidi
stis? At illa dixit: Etiā tanti. Petr⁹ autē
ad eam. Quid vtiq; ꝯuenit vobis tem
ptare spm̄ dn̄i? Ecce pedes eoꝝ qui sepe
lierūt virū tuū ad hostiuz: ⁊ efferent te.
B Confestim cecidit ante pedes ei⁹: ⁊ expi
rauit. Intrātes aūt iuuenes inuenerūt
illā mortuā ⁊ extulerūt ⁊ sepelierūt ad vi
rū suū. Et fact⁹ est timor magn⁹ in vni
uersa eccl'ia ⁊ in oēs q̄ audierūt hec. Per
man⁹ autē apl'oꝝ fiebant signa ⁊ ꝓdigia
multa in plebe. Et erāt vnanimiter oēs
in porticu salomonis. Ceteroꝝ autē nēo
audebat se ꝯiungere illis: sed magnifica
bat eos ppl's. Magis autez augebat̄ cre
dentiū in dn̄o multitudo viroꝝ ac mu
lierū: ita vt in plateas eijcerēt infirmos
⁊ ponerēt in lectulis ac grabat̄; vt veniē
te petro saltē vmbra illi⁹ obūbraret quē
q̄ illoꝝ ⁊ liberarent̄ oēs ab infirmitatib⁹
suis. Cōcurrebat aūt ⁊ multitudo vici
naꝝ ciuitatū hirl'm. afferētes egros ⁊ ve
xatos a spiritib⁹ immūdis: q̄ curabātur
oēs. Exurgens autē prīceps sacerdotuz
⁊ oēs qui cū illo erāt q̄ est heresis saduce
orū repleti sunt ꝛelo: ⁊ iniecerūt manus
in apl'os ⁊ posuerūt eos in custodia pub
j.12.a. lica // Angl's autē dn̄i ꝑ noctez apiens ia
nuas carceris ⁊ educens eos dixit. Ite:
⁊ stantes loq̄mini in tēplo plebi oīa ver
ba vite hui⁹. Qui cū audissent intraue
runt diluculo in tēplum: ⁊ docebāt. Ad
ueniens autē princeps sacerdotū et qui
cum eo erāt. cōuocauerūt ꝯciliuz. et oēs
seniores filioꝝ isrl' ⁊ miserūt ad carcerez C
vt adducerent̄. Cum autē venissent mi
nistri ⁊ apto carcere nō inuenissent illos
reuersi nunciauerūt dicētes // Carcerez j.12.a.⁊.16.c.
q̄dem inuenim⁹ clausum cū oī diligen
tia: ⁊ custodes stātes añ ianuas: apiētes
autē neminē intus inuenim⁹. Ut autez
audierūt hos s̄mones magistrat⁹ tēpli ⁊
principes sacerdotū: ambigebāt de illis
q̄d nā fieret. Aduenīēs autē quidā nūci
auit eis: qꝛ ecce viri q̄s posuistis in carce
rem sunt in tēplo stātes: ⁊ docētes ppl'm
Tunc abijt magistrat⁹ cuz mīstris ⁊ ad
duxit illos sine vi. Timebant enī ppl'm
ne lapidarent̄. Et cuz adduxissent illos
statuerūt in ꝯcilio. Et interrogauit eos Mar.7.c.
princeps sacerdotū dicēs // Precipiēdo
p̄cepim⁹ vob̄ ne doceret̄ in noīe isto. ⁊ ec
ce replestis hirl'm doctrina vr̄a: ⁊ vultis
inducere sup̄ nos sanguinez hoīs istius s.4.b.
// Rn̄dens autē petr⁹ ⁊ apl'i dixerūt: Obe
dire oportet deo mag̃ q̄ hoīb⁹: de⁹ patrū
vr̄oꝝ suscitauit iesum: quē vos interemi
stis suspendētes in ligno. Hūc principez
⁊ saluatorē deus exaltauit dextera sua ad
dandā pn̄iaz israel ⁊ remissionē pctōꝝ: ⁊
nos sum⁹ testes hoꝝ v̄boꝝ ⁊ spūsscūs quē
dedit de⁹ oībus obediētib⁹ sibi. Hec cuz D
audissent dissecabant̄ ⁊ cogitabāt inter j.22.a.
ficere illos // Surgens aūt quidā in con
cilio phariseus nomīe gamaliel legisdo
ctor honorabilis vniu̇se plebi iussit foras
ad breue homīes fieri. Dixitq; ad illos. s.2.b.
// Viri israelite: attēdite vobis sup̄ hoīb⁹
istis: quid acturi sitis. Ante hos enī dies
extitit theodas dicens se esse aliquē: cui
cōsensit numerus viroꝝ circiter q̄drin
gentoꝝ: q̄ occisus est ⁊ oēs qui credebāt
ei dissipati sūt: ⁊ redacti ad nihilū. Post
hunc extitit iudas galile⁹ in dieb⁹ profes
sionis: ⁊ auertit ppl'm post se. Et ipse pe
rijt: ⁊ oēs quotq̄t ꝯsenserūt ei dispsi sūt
Et nunc itaq; dico vob̄: discedite ab hoī
bus istis: ⁊ sinite illos. Quoniā si est ex
hoībus cōciliū hoc aut opus. dissoluetur
si vero ex deo est nō poteritis dissoluere
ne forte ⁊ deo repugnare videami. Con

senserunt autē illi: ⁊ ꝯuocātes apl'os ce-
sis denūciauerūt ne oīno loq̄rent̄ in no
mine iesu: ⁊ dimiserūt eos. Et illi quidē
ibant gaudētes a cōspectu cōcilij: qm̄ di-
gni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliam
pati. Omni autem die nō cessabant in
templo ⁊ circa domos docētes: ⁊ euange
licantes christum iesum. VI

In diebꝫ autē illis crescente nu-
mero discipuloꝝ: factū est mur
mur grecoꝝ adūsus hebreos eo
ꝙ despicerent̄ in ministerio q̄tidiano vi
due eoꝝ. Cōuocantes aūt duodecī mul
titudinē discipuloꝝ dixerūt: Nō ē equū
nos derelinq̄re verbū dei: ⁊ mīstrare mē
sis. Cōsiderate g̃ frēs viros ex vob̄ boni
testimonij septem plenos spūscō ⁊ sapi
entia: quos ꝯstituam⁹ sup̄ hoc op⁹. Nos
vero orōni ⁊ mīsterio verbi instātes eri-
mus. Et placuit sermo corā oī multitu
dine. Et elegerūt stephanū virū pleuū
fide ⁊ spūscō: ⁊ philippū ⁊ prochoꝝ ⁊ nica
norem ⁊ thimonē ⁊ parmenā ⁊ nicolaū
aduenā anthiocenū. Hos statuerūt an
te ꝯspectū apl'orū ⁊ orātes imposuerunt
eis man⁹. Et verbū dn̄i crescebat: ⁊ mul
tiplicabat̄ nūer⁹ discipl'oꝝ ī hirl'm valde
Mlta ec̄ turba sac̄dotū obediebat fidei.
Stephanus autē plenus gr̄a ⁊ fortitu
dine faciebat prodigia ⁊ signa magna in
populo. Surrexerūt autē quidam de sy
nagoga que appellat̄ libertinoꝝ ⁊ cyrenē
sium ⁊ alexandrinorum. ⁊ eorū qui erāt
a cilicia ⁊ asia disputātes cū stephano: ⁊
nō poterant resistere sapiētie ⁊ spiritui q̄
loq̄batur: ꝓpter qd̄ redarguerent̄ ab eo
cum oī fiducia. Tūc summiserūt viros
qui dicerēt se audiuisse eū dicētem ꝟba
blasfemie in moysen ⁊ deū. Cōmouerūt
itaq̄ plebem ⁊ seniores ⁊ scribas ⁊ ꝯcur-
rentes rapuerūt eum ⁊ adduxerūt in cō
ciliuz: ⁊ statuerūt falsos testes q̄ dicerēt.
Homo iste non cessat loq̄ verba adūsus
locū scm̄ ⁊ legē. Audiuim⁹ enī eū dicētē
qm̄ iesus naçaren⁹ hic destruet locū istū
⁊ mutabit traditiōes: q̄s tradidit nobis
moyses. Et intuētes eū oēs q̄ sedebant
in ꝯcilio viderūt faciē eius tanq̄ faciem
angeli. Dixit autē princeps sacerdotū: si
hec ita se haberent? Qui ait. VII

Viri frēs ⁊ p̄res audite. De⁹ glo
rie apparuit p̄ri nr̄o abrae cuz es
set in mesopotamia priusq̄ mo-
raret̄ in carran. ⁊ dixit ad illū: Exi de ter
ra tua ⁊ de cognatiōe tua: ⁊ veni in terrā
quā monstrauero tibi. Tunc exijt de t̄ra
chaldeoꝝ: ⁊ habitauit in carran. Et inde
postq̄ mortu⁹ est p̄r eius trāstulit illum
in terrā istā: in qua nunc vos habitatis
Et nō dedit illi hereditatē in ea nec pas-
sum pedis: sed repromisit dare illi eam
in possessionē ⁊ semini ei⁹ post ip̄m cum
nō h̄ret filiū. Locutus est aūt ei deus: q̄r
erit semē eius accola ī terra aliena: ⁊ ser-
uituti eos subijcient ⁊ male tractabunt
eos annis q̄dringētis: ⁊ gentē cui serui-
erint iudicabo ego dicit dn̄s. Et post hec
exibūt: ⁊ seruiēt mihi in loco isto. Et de-
dit illi testamentū circūcisionis. ⁊ sic ge
nuit ysaac: ⁊ circūcidit eum die octauo ⁊
ysaac iacob: et iacob duodecim patriar-
chas. Et patriarche emulantes ioseph Gen̄. 37.
vendiderūt in egyptū: ⁊ erat de⁹ cum eo.
Et eripuit eū ex oībꝫ tribulatiōibꝫ eius:
⁊ dedit ei gr̄am ⁊ sapiētiam in conspectu
pharaonis reg̃ egyptioꝝ: ⁊ ꝯstituit eū p̄
positum sup̄ egyptū ⁊ sup̄ oēm domum
suā. Venit autē fames in vniūsam egy-
ptum ⁊ chanaan ⁊ tribulatio magna: et
nō inueniebāt cibos p̄res nr̄i. Cū audis Gen̄. 42.
set autē iacob esse frumentuz in egypto
misit p̄res nr̄os primū. ⁊ in secundo co- Gen̄. 45.
gnitus est ioseph a fratribꝫ suis. ⁊ mani
festatū est pharaoni gen⁹ eius. Mittens
aūt ioseph accersiuit iacob p̄rem suuz et
oēm cognationē suā in aīabꝫ septuagin-
taquinq̄. Et descēdit iacob in egyptū ⁊ Gen̄. 49.
defunctus est ip̄e ⁊ p̄res nr̄i. Et trāslati
sunt in sichem: et positi sunt in sepulcro
qd̄ emit abraaz p̄cio argēti a filijs emor
filij sichem. Cū autē appropinq̄ret tp̄us
ꝓmissiōis quā ꝯfessus erat de⁹ abrae cre
uit populus ⁊ multiplicat⁹ est in egypto
quoadusq̄ surrexit alius rex in egypto
qui nō sciebat ioseph. Hic circūueniēs
genus nr̄m afflixit patres nr̄os. vt expo-

nerent infantes suos ne viuificarentur
Eodem tpe natus est moyses: ⁊ fuit gra
tus deo qui nutrit⁹ est trib⁹ mensib⁹ in
domo patris sui. Exposito aūt illo sustu
lit eum filia pharaonis: ⁊ nutriuit eum
sibi in filiū. Et erudit⁹ est moyses omni
sapientia egyptioꝝ: ⁊ erat potens in ver/
bis ⁊ in opibus suis. Cū autē impleret
ei quadraginta annoꝝ tps: ascēdit ī cor
eius vt visitaret fratres suos filios isrl
Et cū vidisset quendā iniuriā patientē
vindicauit illū: ⁊ fecit vltionē ei q̄ iniu/
riaz sustinebat ꝑcusso egyptio. Existima
bat autē intelligere fratres: qm̄ deus per
manū ipsius daret salutem illis. At illi
nō intellexerūt. Sequēti vero die appa/
ruit illis litigantib⁹ ⁊ recōciliabat eos in
pace dicens: Viri frēs estis. Vt q̄d noce
tis alterutrū? Qui aūt iniuriā faciebat
Luce.12.b. ꝓximo: repulit eū dicēs // Quis te consti
Exo.2. tuit pricipem ⁊ iudicē sup nos? Nūquid
interficere me tu vis: quēadmodum in
terfecisti heri egyptiū? Fugit autē moy/
ses in verbo isto: ⁊ fact⁹ est aduena in ter
ra madian: vbi generauit filios duos.
Et expletis ānis q̄draginta: apparuit il/
li in deserto montis sina angl'us in igne
flamme rubi. Moyses aūt videus āmi/
ratus est visum. Et accedēte illo vt cōsi
deraret. facta est ad eum vox dñi dicens
Ego sum de⁹ patruz tuoꝝ. de⁹ abraaz. de⁹
ysaac. ⁊ deus iacob. Tremefact⁹ autem
moyses: nō andebat ꝯsiderare. Dixit au
Exo.3. Josue 5 tē illi deus // Solue calciamēta pedū tu/
orū: locus enī in quo stas terra sancta ē.
Videns vidi afflictionē ꝑpl'i mei qui est
in egypto: ⁊ gemitū eoꝝ audiui ⁊ descen
C di liberare eos. Et nūc veni ⁊ mittam te
in egyptū. Hunc moysen quē negauerūt
dicētes quis te ꝯstituit principez ⁊ iudi/
cem: hūc deus principem ⁊ redemptorē
misit cū manu angeli q̄ apparuit illi ī ru
bo. Hic eduxit illos faciens ꝓdigia ⁊ si/
gna in terra egypti ⁊ in rubro mari: ⁊ in
deserto annis q̄dragīta. Hic est moyses
Deut.18. qui dixit filijs isrl // Prophetā suscitabit
vobis deus de fratribus vr̄is: tanq̄z me/
ipsum audietis. Hic est qui fuit in eccle
sia in solitudine cum angelo qui loq̄ba/
tur ei in monte sina ⁊ cū patribus vr̄is
qui accepit verba vite dare vobis. Cui
noluerūt obedire patres vestri: sed repu
lerūt ⁊ auersi sunt cordibus suis in egy/
ptum: dicētes ad aaron. Fac nobis deos
qui p̄cedant nos // Moysi enī huic qui e/ Exo.32.
duxit nos de terra egypti: nescimus q̄d
factum sit ei. Et vitulum fecerūt in die
bus illis: ⁊ obtulerūt hostiaz simulacro:
⁊ letabātur in opibus manuum suaruz
Cōuertit autem deus: ⁊ tradidit eos ser
uire militie celi: sicut scriptum est in li/
bro ꝓphetarū. Nūquid victimas aut ho/
stias obtulistis mihi annis q̄draginta ī
deserto domus israel? Et suscepistis ta/
bernaculū moloch ⁊ sidus dei vr̄i rem/
pham. figuras q̄s fecistis adorare eas: et
transferam vos trans babylonē // Taber Exo.25.
naculū testimonij fuit cū patrib⁹ vestris
in deserto sicut disposuit illis de⁹ loquēs
ad moysen: vt faceret illud s̄m formam
quā viderat. Qd̄ ⁊ induxerūt suscipien/
tes p̄res vestri cū iesu in possessionē gen
tium: q̄s expulit de⁹ a facie patrū vr̄oruz
vsq̄z in dieb⁹ dauid. Qui inuenit gratiā
ante deū: ⁊ petijt vt inueniret tabernacu
lum deo iacob. Salomon autē edifica/
uit illi domū. Sed nō excelsus in manu
factis habitat: sicut ꝑ ꝓphetaz dicit // Ce/ Esa.66.
lum mihi sedes est: terra autē scabelluz
pedum meoꝝ. Quaz domū edificabitis
mihi dicit dñs: aut quis locus requieti
onis mee est? Nōne man⁹ mea fecit hec
omnia? Dura ceruice ⁊ incircūcisi cordi
bus ⁊ aurib⁹. vos semꝑ spirituiscō resti/
tistis: sicut p̄res vr̄i ita ⁊ vos. Quē pro/
phetarū nō sunt ꝑsecuti p̄res vestri? Et
occiderūt eos qui p̄nūciabant de aduen
tu iusti: cui⁹ vos nunc ꝓditores ⁊ homi/
cide fuistis: qui accepistis legē in disposi
tione angeloꝝ ⁊ nō custodistis // Audien E.6.D.
tes aūt hec dissecabantur cordib⁹ suis: ⁊
stridebant dentib⁹ in eū. Cū autez esset
plenus spiritusancto. intēdens in celuz
vidit gloriā dei // ⁊ iesum stantē a dextris Mar.16.6.
virtutis dei. Et ait: Ecce video celos a/
pertos ⁊ filiū hoīs stantē a dextr⁹ virtut⁹

dei. Exclamãtes autẽ voce magna continuerũt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter in eũ. Et eiscientes eum extra ciuitatem lapidabãt: & testes deposuerũt vestimẽta sua secus pedes adolescẽtis: qui vocabat saulus. Et lapidabãt stephanũ inuocãtem & dicẽtem: Dñe ihesu suscipe spiritũ meũ. Positis autẽ genubus: clamauit voce magna dicens: Domine: ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixisset obdormiuit in dño

VIII

Saulus aũt erat cõsentiens neci eius. Facta est aũt in illa die pse/cutio magna in ecclesia que erat hierosolymis: & oẽs dispersi sunt p regiones iudee & samarie: preter aplos. Curauerũt autẽ stephanũ viri timorati: et fecerunt planctũ magnũ sup eũ. Saulus vero deuastabat ecclesiã p domos intrans & trahens viros ac mulieres: tradebat in custodiã. Igit qui dispersi erãt pertransibãt euangelizãtes verbũ dei. Philippus autẽ descẽdens in ciuitatez samarie predicabat illis christum. Intendebant aũt turbe his que a philippo dicebant vnanimiter audiẽtes & videntes signa que faciebat. Multi enĩ eorz qui habebant spũs immũdos: clamantes voce magna exibant. Multi aũt paralytici et claudi curati sunt. Factũ est g gaudium magnũ in illa ciuitate. Erat aũt quidam noie simon qui añ fuerat in ciuitate magus seducens gentẽ samarie dicens se esse aliquẽ magnũ: cui auscultabant oĩs a minimo vsqz ad maximũ dicẽtes: hic est virtus dei que vocat magna. Attendebant aũt eum: ppter qõ multo tpe magicis suis dementasset eos. Cũ vero credidissent philippo euãgelizãti de regno dei: in nomine ihesu christi baptizabãtur viri ac mulieres. Tunc simon & ipse credidit: & cum baptizatus esset adhrebat philippo. Videns etiã signa & virtutes maximas fieri: stupens ammirabat. Cuz autem audissent apostoli qui erãt in hierosolymis qz recepisset samaria verbuz dei: miserũt ad eos petrum & iohannem Qui cũ venissent orauerũt pro ipsis: vt accipẽt spm̃sanctũ. Nõdum enĩ in quẽqz illorum supuenerat: sed baptizati tm̃ erant in noie dñi ihesu Tũc imponebant manus sup illos & accipiebãt spm̃sanctũ Cum vidisset aũt simon qz p impositionem man' apl'oz daret spũlcus obtulit eis pecuniam dicẽs: Date & mihi hãc potestatem: vt cuicũqz imposuero man' accipiat spiritũsc̃m. Petrus autẽ dixit ad eum: Pecunia tua tecũ sit in pditiõem quoniã donũ dei existimasti pecunia possideri. Nõ est enim tibi pars neqz sors ĩ sermõe isto. Cor eĩ tuũ nõ ẽ rectũ coramz deo. Penitẽtiam itaqz age ab hac nequicia tua: & roga deuz si forte remittat tibi hec cogitatio cordis tui. In felle ei amaritudinis & obligatione iniqtatis video te esse. Rñdens aũt simon dixit: Precamini vos pro me ad dñm vt nihil veniat sup me hoz que dixistis. Et illi quidẽ testificati & locuti verbũ dei redibãt hierosolymam: & multis regiõibz samaritanorũ euãgelizabãt. Angelus aũt dñi locutus est ad philippuz dicẽs: Surge et vade ↄtra meridianũ ad viam q̃ descendit ab hierl'm in gazã: hec est deserta. Et surgens abijt Et ecce vir ethiops eunuchus potẽs candacis regine ethiopuz q̃ erat sup oẽs gazas eius venerat adorare in hierl'm & reuertebat sedẽs sup̃ currum suum. legensqz esaiã pphetam. Dixit autẽ spũs philippo. Accede: & adiũge te ad currum istum. Accurrens aũt philippus: audiuit eũ legẽtem esaiam pphetam & dixit: Putasne intelligis q̃ legis? Qui ait: Et quõ possum: si nõ aliqs ostẽderit mihi? Rogauitqz philippũ vt ascẽderet: & sederet secum. Locus autem scripture quã legebat erat hic. Tanqz ouis ad occisiõem ductus ẽ: & sicut agnus coram tondẽte se sine voce. sic nõ aperuit os suum. In humilitate iudiciuz eius sublatum est: Generatiõem eius qs enarrabit? Quoniã tollet de terra vita eius. Rñdens autem eunuchus dixit philippo: Obsecro te de quo pphta dicit hoc? De se an de alio aliquo? Aperiens autẽ philippus os suũ: & incipiens a scriptu/

Esa. 53.

ra ista: euangeliçauit illli iesuz. Et dum
irent per viam: venerunt ad quãdam a-
j.io.d. quaz. Et ait eunuchus. Ecce aq̃ // Quis
prohibet me baptiçari? Dixit autẽ phi-
lippus: Si credis ex toto corde licet Et
rñdens ait: Credo filium dei esse iesum
christum. Et iussit stare currum. Et de-
scenderũt vterq; in aquam philippus ⁊
eunuchus: ⁊ baptiçauit eum. Cum aũt
ascendisset de aqua spũs dñi rapuit phi
lippum: et amplius nõ vidit eum eunu
chus. Ibat enim ꝑ viam suam gaudẽs
Phillippus autem inuẽtus est in aço-
to: ⁊ pertransiens euangeliçabat ciuita-
A tibus cunctis donec veniret cesaream.

j.22.a. IX

Saulus autẽ adhuc
spirans minarũ ⁊ cedis in disci
pulos dñi accessit ad principem
sacerdotum. et petijt ab eo epistolas in
s.8.a. damascum ad synagogas // vt si quos in
uenisset huiꝰ vie viros ac mulieres vin
ctos ꝑduceret in hierusalem. Et cũ iter
faceret: contigit vt appropinq̃ret dama-
sco. Et subito circũfulsit eũ lux de celo: ⁊
cadens in terram audiuit vocem dicen-
j.22.b.i. Cor. tez sibi // Saule saule q̃d me ꝑsequeris?
15.b. Gal. i.c. Qui dixit: Quis es dñe? Et ille. Ego
sum iesus quem tu ꝑsequeris. Durum
est tibi ꝯtra stimulum calcitrare. Et tre-
mens ac stupẽs dixit. Dñe quid me vis
facere? Et dñs ad eum. Surge ⁊ ingre-
dere ciuitatem: ⁊ ibi dicet̃ tibi quid te o-
porteat facere. Viri autẽ illi qui comita-
bant̃ cum eo stabant stupefacti: audien-
tes quidẽ vocẽ neminem aũt videntes.
Surrexit autez saulus de terra: aptisq;
oculis nihil videbat. Ad manus autem
illũ trahentes. introduxerũt damascum
Et erat ibi tribꝫ diebꝫ nõ videns: ⁊ non
B manducauit neq; bibit. Erat aũt q̃dam
discipulus damasci noĩe ananias. Et di
xit ad illũ in visu dñs. Anania. At ille ait
Ecce ego dñe. Et dominꝰ ad eum Sur
ge ⁊ vade in vicum qui vocatur rectꝰ: et
quere in domo iude. saulũ nomĩe thar-
sensem. Ecce enim orat. Et vidit viruz
ananiam nomĩe introeuntez ⁊ imponẽ-
tem sibi manus vt visum recipiat. Re-
spondit autem ananias: Domine audi-
ui a multis de viro hoc quãta mala fece-
rit sanctis tuis in hierusalez: Et hic ha
bet potestatem a principibꝫ sacerdotum:
alligandi omnes qui inuocant nomẽ tu
um. Dixit autem ad eum dñs. Vade q̃-
niam vas electionis est mihi iste: vt por
tet nomen meum coram gentibꝫ ⁊ regi
bus ⁊ filijs israel. Ego enim ostẽdam il-
li: quãta oporteat eum pro nomine meo
pati. Et abijt ananias ⁊ introiuit in do-
mum: ⁊ imponẽs ei manus dixit. Sau-
le frater dominus misit me iesus. q̃ ap-
paruit tibi in via qua veniebas: vt vide
as ⁊ implearis spiritusancto. Et confe-
stim ceciderunt ab oculis eiꝰ tanq̃ squa
me: ⁊ visum recepit. Et surgens bapti-
çatus est: ⁊ cum accepisset cibum cõfor-
tatus est. Fuit autem cum discipulis q̃
erant damasci per dies aliquot. Et con-
tinuo ingressus ĩ synagogas predicabat
iesum: quoniam hic est filius dei. Stu-
pebant autem omnes qui eũ audiebãt:
⁊ dicebant: Nonne hic est qui expugna-
bat in hierusalem eos qui inuocabant
nomẽ istud? Et huc ad hoc venit: vt vin
ctos illos duceret ad principes sacerdo-
tum. Saulus autem multo magis cõ-
ualescebat ⁊ cõfundebat iudeos qui ha-
bitabant damasci. affirmans quoniam
hic est christus. Cum autez implerẽtur
dies multi cõcilium fecerũt in vnum iu
dei vt eum interficerent. Note aũt facte
sunt saulo insidie eorum Custodiebant
autem ⁊ portas die ac nocte vt euz inter
ficerent // Accipiẽtes autez eum discipu- 2. Cor. ii.d.
li nocte ꝑ murũ dimiserũt eũ: summit-
tentes in sporta. Cum autem venisset in
hierusalem temptabat se iungere disci-
pulis. ⁊ omẽs timebãt eum: non creden
tes ꝙ esset discipulus. Barnabas autez
apprehensum illum duxit ad apostolos:
⁊ narrauit illis quõ in via vidisset dñm
⁊ quia locutus est ei: et quõ in damasco
fiducialiter egerit in noĩe iesu. Et erat
cum illis intrans ⁊ exiens in hierl̃m fi-
ducialiter agens in noĩe dñi. Loquebat̃
quoq; gentibꝫ ⁊ disputabat cum grecis

illi aũt querebãt occidere eum. Qđ cuz cognouissent frẽs·deduxerũt eũ cesareã ⁊ dimiserũt tharsum. Ecclesia quidez ꝑ totam iudeã ⁊ galileã ⁊ samariã habebat pacem ⁊ edificabatur ambulans in timore dñi ⁊ cõsolatiõe sanctispũs replebat. Factum est aũt vt petrus dum transiret vniuersos deueniret ad scõs qui habitabant lydde. Inuenit aũt ibi hoĩem quẽdam noĩe enean·ab annis octo iacẽtem in grabato:qui erat paralyticus. Et ait illi petrus. Enea:sanet te dñs iesus christus/. Surge·⁊ sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderũt eum om̃es qui habitabãt lydde ⁊ sarone·qui cõuersi sunt ad dominum. In ioppe autem fuit quedam discipula nomĩe thabita:q̃ interp̃tata dicitur dorcas. Hec erat plena operibus bonis ⁊ elemosynis quas faciebat Factum est autẽ in diebꝫ ill':vt infirmata moreretur. Quã cum lauissent:posuerunt eam in cenaculo. Cum autez prope esset lydda ab ioppe:discipuli audientes quia petrus esset in ea:miserunt duos viros ad eum·rogantes:ne pigriterꝫ venire vsq̃z ad nos. Exurgens aũt petrꝰ venit cum illis. Et cuz aduenisset:duxerũt illũ in cenaculũ·⁊ circũsteterũt illuz om̃es vidue flentes ⁊ ostendentes ei tunicas ⁊ vestes quas faciebat illis dorcas Eiectis autem omĩbus foras:petrus ponens genua orauit: ⁊ cõuersus ad corpꝰ dixit. Thabita surge. Et illa aperuit oculos·⁊ visu petro resedit. Dans autẽ illi manum erexit eam·⁊ cũ vocasset scõs et viduas·assignauit eam viuã. Notũ aũt factum est ꝑ vniuersam ioppen·⁊ crediderunt multi in dño. Factũ est autez vt dies mltos moraret in ioppe apud simonem quendam coriarium. X

tur a iudeis soluit eū. ⁊ iussit sacerdotes
conuenire ⁊ oē ꝯciliū: et producēs pau-
lum statuit inter illos. XXIII
A Intendēs aūt in cōciliū paulus
ait. Viri fratres: ego oī ꝯscīa bo
na ꝯuersatus sum ante deū vs-
q̄ꝫ in hodiernū diē. Princeps autē sacer
dotū ananias p̄cepit astāti b⁹ sibi ꝑcute-
re os eius. Tūc paul⁹ dixit ad eū: Per-
cutiet te deus paries dealbate. Et tu se-
dēs iudicas me ꝟm legē: ⁊ ꝯtra legem iu
bes me ꝑcuti? Et qui astabāt dixerunt.
Sūmuꝫ sacerdotē dei maledicis? Dixit
aūt paulus. Nesciebā fratres. q̄ꝛ p̄nceps
Exo. 22. est sacerdotū. Scriptū ē enī. Principē
ꝓpl'i tui nō maledices. Sciēs aūt paul⁹
q̄ꝛ vna ꝑs esset saduceorū ⁊ altera phari
Phil. 3. a. seoꝝ exclamauit in cōcilio. Viri fratres
ego phariseus sum: filius phariseorum
De spe et resurrectiōe mortuorū ego iu
dicor. Et cū hec dixisset: facta ē dissensio
inter phariseos et saduceos et soluta est
Mat. 22. d. multitudo. Saducei aūt dicūt nō esse
resurrectionē mortuorū. neq̄ꝫ angelum
neq̄ꝫ spūm: pharisei aūt vtraq̄ꝫ confiten

tur. Factus ē aūt clamor magnus et ex-
urgētes quidā phariseoꝝ. pugnabāt di- B
cētes: Nihil mali inuenimus in homīe
isto. Quid si spūs locut⁹ est ei aut ange
lus? Et cū magna dissensio facta esset: ti
mēs tribunus ne discerperet paulus ab
ip̄is: iussit milites descēdere ⁊ rape eum
de medio eorū: ac deducere eū in castra.
Sequēti aūt nocte assistēs ei dn̄s. ait: j. 27. c.
Cōstans esto. Sicut enī testificatus es
de me in hierl'm: sic te oportet ⁊ rome te
stificari. Facta aūt die collegerūt se q̄dā
ex iudeis et deuouerūt se dicentes neq̄ꝫ
māducaturos neq̄ꝫ bibituros. donec oc
ciderēt paulū. Erāt aūt plus q̄ꝫ quadra
ginta viri qui hāc ꝯiurationē fecerant:
qui accesserūt ad principē sacerdotū ⁊ se
niores. et dixerūt: Deuotione deuoui-
mus nos nihil gustaturos: donec occi-
damus paulū. Nūc ergo vos notū faci-
te tribuno cū cōcilio: vt ꝓducāt illuꝫ ad
vos tanq̄ꝫ aliquid certius cognituri de
eo. Nos vero priusq̄ꝫ appropiet parati su C
mus interficere illū. Q cū audisset fili
us sororis pauli insidias: venit et intra-
uit in castra: nūciauitq̄ꝫ paulo. Vocans
aūt paulus ad se vnū ex centurionibus
ait: Adolescentē hūc adduc ad tribunuꝫ
Habet enī aliquid indicare illi. Et ille q̄
dem assumens eū: duxit ad tribunū. et
ait: Vinctus paulus rogauit me hunc
adolescentē ꝑducere ad te: hn̄tem aliq̄d
loqui tibi. Apprehēdens aūt tribunus
manū illius secessit cū eo seorsū: ⁊ inter
rogauit illuꝫ. Quid ē q̄d hēs indicare
mihi? Ille aūt dixit. Iudeis ꝯuenit ro-
gare te vt crastina die ꝓducas paulū in
conciliū. quasi aliquid certius inquisi-
turi sint de illo: tu vero ne credideris ill'
Insidiant enī ei ex eis viri amplius q̄ꝫ
quadraginta: qui se deuouerūt nō man
ducare neq̄ꝫ bibere donec interficiāt eū:
et nūc parati sunt expectātes ꝓmissum
tuū. Tribunus igit dimisit adolescētē
precipiēs ei ne cui loqueret: q̄m hec no-
ta sibi fecisset. Et vocatis duob⁹ centuri
onib⁹. dixit illis: Parate milites ducen
tos vt eant vsq̄ꝫ cesaream. ⁊ equites se

ptuaginta et lancearios ducentos a ter
tia hora noctis et iumēta p̄parate: vt im
ponētes paulū. saluū p̄ducerēt ad felicez
p̄sidē. Timuit enī ne forte raperēt eū iu
dei ⁊ occiderēt: ⁊ ip̄e postea calūniā susti
neret: tanq̄ acceptur⁹ pecuniā: scribēs ei
epl'az ꝯtinētez hec: Claudius lysias: opti
mo p̄sidi felici salutē Virū hūc cōprehē
suz a iudeis. ⁊ incipientē interfici ab eis
sup̄ueniens cū exercitu eripui: cognito.
qz roman⁹ ē: volēsq̄ scire cām quā obij
ciebāt illi deduxi eū in ꝯcilio eoꝝ. Quez
inueni accusari de q̄stionib⁹ legis ip̄oꝝ:
nihil vero dignū morte aut vinculis ha
bentē crimē. Et cū mihi p̄latū eēt de insi
dijs quas parauerāt illi. misi eū ad te de
nūciās et accusatorib⁹ vt dicāt apud te.
Vale. Milites vero s̄m p̄ceptum sibi as
sumētes paulū duxerūt p̄ noctē in anti
patridē. ⁊ postera die dimissis equitibus
vt cū eo irēt: reuersi sūt ad castra. Qui cū
venissent cesareā ⁊ tradidissent epl'am p̄
sidi. statuerūt añ illū ⁊ paulū. Cū legis
set aūt ⁊ īterrogasset de q̄ p̄uincia eēt. et
cognoscēs qz de cilicia: audiā te inq̄t cuz
accusatores tui venerint. Jussitq̄ in p̄
torio herodis custodiri eum. XXIIII

Post q̄nq̄ aūt dies descēdit p̄n
ceps sacerdotū ananias cū seni
orib⁹ quibusdā et tertullo quo
dā oratore: q̄ audierūt p̄sidē adūsus pau
lum. Et citato paulo: cepit accusare ter
tullus. dicēs: Cū in multa pace agam⁹
p̄ te: ⁊ multa corrigātur p̄ tuā p̄uidētiā
semp̄ ⁊ vbiq̄ suscipim⁹ optime felix cuz
oī gratiaꝝ actiōe. Ne diuti⁹ aūt te p̄tra
ham: oro breuiter audias nos p̄ tua cle
mētia. Inuenim⁹ hūc hoīez pestiferū et
concitātez seditiōez omīb⁹ iudeis in vni
uerso orbe ⁊ autorē seditōis secte naçare
noꝝ: qui etiā templū violare conat⁹ est
quē ⁊ apprehensuz voluim⁹ s̄m legē nr̄az
iudicare. Sup̄ueniēs aūt tribun⁹ lysi
as cū vi magna eripuit eū de manib⁹ no
stris iubens accusatores ei⁹ ad te venire
a quo poteris ip̄e iudicās de omīb⁹ istis
cognoscere: de quib⁹ nos accusam⁹ eum
Adiecerūt aūt ⁊ iudei. dicētes hec ita se
habere. Rn̄dit aūt paulus annuēte sibi
p̄side dicere. Ex multis ānis te esse iudi
cem gēti huic sciēs: bono aīo p̄ me satis
faciā. Potes enī cognoscere qz nō plus
sunt mihi dies q̄ duodecim ex q̄ ascēdi
adorare in hierl'm. ⁊ neq̄ in tēplo inue
nerūt me cū aliquo disputantē. aut con
cursuz facientē turbe neq̄ in synagogis
neq̄ ī ciuitate. neq̄ p̄bare p̄nt tibi de q̄
bus nūc me accusant. Cōfiteor aūt h̄ ti
bi q̄ s̄m sectā quā dicūc heresim sic d̄ser
uio patri et deo meo: credens oīb⁹ q̄ in
lege ⁊ p̄phetis scripta sunt: spem habēs
in deū quā ⁊ hi ip̄i expectāt resurrectōez
futurā iustoꝝ ⁊ iniquoꝝ. In h̄ ⁊ ip̄e stu
deo sine offendiculo ꝯsciaz hr̄e ad deū: ⁊
ad hoīes semp̄. Post annos aūt plures
elemosynas factur⁹ in gētez meā veni: ⁊
oblatiōes ⁊ vota: in q̄b⁹ īuenerūt me pu
rificatū in tēplo: nō cū turba neq̄ cū tu
multu. Et apprehēderūt me: clamātes
et dicētes. Tolle inimicū nr̄m. Quidaz
aūt ex asia iudei q̄s oportebat apud te p̄
sto esse ⁊ accusare si q̄d haberēt aduersuz
me: aut hi ip̄i dicāt si q̄d inuenerūt ī me
iniq̄tatis cum stem in ꝯcilio: nisi de vna
hac solūmodo voce q̄ clamaui inter eos
stās: qm̄ de resurrectiōe mortuoꝝ ego iu
dcior hodie a vobis. Distulit aūt illos fe
lix: certissime sciēs de via hac. dicēs: Cū
tribunus lysias descēderit audiam vos
Jussitq̄ cēturioni custodire eū ⁊ hr̄e re
quiē: nec quēq̄ de suis p̄hibere mīstrare
ei. Post aliq̄t aūt dies veniēs felix cum
drusilla vxore sua q̄ erat iudea vocauit
paulū. ⁊ audiuit ab eo fidē q̄ ē ī christū ie
suz. Disputāte aūt illo de iusticia ⁊ casti
tate ⁊ de iudicio futuro: tremefact⁹ felix
rn̄dit. Qd̄ nūc attinet. vade: tp̄e āt opor
tuno accersiā te: sil' ⁊ sperans q̄ pecunia
ei daret̄ a paulo: p̄pter qd̄ ⁊ frequēter ac
cersiēs eū loq̄bat̄ cū eo. Biennio aūt ex
pleto: accepit successorē felix portiū festū
Volēs aūt gr̄am p̄stare iudeis felix: reli
quit paulū vinctū. XXV

Festus ergo cū venisset in p̄uin
ciam post triduū ascēdit hiero
solymā a cesarea Adieruntq̄ eū

principes sacerdotũ ⁊ primi iudeorũ ad uersus paulũ ⁊ rogabãt eũ postulantes gratiam aduersus eũ vt iuberet pduci eum in hierlm: insidias tẽdentes vt interficerẽt eũ in via. Festꝰ aũt rndit seruari q̃dem paulũ in cesarea: se aũt maturꝰ pfecturũ. Qui ergo ĩ vobis ait potẽtes sũt descẽdentes simul si qd ẽ ĩ viro crimen accusent eũ. Demorat⁹ aũt inter eos dies nõ amplꝰ q̃z octo aut decẽ descẽdit cesareã: ⁊ altera die sedit p tribunali ⁊ iussit paulũ adduci. Qui cũ pductꝰ eẽt: circũsteterũt eũ q̃ ab hierosolyma descẽderãt iudei multas ⁊ graues causas obiicientes q̃s nõ poterãt pbare: paulo rationẽ reddẽte: qm̃ neq; in legẽ iudeoꝝ neq; in tẽplũ neq; in cesarẽ q̃q; peccaui. Festꝰ aũt volẽs gratiã pstare iudeis: rndẽs paulo dixit: Vis hierosolymã ascẽdere ⁊ ibi de his iudicari apud me? Dixit autem paulus. Ad tribunal cesaris sto: ibi me oportet iudicari. Judeis non nocui: sicut tu melius nosti. Si eniz nocui aut dignũ morte aliquid feci: nõ recuso mori. Si vero nihil est eoꝝ que hi accusant me: nemo põt me illis donare. Cesarez appello. Tũc festus cũ psilio locutus rndit. Cesarẽ appellasti: ad cesarẽ ibis. Et cũ dies aliq̃t trãsacti essent. agrippa rex et bernice descẽderũt cesareã ad salutandũ festũ. Et cũ dies plures ibi morarẽt festus regi idicauit de paulo. dicẽs: Vir quidã est derelictus a felice vinctꝰ: de q̃ cũ essem hierosolymis adierũt me pncipes sacerdotũ ⁊ seniores iudeoꝝ postulãtes aduersus illũ damnationem. Ad q̃s rndi: q̃z nõ ẽ romanis psuetudo donare aliquẽ hoĩem priusq̃z is qui accusatur psentes habeat accusatores: locumq; defendẽdi accipiat ad abluenda crimina q̃ ei obiciunt. Cũ ergo huc conuenissent sine vlla dilatione in sequẽti die sedens p tribunali iussi adduci virũ. De q̃ cum stetissent accusatores nullã cãm deferebant de quib⁹ ego suspicabar malũ: questiones vero quasdã de sua supstitiõe habebãt aduersus eũ: et de quodam iesu defuncto quẽ affirmabat paulus viuere. Desitãs aũt ego ꝺ huiusmodi questiõe dicebã. si vellet ire hierosolymã: ⁊ ibi iudicari de istis. Paulo aũt appellante vt seruaret augusti cognitioni: iussi seruari eũ donec mittã eũ ad cesarẽ. Agrippa ãt dixit ad festũ. Volebã ⁊ ipe hoĩem audire. Cras inquit audies eum. Altera aũt die cũ venisset agrippa ⁊ bernice cũ multa ambitione: et introissent in auditoriũ cũ tribunis ⁊ viris principalib⁹ ciuitatis iubẽte festo adductus est paulus. Et dixit festꝰ: Agrippa rex ⁊ oẽs q̃ simul adestis nobiscũ viri: videtis hũc hoĩem de quo oẽs multitudo iudeoꝝ interpellauit me hierosolymis petentes ⁊ acclamãtes: nõ oportere eũ viuere amplius. Ego vero cõperi nihil dignũ morte eum admisisse. Ipo aũt hoc appellãte: ad augustũ iudicaui mittere. De q̃ quid certũ scribã dño nõ habeo. ppter qꝺ pduri eum ad vos: ⁊ maxime ad te rex agrippa: vt interrogatõe facta habeã qd scribã. Sine rõne enĩ mihi videt mittere vinctũ: et causas eius nõ significare.

## XXVI

Agrippa vero ad paulũ ait. Permittit tibi loqui pro temetipo. Tũc paulus extẽta manu cepit rationẽ reddere. De oĩb⁹ quib⁹ accusor a iudeis rex agrippa estimo me beatum apud te: cũ sim defensurꝰ me hodie: maxime te sciẽte oĩa q̃ apud iudeos sũt psuetudines ⁊ q̃stiones: ppter qꝺ obsecro patiẽter me audias. Et quidẽ vitaz meã a iuuẽtute q̃ ab initio fuit in gẽte mea in hierosolymis nouerũt oẽs iudei: pscientes me ab initio si velint testimoniũ phibere: qm̃ fm certissimã sectaz nre religionis vixi phariseus. Et nũc in spe que ad pmissiõis facta ẽ a deo sto iudicio subiectꝰ: in q̃ duodecim trib⁹ nostre nocte ⁊ die deseruiẽtes sperãt deuenire. De qua spe accusor a iudeis rex. Quid incredibile iudicat apud vos si deus mortuos suscitat? Et ego quidẽ estimauerã me aduersus nomen iesu nazareni debere multa cõtraria agere qꝺ feci hierosolymis. Et multos sanctoꝝ ego in carceribus inclusi a principib⁹ sacerdo-

tum potestate accepta: et cū occiderent̄
detuli sententiā Et ꝑ oēs synagogas fre
quenter puniēs eos. cōpellebaz blasphe/
mare: et amplius insaniens in eos. ꝑse/
quebar vsqꝫ in exteras ciuitates. In q̄/
bus dum irem damascū: cū ptāte et per
missu principū sacerdotū: die media in
via vidi rex de celo supra splendorē solis
circūfulsisse me lumē. et eos qui mecuz
simul erāt oēsqꝫ nos cū decidissem⁹ ī ter
rā audiui vocez loquentē mihi hebraica
lingua. Saule saule quid me ꝑseq̄ris?
Durū est tibi ꝯtra stimulum calcitrare?
Ego aūt dixi: Quis es dn̄e? Dominus
aūt dixit: Ego sum iesus naçaren⁹ quez
tu ꝑsequeris. Sed exurge: et sta supra
pedes tuos. Ad hoc enī apparui tibi ⁊ cō/
stituā te mīstrū ⁊ testē eoꝝ q̄ vidisti: ⁊ eo
rū quibꝫ apparebo tibi: eripiēs te d̄ ꝓplis
et gētibꝫ in q̄s nūc ego mitto te aperire
oculos eoꝝ vt ꝯuertant̄ a tenebris ad lu
cē. et de ptāte sathane ad deū. vt accipi/
ant remissionē peccatoꝝ ⁊ sortē inter san
ctos ꝑ fidē q̄ ē in me. Vn̄ rex agrippa nō
fui incredulus celesti visioni: sꝫ his qui
sunt damasci primū ⁊ hierosolymis ⁊ in
omnē regionē iudee. ⁊ gētibꝫ annuncia/
bam. vt pn̄iam agerēt ⁊ ꝯuerterent̄ ad
deū: digna penitētie opa faciētes. Hac
ex causa me iudei cū essez in tēplo cōpre/
hēsuz tēptabāt volētes me interficere.
Auxilio aūt adiut⁹ dei vsqꝫ in hodiernuz
diē sto testificās minori atqꝫ maiori: ni/
hil extra dicēs q̄ꝫ ea q̄ ꝓphete locuti sunt
futura esse ⁊ moyses: si passibilis christ⁹
si prim⁹ ex resurrectōe mortuoꝝ lumen
annūciatur⁹ ē populo ⁊ gentibꝫ. Hec lo
quēte eo ⁊ rationē reddēte fest⁹ magna
voce dixit: Insanis paule. Multe te lr̄e
ad insaniā ꝯuertūt Et paul⁹: nō insanio
inquit optime feste: sꝫ vitatis ⁊ sobrieta
tis verba eloquor. Scit enī de his rex:
ad quē ⁊ ꝯstāter loquor. Latere enī eum
nihil hoꝝ arbitror. Neqꝫ enī in angulo
quicq̄ꝫ hoꝝ gestū est. Credis rex agrippa
ꝓphetis? Scio qꝛ credis. Agrippa autez
ad paulū. In modico suades me christi
anū fieri. Et paul⁹. Opto apud deū ⁊ in
modico ⁊ in magno: nō tm̄ te. sꝫ etiā oēs
qui audiunt hodie fieri tales q̄lis ⁊ ego
sum: exceptis vinculis his. Et exurrexit
rex ⁊ preses et bernice et qui assidebant
eis. Et cū secessissent. loquebant̄ ad in/
uicē dicētes: qꝛ nihil morte aut vinculis
dignū quid fecit homo iste. Agrippa aūt
festo dixit. Dimitti poterat homo hic: si
nō appellasset cesarem.

XXVII

Vt aūt iudicatū est nauigare eū
in italiā ⁊ tradi paulū cū reliq̄s
custodijs cēturioni nomīe iulio
cohortis auguste: ascēdentes nauem ha
drumetinā incipientem nauigare circa
asie loca sustulim⁹ ꝑseuerāte nobiscum
aristarcho macedone. thessalonicēse. Se
quēti aūt die venim⁹ sidonē. Humane
aūt tractās iulius paulū ꝑmisit ad ami
cos ire: ⁊ curā sui agere Et inde cū sustu
lissemus subnauigauim⁹ cyprū ꝓpterea
q̄ essent vēti cōtrarij. Et pelagus cilicie
et pāphylie nauigantes venim⁹ lystram
que est lytie: ⁊ ibi inueniēs cēturio nauē
alexandrinā nauigantē in italiā: trāspo/
suit nos in eā. Et cū multis diebꝫ tarde
nauigaremus et vix deuenissem⁹ cōtra
gnydū: ꝓhibente nos vēto adnauigaui
mus crete iuxta salomonē. Et vix iuxta
nauigātes venim⁹ in locū quēdaz qui vo
cat̄ boniport⁹: cui iuxta erat ciuitas tha/
lassa. Multo aūt tꝑe ꝑacto ⁊ cū iam nō
esset tuta nauigatio eo q̄ ieiuniū iam ꝑ
terisset: ꝯsolabat̄ eos paulus dicens eis
Viri: video qm̄ cū īiuria ⁊ multo dāno
nō solū oner⁹ ⁊ nauis: sꝫ etiā animaꝝ nr̄a
rum incipit esse nauigatio. Cēturio aūt
gubernatori ⁊ nauclero magis credebat
q̄ꝫ his que a paulo dicebāt̄. Et cū aptus
portus nō esset ad hyemādum plurimi
statuerūt consiliū nauigare inde si quo
modo possent deueniētes phenicem hye
mare portū crete respiciētem ad affricū
et ad chorū. Aspirāte aūt austro estiman
tes ꝓpositū se tenere: cū sustulissent de
asson legebant cretam Non post multū
aūt misit se contra ipam ventus typho/
nicus qui vocat̄ euroaquilo. Cunqꝫ ar
repta esset nauis: ⁊ non posset conari in

ventū: data naue flatibꝫ ferebamur In
insulā aūt quandā decurrētes que voca
tur cauda: potuim⁹ vix obtinere scapham
Qua sublata adiutoriis vtebant accin
gētes naue: timētes ne in syrtym inci
derēt sūmisso vase sic ferebant. Cras
tida aūt nobis tēpestate iactatis: sequēti die
iactū fecerūt: et tertia die suis manibus
armamēta nauis piecerūt. Necꝫ aūt so
le necꝫ sideribꝫ apparētibꝫ p plures dies
et tēpestate nō exigua imminēte: iam ablata
erat spes oīs salutis nre. Et cū multa ie
iunatio fuisset: tūc stās paulus in medio
eorū dixit: Oportebat quidē o viri audi
te me nō tollere a creta: lucriqꝫ facere in
iuriā hāc et iacturā. Et nūc suadeo vob
bono animo esse. Amissio enī nulli⁹ anime
erit ex nobis p̄terqꝫ nauis. Astitit enim
mihi hac nocte angel⁹ dei cuius sum ego
et cui deseruio dicēs: Ne timeas paule
cesari te oportet assistere. Et ecce dona
uit tibi de⁹ oēs q̄ nauigāt tecū. Propt
qō bono animo estote viri. Credo enī deo:
qr sic erit quēadmodū dictū ē mihi. In
insulā aūt quandaꝫ oportet nos deueni
re. Sz postea q̄ quartadecima nox sup
uenit: nauigātibꝫ nobis in hadria circa
mediaꝫ noctē suspicabant naute appare
re sibi aliquā regionē. Qui ⁊ sūmitten
tes bolidē. inuenerūt passus viginti. ⁊ pu
sillū inde sepati inuenerūt pass⁹ q̄ndecim
Timētes aūt ne in aspera loca incidere
mus: de puppi mittētes anchoras q̄ttuor optabāt die fieri. Nautis vero querē
tibꝫ fugere de naui: cū misissent scapham
in mare sub obtētu q̄si inciperēt a prora
anchoras extēdere: dixit paul⁹ centurioni
⁊ militibꝫ. Nisi hi in naui mānserint: vos
salui fieri nō potestis. Tūc absciderunt
milites funes scaphe: et passi sūt eā exci
dere. Et cum lux inciperet fieri rogabat
paulus oēs sumere cibū dicēs. Quarta
decima die hodie expectātes ieiunij per
manetis: nihil accipiētes. Propter qō
rogo vos accipe cibuꝫ p salute vra quia
nullius vestrum capillus de capite peri
bit. Et cū hec dixisset: sumens panē gras
egit deo in conspectu oīm: et cū fregisset
cepit mānducare. Animequiores autem
facti oēs: et ipi assūpserūt cibū. Eramus
vero vniuerse anime in naui ducente se
ptuaginta sex. Et satiati cibo alleuiabāt
nauē: iactātes triticū in mare. Cum aūt
dies factus esset terrā non agnoscebāt:
sinū vero quendā considerabāt habētez
litus: in quē cogitabant si possent ejcere
nauē. Et cū anchoras sustulissent cōmit
tebāt se mari. simul laxantes iuncturas
gubernaculorū: et leuato artemone flā
aure flatū tēdebāt ad litus. Et cum inci
dissemus in locū bithalassuz impegerūt
nauē: et prora quidē fixa manebat īmo
bilis. puppis vero soluebat a vi maris.
Militū aūt consiliū fuit vt custodias occi
derēt ne qs cū enatasset effugeret: centu
rio aūt volens seruare paulū prohibuit fi
eri. Jussitqꝫ eos qui possent natare emit
tere se primos et euadere et ad terram
exire: et ceteros alios in tabulis ferebāt
quosdam super ea que de naui erant Et
sic factum est: vt omnes anime euade
rent ad terram.

## XXVIII

Et cū euasissemus tunc cogno
uimus quia mytilene insula vo
catur. Barbari vero pstabāt
nō modicā hūanitatē nob. Accēsa enī py
ra reficiebāt nos oēs: propter imbrē q̄ imi
nebat et frigus. Cū congregasset aūt pau
lus sarmentoꝝ aliquantā multitudinē
et imposuisset sup ignē: vipa a caloꝛe cū
processisset invasit manū eius. Ut vero vi
derūt barbari pendentez bestiā de manu
eius: ad invicē dicebāt. Utiqꝫ homicida
est homo hic: qui cū euasit de mari vltio
nō sinit eū viuere. Et ille quidē excutiēs
bestiā in ignē. nihil mali passus est. At il
li existimabant eū in tumoꝛē q̄uertēduz
et subito casurū ⁊ mori. Diu aūt illis ex
pectātibꝫ ⁊ videntibꝫ nihil mali in eo fie
ri: quertentes se dicebāt eū eē deū. In lo
cis aūt illis erant predia principis insu
le noīe publij: qui nos suscipiēs. triduo
benigno exhibuit. Contigit autez patrē
publij febribus et dissenteria vexatū iace
re. Ad quē paulus intrauit: et cū oraſſet
et imposuisset ei manus saluauit eum.

Quo facto oēs qui in insula habebant infirmitates accedebāt et curabantur. Qui etiā multis honoribꝫ nos honorauerūt: et nauigantibꝫ imposuerūt q̄ necessaria erāt. Post mēses aūt tres nauigauimꝰ in naui alexandrina q̄ in insula hyemauerat: cui erat insigne castrorum Et cū venissemus siracusaꝫ · māsimꝰ ibi triduo. Inde circūlegētes deuenimꝰ regiū: et post vnū diē flante austro secūda die venimus putheolos: vbi inuētis frībus rogati sumꝰ manere apud eos dies septē: ⁊ sic venimꝰ romā. Et inde cū audissent fratres occurrerunt nobis vsq̄ ad appij forū · ⁊ tribꝫ tabernis. Quos cuꝫ vidisset paulus grās agēs deo accepit fiduciā. Cū aūt venissemus romā ꝑmissum est paulo ꝑmanere sibimet : cū custodiēte se milite · post tertiū aūt diē cōuocauit primos iudeoꝝ. Cūq̄ venissent dicebat eis: Ego viri frēs nihil aduersus plebē faciēs aut morē paternū : vinctꝰ ab hierosolymis traditꝰ sum in manus romanoꝝ: q̄ cū interrogationē de me habuissent voluerunt me dimittere : eo q̄ nulla esset cā mortis in me: Cōtradicētibus aūt iudeis coactus suꝫ appellare cesarē: nō quasi gentē meā hn̄s aliq̄d accusare. Propter hanc igit̄ cām rogaui vos videre et alloqui. Propter spem eni isrl̄ catena hac circūdatus sū At illi dixerūt ad eū: Nos neq̄ lr̄as accepimꝰ de te a iudea: neq̄ adueniēs aliq̄s fratrū nūciauit aut locutus est q̄d de te malū. Rogamꝰ aūt a te audire que sentis. Nā de secta hac notū est nobis: qꝛ vbiq̄ ei ꝯtradicit̄. Cū constituissent aūt illi diē venerūt ad euꝫ in hospitiū plurimi · quibꝫ exponebat testificās regnū dei suadēsq̄ eis de iesu ex lege moysi ⁊ ꝓphetis a mane vsq̄ ad vesperā. Et quidā credebāt his que dicebātur: quidā vero nō credebāt. Cūq̄ inuicem nō essent ꝯsentiētes: discedebāt dicēte paulo vnū verbū. Quia bene spūssanctus locutus ē ꝑ esaiā ꝓphetā ad patres vr̄os dicēs / Vade ad ꝓplum istū et dic: Aure audietis ⁊ nō intelligetis: ⁊ videtes videbitis ⁊ nō ꝑspicietis. Incrassatū est enī cor ꝓpl̄i huius et auribꝫ grauiter audierūt et oculos suos cōpresserūt ne forte videāt oculis et auribꝫ audiant et corde intellgāt: et ꝯuertant̄ ⁊ sanem eos Notū ergo sit vob: q̄m gētibꝫ missū est hoc salutare dei: ⁊ ip̄i audiēt Et cū hec dixisset: exierūt ab eo iudei multā hn̄tes inter se questionē. Māsit aūt biēnio toto in suo ꝯductu: ⁊ suscipiebat oēs q̄ ingrediebant̄ ad eū: p̄dicās regnū dei · ⁊ docēs que sunt de domino iesu christo cuꝫ omni fiducia sine prohibitione.

Explicit liber actuū apl̄oꝝ. Incipit prologus in septē epistolas canonicas.

Non ita est ordo apud grecos qui integre sapiunt fidēq̄ rectā sectant̄ epl̄aꝝ septem · que canonice nūcupant̄ sicut in latinis codicibus inuenit̄ vt qꝛ petrus ē primus in ordine apl̄oꝝ: prime sint etiā eiꝰ epl̄e in ordine ceteraꝝ. Sꝫ sicut euāgelistas dudū ad veritatis lineā correximꝰ: ita has ꝓprio ordini deo iuuāte reddidimꝰ. Est enī prima eaꝝ vna iacobi: due petri: tres iohānis · et iude vna · Que si sicut ab eis digeste sūt ita q̄ꝫ ab interp̄tibꝫ fideliter in latinū verterent̄ eloquium · nec ambiguitatē legētibꝫ facerēt · nec sermonū sese varietas impugnaret : illo p̄cipue loco vbi de vnitate trinitatis in prima iohānis epl̄a positū legimꝰ: in qua etiā ab infidelibꝫ trāslatoribꝫ multū erratū esse a fidei veritate cōperimus · trium tm̄mo do vocabula · hoc est aque sanguinis ⁊ spiritus in ip̄a sua editione ponētibꝫ: et patris verbiq̄ ac spūs testimoniū omittētibꝫ: in quo maxime et fides catholica roborat̄: ⁊ p̄ris et filij ⁊ spūssancti vna diuinitatis substantia cōprobat̄. In ceteris vero epl̄is quantū a nostra aliorū distet editio: lectoris prudentie derelinq̄. Sꝫ tu virgo christi eustochiū dum a me impensius scripture veritatē inquiris: meam quodāmodo senectutē inuidorum dentibus corrodendam exponis: qui me falsariū corruptorēq̄ sanctarum ꝓnun-

Ca. 6. Mat. 13. Mar. 4. b. Ca. 8. b. Joh. 5.

ciāt scripturarū. Sz ego in tali ope nec emulorum meorū inuidentiā ptimesco nec sancte scripture veritatem poscentibus denegabo.

Explicit prologus in septē epistolas canonicas. Incipit argumentū in easdez.

Iacobꝰ petrꝰ iohānes et iudas septē epl'as ediderunt tam mysticas q̄z succinctas et breues pariter ac longas: breues in verbis longas in sententijs vt rarus sit qui non in earum cecutiat lectione.

Explicit argumētū in septē epl'as canonicas. Incipit argumentum in epistolā canonicam beati iacobi apostoli.

Iacobꝰ apl'us scm̄ instruit cleruz de cultura celestiū p̄ceptoꝝ ⁊ regula catholice obseruātie ⁊ d̄ inuicte patiētie maiestate et de reuelatiōe plurimoꝝ: ⁊ de mendatio magistrorum

Explicit argumentuz. Incipit epistola canonica beati Jacobi apl'i. Capl'm. I

A Iacobus dei et dñi nostri iesu christi seruus: duodecim tribubꝰ q̄ sunt in dispsione salutez. Omne gaudiū existimate frēs mei cuz in tēptatiōes varias incideritis sciētes q̄ ꝓbatio fidei vr̄e patientiam operatur

Ro. 5. a. // Patientia aūt opꝰ pfectū habeat: vt sitis pfecti ⁊ integri in nullo deficientes.

Ro. 10. c. 2. Cor. 8. b. // Si quis autē vr̄m idiget sapīa postulet a deo q̄ dat oībꝰ affluēter ⁊ nō īpropērat ⁊ dabit̄ ei. Postulet aūt ī fide nihil hesitās. Qui enī hesitat similis ē fluctui maris q̄ a vēto mouet̄ ⁊ circūfert̄. Non ergo estimet homo ille q̄ accipiat aliq̄d a dño. Vir duplex aīo incōstās ē in oībus vijs suis. Glorie aūt frater humilis in exaltatiōe sua: diues aūt in humilitate

B

Ecc. 14. Esa. 40. i. Pe. i. d. sua: qm̄ sicut flos feni trāsibit // Exortus enī est sol cū ardore et arefecit fenū et flos eius decidit ⁊ decor vultus eiꝰ depe rijt. Ita et diues in itineribꝰ suis marcescet // Beatꝰ vir qui suffert tēptationē qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite quā repromisit deꝰ diligentibꝰ se. Nemo cū tēptat̄ dicat: qm̄ a deo tēptat̄. Deus enī intēptator maloꝝ est Ipe aūt neminē tēptat. Vnusquisq̄z vero temptat̄ a ꝯcupiscētia sua abstractꝰ ⁊ illectꝰ. Deinde ꝯcupiscētia cū concepit parit pctm̄ pctm̄ vero cū ꝯsūmatum fuerit generat mortē. Nolite itaq̄z errare frēs mei dilectissim. Omne datū optimū ⁊ oē donuz pfectū desursum est descēdēs a patre luminū: apud quē nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enī genuit nos verbo veritatis vt simus initiū aliquid creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi // Sit aūt oīs homo velox ad audiēdū: tardus aūt ad loquendum et tardus ad irā. Ira enī viri iusticiam dei nō opatur // Propter q̄d abijciētes oēm īmundiciā et abūdantiā malicie in mansuetudine suscipite insitum verbū: q̄d pōt saluare aīas vr̄as // Estote aūt factores verbi et non auditores tantū fallētes vosmetipos. q̄z si quis auditor est verbi ⁊ nō factor hic cōpabit̄ viro ꝯsiderāti vultū natiuitatis sue in speculo. Cōsiderauit enī se ⁊ abijt: ⁊ statim oblitus est qualis fuerit // Qui aūt pspexerit in lege pfecte libertatis ⁊ pmanserit in ea nō auditor obliuiosus factꝰ: sed factor opis: hic beatꝰ in facto suo erit // Si quis aūt putat se religiosū esse nō refrenās linguā suā sed seducens cor suū huius vana est religio. Religio mūda ⁊ immaculata apud deū et patrē hec est: visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatōe eorū: ⁊ īmaculatū se custodire ab hꝰ seculo.

Job. 5. C Prou. 17. Ecc. 7. et 22. Eph. 5. a. Ecc. 5. D Ro. 2. c. Mat. 7. g. i. Esdre. 7. Act. 1. a. Mat. 5. c. i. Pe. 3. c. A

Fratres mei: nolite in pso II narū acceptione habere fidē dñi nostri iesu christi glorie. Eteniz si introierit in conuētū vestrū vir aureū annulū habens in veste candida introierit aūt ⁊ paup in sordido habitu: ⁊ intēdatis in eum qui indutus est veste p̄clara et dixeritis ei: tu sede hic bene: paupi aūt dicatis tu sta illic aut sede sub scabel

lo pedū meorum: nonne iudicatis apud
vosmetipos. et facti estis iudices cogita
tionū iniquarū? Audite fratres dilectis
simi. Nōne deus elegit paupes in hoc mū
do. diuites in fide ⁊ heredes regni: qd re
promisit deus diligētibus se? Vos aūt ex
honorastis pauperē: Nōne diuites p po
tentiā opprimūt vos et ipi trahunt vos
ad iudicia? Nōne ipi blasphemāt bonum
nomē quod inuocatū ē sup vos? Si tn
legē pficitis regalez sm scripturas / dili
ges proximū tuū sicut teipm. bn facitis
/ si aūt psonā accipitis. pctm opamī: re
darguti a lege quasi trāsgressores. Qui
cūqz aūt totā legez seruauerit. offendat
aūt in vno. factus est omniū reus. Qui
enī dixit: nō mechaberis dixit ⁊ non occi
des. Q si nō mechaberis occides aūt: fa
ctus es trāsgressor legis / Sic loquimi
ni et sic facite: sicut p legē libertatis inci
pientes iudicari. Iudiciū enī sine mise
ricordia illi: qui nō facit misericordiam.
Superaltet autē misericordia iudicio.
Quid pderit frēs mei si fidē qs dicat se
hre: opa aūt nō habeat. Nūquid poterit
fides saluare eum: Si aūt frater ⁊ soror
nudi sint ⁊ indigeāt victu quotidiano:
dicat aūt aliqs ex vobis illis. ite in pace
calefacimī ⁊ saturamī. nō dederitis aūt
eis q necessaria sūt corpi. qd proderit?
Sic ⁊ fides si nō habeat opa: mortua est
in semetipa. Sz dicet qs: Tu fidē habes
et ego opa habeo. Ostēde mihi fidē tuā
sine opibus. ⁊ ego estendā tibi ex opibus fi
dem meā. Tu credis qm vnus est deus
benefacis. Et demones credūt ⁊ ꝯtremi
scūt. Vis aūt scire o homo inanis: qm fi
des sine opibus ociosa est? Abraā pater no
ster nōne ex opibus iustificat⁹ est. offerens
ysaac filiū suū sup altare? Vides qm fi
des coopabat opibus illi⁹. ⁊ ex opibus fides
ꝯsūmata ē? Et suppleta est scriptura di
cens / Credidit abraā deo et reputatum
est illi ad iusticiā. ⁊ amicus dei appellat⁹
est. Videtis qm ex operibus iustificat ho
mo. et nō ex fide tantum. Similliter et
raab meretrix: nōne ex opibus iustificata
est suscipiens nūcios et alia via eijciēs?

Sicut enī corpus sine spū mortuuz est:
ita fides sine opibus mortua est. III

Nolite plures magistri fieri fra
tres mei scientes qm maius iu
dicium sumitis. In multis enī
offendimus oēs / Si quis in verbo non
offendit. hic pfectus est vir. Potest etiā
freno circūducere totū corpus. Si autē
equis frena in ora mittimus ad consen
tiendū nobis omne corpus illoꝝ circū
ferimus. Et ecce naues cū magne sint
et a ventis validis minent: circūferunt
aūt a modico gubernaculo vbi impetus
dirigentis voluerit. Ita et lingua modi
cuz quidē membrū est et magna exaltat
Ecce quātus ignis qz magnā siluā incē
dit? Et lingua ignis ē. vniuersitas iniq
tat. Lingua ꝯstituit in mēbris nris que
maculat totū corpus. et inflāmat rotaz
natiuitatis nostre inflāmata a gehenna
Oēs enī natura bestiarū et volucrū et
serpentiū et ceterorū domant et domita
sunt a natura humana: linguā aūt nul
lus hoīm domare pōt. Inquietū maluz
plena veneno mortifero. In ipa benedi
cimus deū et patrē. ⁊ in ipa maledicim⁹
hoīes qui ad imaginē ⁊ similitudinē dei
facti sunt. Ex ipo ore pcedit benedictio
et maledictio. Non oportet fratres mei
hec ita fieri. Nūquid fons de eodem fora
mine emanat dulcē ⁊ amarā aquā? Nū
quid potest fratres mei ficus vuas face
re: aut vitis ficus? Sic neqz salsa dulcē
potest facere aquam. Quis sapiens ⁊ di
sciplinatus inter vos? Ostendat ex bo
na conuersatione opationē suā in man
suetudine sapientie: Q si celū amarum
habetis. et ꝯtētiones sint in cordibus ve
stris nolite gloriari ⁊ mēdaces eē aduer
sus veritatem. Non est enī ista sapientia
desursum descendens a patre luminū. sz
terrena aīalis diabolica. Vbi enī çelus ⁊
cōtentio. ibi inconstantia et omne op⁹
prauum. Que autem desursum est sapi
entia. primum quidem pudica est. dein
de pacifica modesta. suadibilis. bonis
consentiens. plena misericordia et fru
ctibus bonis: iudicans sine simulatiōe.

Leui. 19. Ro. Eph. 6. b. Act. 3. d. Act. 1. Me. 1. c. C a. i. d. D Gen. 15. Gal. 3. a. Ro. 4. a. Josue. 2. A Ecc. 19. et 25. B C D

Fructus autem iusticie in pace semina
tur facientibus pacem. IIII

A Unde bella et lites in vobis. Nõ
ne ex concupiscẽtijs vr̃is: q̃ mi
litãt in mẽbris vr̃is? Cõcupisci
tis ⁊ nõ habetis: occiditis ⁊ çelatis. ⁊ nõ
potestis adipisci. Litigatis ⁊ belligeratis
et nõ habetis ꝓpter quod nõ postulatis.
Petitis et nõ accipitis: eo ꝙ male peta
B tis: vt in ꝯcupiscentijs vr̃is insumatis.
Adulteri: nescitis qꝛ amicitia hui⁹ mun
di inimica est dei? Quicũq; ergo volue
rit amicus esse seculi huius. inimic⁹ dei
ꝯstituit̃. An putatis qꝛ inaniter scriptu
ra dicat: ad inuidiã ꝯcupiscit spũs q̃ ha
bitat in vobis? Maiorẽ aũt dat gratiaꝫ.
Propter quod dicit: Deus sup̃bis resi
Eph̃. 4. d. stit. humilib⁹ aũt dat gr̃am // Subditi g̃
1. Pe. 5. c. estote deo. resistite aũt diabolo: ⁊ fugiet
a vobis. Appropiate deo ⁊ appropinq̃bit
C vobis. Emũdate man⁹ peccatores. ⁊ pu
Hiere. 31. rificate corda duplices aĩo // Miseri esto
Joh. 16. e te ⁊ lugete ⁊ plorate: risus vester ĩ luctũ
1. Pe. 5. c. ꝯuertat̃. ⁊ gaudiũ in merorẽ // Humilia
Hiere. 13. mini in ꝯspectu dñi. et exaltabit vos No
lite detrahere alterutruꝫ frẽs mei. Qui
detrahit fratri aut qui iudicat fratrẽ su
um: detrahit legi ⁊ iudicat legẽ. Si aũt
iudicas legẽ: nõ es factor legis: sꝫ iudex
Unus est enĩ legislator ⁊ iudex: qui põt
Ro. 14. a. et. b. ꝑdere ⁊ liberare // Tu autẽ q̃ es q̃ iudicas
D ꝓximũ tuũ? Ecce nũc qui dicitis. hodie
aut crastino ibim⁹ in illã ciuitatẽ. ⁊ facie
mus ibi quidẽ annũ ⁊ mercabimur ⁊ lu
crũ faciem⁹: qui ignoratis q̃d erit in cra
stinũ. Que ẽ enĩ vita vr̃a? Vapor est ad
modicũ parẽs. ⁊ deinceps exterminabit̃
ꝓ eo vt dicatis: si dñs voluerit. ⁊ si vixe
rimus. faciem⁹ h̃ aut illud. Nunc aũt ex
Luce. 1. f. ultatis in sup̃bijs vr̃is. Oĩs exultatio
talis maligna est // Sciẽti igit̃ bonũ face
re ⁊ nõ faciẽti peccatũ est illi. V

A Agite nũc diuites: plorate vlulã
tes in miserijs vr̃is q̃ adueniẽt
vobis. Diuitie vestre putrefa
cte sunt. ⁊ vestimenta vestra a tineis co
mesta sunt. Aurũ et argentũ vestrũ eru
ginauit et erugo eoꝝ in testimoniũ vo
bis erit. et manducabit carnes vestras
sicut ignis. Thesauricastis vobis iraꝫ in
nouissimis diebus. Ecce merces opera
riorum qui messuerunt regiones ve
stras que fraudata est a vobis. clamat et
clamor eorum in aures dñi sabaoth in
troiuit. Epulati estis sup̃ terram. ⁊ in lu B
xurijs enutristis corda vestra. In die oc
cisionis adduxistis ⁊ occidistis iustũ. et
nõ restitit vobis. Patientes igit̃ estote
fratres vsq; ad aduentũ dñi. Ecce agri
cola expectat preciosuꝫ fructũ terre. pati
enter ferens donec accipiat tẽporaneũ ⁊
serotinũ. Patiẽtes igit̃ estote et vos et
confirmate corda vestra: qm̃ aduentus
dñi appropinq̃bit. Nolite ĩgemiscere fra
tres in alterutrũ. vt nõ iudicemĩ. Ecce
iudex ante ianuã assistit // Exemplũ acci ꝓu. 24. Joh. 13.
pite fratres exitus mali ⁊ longanimita c. 1. Timo. 4. c.
tis ⁊ laboris et patiẽtie ⁊ ꝓphetas. q̃ locu
ti sunt in noĩe dñi. Ecce beatificam⁹ eos C
qui sustinuerũt. Sufferẽtiam iob audi
stis. ⁊ finẽ dñi vidistis: qm̃ misericors ẽ
dñs et miserator. Ante oĩa aũt frẽs mei
nolite iurare: neq; ꝑ celũ neq; ꝑ terram
neq; aliud quodcũq; iuramentuꝫ // Sit
aũt sermo vester. est est. nõ nõ: vt nõ sub Mat. 5. f.
iudicio decidatis // Tristat̃ aũt aliquis ve
strum: oret equo aĩo ⁊ psallat. Infirmat̃ 2. Cor. 7. c.
quis in vobis inducat p̃sbyteros eccle 1. Pe. 2. c.
sie. et orent sup̃ eũ. vnguẽtes eũ oleo in
nomĩe dñi. Et oratio fidei saluabit infir D
mũ et alleuiabit eũ dñs. et si in pctis sit
remittẽtur ei. Cõfitemini ergo alteru
trũ peccata vestra ⁊ orate ꝓ inuicẽ vt sal
uemini. Multũ enĩ valet dep̃catio iusti
assidua // Helias hõ erat similis nob̃ pas 3. Regũ. 17. et
sibilis. et oratione orauit vt nõ plueret 18. Luce. 4. d.
super terram et non pluit annos tres ⁊
mẽses sex. Et rursum orauit. et celũ de
dit pluuiã. et terra dedit fructum suum.
Fratres mei. si quis ex vobis errauerit
a veritate ⁊ ꝯuerterit q̃s euꝫ. scire debet:
qm̃ qui conuerti fecerit peccatoreꝫ ab er
rore vie sue: saluabit animã eius a mor
te. et operit multitudinẽ peccatorum.

Explicit epl̃a beati Jacobi apostoli.

Incipit argumentum in epistolā beati Petri primam.

OIscipulos saluatoris inuicti to to orbe diffusos et peregrinos in hoc seculo monstrat. ⁊ preterite vite penitere suadet. et in nouā vitā pro ficere tota cū sollicitudine exhortatur si mō petrus filius iohānis. puincie galilee vico bethsaida frater andree apostoli.

Explicit argumentum. Incipit epla beati petri apli prima. Capitulū. I

PEtrus aposto lus iesu christi. electis ad/ uenis dispsionis ponti ga latie cappadotie asie et bi/ thynie fm pscientiā dei patris in sancti/ ficationē spūs. in obedietiā ⁊ aspsionem sanguinis iesu christi: gra vobis et pax multiplicetur. Benedictus de⁹ ⁊ pater dñi nostri iesu christi q̄ fm misericordiā suā magnā regenerauit nos in spem vi uam p resurrectionē iesu christi ex mor tuis in hereditatē incorruptibilē ⁊ incō/ taminatā et imarcessibilē pseruatā in ce lis. in vobis qui in virtute dei custodimi p fidē in salutē paratā reuelari ī tpe no/ uissimo. In quo exultabitis/ modicum nūc si oportet ptristari in varijs tēptati/ onibus vt pbatio vre fidei multo pciosior sit auro qđ p ignē pbat. inueniat in lau dē ⁊ gloriā et honorē in reuelatōne iesu christi: quē cū nō videritis diligitis. In quē nūc q̄z nō vidētes creditis. credētes aūt exultabitis leticia inenarrabili ⁊ glo rificata: reportātes finē fidei vestre salu tē aiaꝝ vestrarū. De qua salute exquisie rūt atq; scrutati sunt pphete. q̄ de futura in vobis gra pphetauerūt. scrutantes in qđ vel quale tēpus significaret ī eis spi/ rit⁹ christi pnunciās eas q̄ in christo sūt passiones ⁊ posteriores glorias. quib⁹ re uelatū est. qz nō sibimetipis. vobis autē mistrabāt ea q̄ nūc nūciata sūt vobis p eos q̄ euāgeliçauerūt vobis spūsco mis/ so de celo: in quē desiderāt angeli pspice re. Propter qđ succincti lūbos mētis vre sobrij pfecti spate in eā q̄ offert vob gra z in reuelatione iesu christi. q̄si filij obedi ētie nō pfigurati prioribus ignorātie vre de sideriis. sz fm eū q̄ vocauit vos scm: vt ⁊ ipi in omni uersatione sancti sitis. qm scriptū est/ sancti eritis. qm ego sanctus sum/ Et si patrē inuocatis eū qui sine ac ceptōe pson iudicat fm vnuscuiusq; opus in timore incolatus vri tpe uer/ samini. Scientes q⁹ nō corruptibilibus auro vel argēto redēpti estis de vana vra pūsatiōe patrne traditiōis /sz pcioso san guine quasi agni imaculati christi et in/ contaminati. pcogniti quidē ante mūdi constitutionem: manifestati aūt nouissi mis temporibus ppter vos qui p ipm fide les estis in deo qui suscitauit eum a mor tuis. ⁊ dedit ei gloriā. vt fides vra ⁊ spes esset in deo. Animas vras testificātes in obedietie charitatis ī fraternitatis amore simplici ex corde inuicē diligite attētius renati nō ex semine corruptibili: sz incor ruptibili p verbū dei viui ⁊ pmanētis in eternū/ qz omis caro vt fenū. ⁊ omis glia ei⁹ tanq; flos feni/ Exaruit fenū et flos ei⁹ decidit: verbū aūt dñi manet in eternū. Hoc est autem verbum quod euange/ liçatum est in vos. II

DEponētes igit omem malicia et omem dolū et simulatiōes ⁊ inui dias ⁊ omes detractiones: sic mo/ do geniti infantes rationabiles ⁊ sine do lo lac concupiscite vt in eo crescatis ī sa lutē: si tū gustatis q̄m dulcis ē dñs. Ad quez accedentes lapidē viuū ab hoibus quidē reprobatū. a deo aūt electū ⁊ hono rificatū. et ipi tanq; lapides viui supedi ificamini domo spirituales in sacerdotiū sanctū offerentes spiritales hostias acce ptibiles deo per iesum christum. Pro/ pter quod continet scriptura/ Ecce po/ no in sion lapidem sūmū angularem p/ batū electū pciosum. et qui crediderit in eum non cōfundetur/ Vobis igit ho nor credētib⁹: nō credētib⁹ aūt lapis quē reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli ⁊ lapis offensionis ⁊

C

Leui. ii. Leui. xix. Deu. io. 2. pal. 19. Col. 3. d. Ja. 2. b. Act. 10. c. Ro 2. b. Eph. 5. b.

D

Heb. 9. b. i. Joh. 1. d. Apoc. 1. b.

Esa. 40. Esa. 40. Ecc. 14. Jacobi. i. b.

A

Eph. 4. c. Col. 3. b. Heb. 12. a. Hiere. 17.

Esa. 28.

Mt. 21. g. Mr. 12. b. Lu. 20. c. Act. 4. b.

petra scandali: his qui offendunt verbo
Exo. 19. nec credūt in quo ⁊ positi sūt // Vos aūt
gen⁹ electū. regale sacerdotiū. gens san-
cta. ꝓpl'us acquisitiōis: vt virtutes ānū-
cietis eius qui de tenebris vos vocauit
Osee. 2. in āmirabile lumē suū. Qui aliqñ non
ꝓpl'us dei. nūc aūt ꝓpl'us dei: q̄ nō ꝯsecuti
misericordiā: nūc aut misericordiā cōse-
Deut. 10. cuti // Charissimi obsecro vos tanq̄ ad-
Ro. 13. d. nenas ⁊ peregrinos abstinere vos a car-
Gal. 5. c. nalib⁹ desiderijs que militāt aduersus
aīam: ꝯuersationē vestrā inter gētes ha
bentes bonā: vt in eo qđ detractāt de vo-
bis tanq̄ de malefactorib⁹: ex bonis opi-
C bus vos ꝯsiderantes. glorificēt deum in
Ro. 13. a. die visitatiōis // Subiecti igit̄ estote oī
humane creature ꝓpter deū. Siue regi
quasi p̄cellēti. siue ducibus tanq̄ ab eo
missis: ad vindictā malefactorum: lau-
dem vero bonorum. Quia sic est volun-
tas dei. vt benefaciētes obmutescere fa-
ciatis imprudentiū hominū ignorātiaꝫ
Quasi liberari. ⁊ nō quasi velamē hñtes
Ro. 12. c. malicie libertatē. sed sicut ſui dei // Oēs
honorate. fraternitatē diligite. Deuꝫ ti
Eph. 6. a. Col. mete: regē honorificate // Serui subditi
3. d. Titū. 2. c. estote in oī timore dñis. nō tm̄ bonis et
2. Cor. 7. c. modestis: sed etiā discholis // Hec est enī
Jacobi. 5. c. gr̄a: si ꝓpter dei ꝯsciam sustinet quis tri-
D sticias patiens iniuste. Que enī est gra
tia: si peccantes ⁊ collaphiçati suffertis?
Sed si benefacientes patienter sustine
tis: hec est gratia apud deū. In hoc eniꝫ
vocati estis: quia et christus passus est ꝓ
nobis: vobis relinquēs exemplū vt seq̄
1. Joh. 3. a. mini vestigia eius // Qui peccatū non fe
Esa. 53. cit nec inuētus est dolus in ore ei⁹. Qui
cū maledicerēt nō maledicebat: cū pate
Esa. 53. rēt. nō cōminabat̄. Tradebat aūt iudicā
ti se iniuste // Qui peccata nostra ipe per-
tulit in corpore suo super lignū. vt pecca
tis mortui iusticie viuamus: cuius liuo
re sanati estis. Eratis enī sicut oues er-
rātes: sed conuersi estis nūc ad pastoreꝫ
A et episcopū aīaꝝ vestrarū: III
Col. 3. c. // Similit ⁊ mlieres subdite sint
Eph. 5. c. viris suis: vt ⁊ si qui nō credūt
verbo ꝑ mulierū ꝯuersationē sine verbo
lucrifiant. considerantes in timore san
ctam ꝯuersationē vestrā. Quarū si non
sit extrinsecus capillatura aut circūda-
tio auri aut indumenti vestimētoꝝ cul-
tus: sed qꝛ abscōditus est cordis. homo
in incorruptibilitate quieti et modesti
spūs qui est in ꝯspectu dei locuplex. Sic
enī aliqñ et sancte mulieres sperātes in
deo ornabāt se subiecte ꝓprijs virꝫ. sicut
sara obediebat abrae dñm eū vocās: cui⁹
estis filie benefaciētes: ⁊ nō ꝑtinētes vl-
lam ꝑturbationē. Viri similiter cohabi
tantes ſm sciam. quasi infirmiori vascu
lo muliebri īparciētes honorē tanq̄ cohe
redib⁹ gr̄e vite: vt nō impediant̄ orōnes
vr̄e // In fide aūt oēs vnanimes cōpati-
entes fraternitatis amatores misericor
des. modesti. humiles. nō reddētes ma-
lū ꝓ malo. nec maledictū ꝓ maledicto:
sed ecōtrario bñdicētes: qꝛ in hoc vocati
estis vt bñdictionē hereditate possideatꝫ
// qui enī vult vitā diligere. ⁊ dies vide-
re bonos: coerceat linguā suā a malo. et
labia eius ne loquant̄ dolū. Declinet āt
a malo et faciat bonū. inquirat pacē ⁊ se-
quat̄ eā. qꝛ oculi dñi sup iustos. ⁊ aures
eius in p̄ces eoꝝ: vultus aūt dñi supfaci
entes mala. Et q̄s ē qui vobis noceat: si
boni emulatores fueritis? // Sꝫ ⁊ si quid
patimini ꝓpter iusticiā. beati. Timorem
aūt eoꝝ ne timueritis vt nō ꝯturbemini
Dñm aūt christū sanctificate in cordib⁹
vr̄is: parati semp ad satisfactiōeꝫ oī poscē
ti vos rationē de ea que in vobis est spe:
sed cū modestia et timore ꝯscientiā ha-
bētes bonā. vt in eo qđ detrahūt de vob
ꝯfundant̄ qui calūniant̄ vr̄am bonaꝫ in
christo ꝯuersationē. Melius est enī vt be
nefaciētes si volūtas dei velit pati q̄ ma
lefacientes // qꝛ et christus semel pro pec-
catis nostris mortuus est iustus pro in-
iustis: vt nos offerret deo mortificatos
quidē carne: viuificatos autem spiritu.
In quo et his qui in carcere erant spiri
tu veniens predicauit // qui increduli fu
erāt aliqñ qnando expectabant dei pati-
entiam in diebus noe cuꝫ fabricaretur
arca: in qua pauci id ē octo anime salue

B
Pū. 20. Ro. 12. d. Ps. 96.
C
Ps. 33. Jacobi. 1. d.
Mat. 5. a.
D
Heb. 9. d. Ro. 5. b.
Mat. 24. c. Luce. 17. f.

facte sūt ꝑ aquā. Quet vos nunc similis forme saluos facit baptisma: nō carnis dēpositio sordiū: sed ꝯscie bone interrogatio in deum: per resurrectionē iesu christi a mortuis qui est in dextra dei: deglutiens mortē vt vite eterne heredes efficeremur ꝓfectus in celuz subiectis sibi angelis ⁊ potestatib⁹ et virtutib⁹. IIII

Christo igit̄ passo in carne. ⁊ vos eadē cogitatione armamini: qꝛ qui passus ē in carne desijt a peccatis vt nō iam desiderijs hominū. sz voluntate dei quod reliquū est in carne viuat tpis. Sufficit eni ꝑteritū tempus ad volūtatem gentiū consūmandā his q̄ ambulauerūt in luxurijs. desiderijs vinolētijs. comesatōib⁹ potatōib⁹. ebrietatib⁹. et illicitis idoloꝝ cultib⁹. In q̄ āmirāt̄ nō ꝯcurrētib⁹ vobis in eādez luxurie ꝯfusionē blasphemātes qui reddēt rationem ei qui paratus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Propter hoc enim ⁊ mortuis euāgeliçatū est: vt iudicent̄ q̄dez ꝟm homines in carne: viuāt aūt ꝟm deū ī spū: Oīm aūt finis appropinq̄bit Estote itaq̄ prudētes ⁊ vigilate in oratiōib⁹: ante oīa aūt mutuā in vobismetipis charitatem ꝯtinuā hn̄tes. qꝛ charitas opit multitudinē peccatoꝝ. Hospitales inuicē: sine murmuratōe. Unusquisq̄ sicut accepit gratiā. in alterutrū illā āministrātes sicut boni dispēsatores multiformis gr̄e dei. Si quis loquit̄: quasi sermones dei Si quis ministrat tanq̄z ex v̄tute quaz āministrat deus vt in omib⁹ honorificet̄ deus ꝑ iesum christū: cui est gloria et imperiū in secula seculoꝝ amē. Charissimi nolite ꝑegrinari in feruore qui ad temptationē vobis sit: quasi noui aliquid vobis ꝯtingat. sed coīcantes christi passionib⁹ gaudete: vt et in reuelatione glorie eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in noīe christi: beati eritis: qm̄ qd̄ ē honoris glorie et virtutis dei. et qui est eius spūs sup̄ vos requiescet. Nemo āt vr̄m patiat̄: quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienoꝝ appetitor. Si āt vt christianus. non erubescat glorificet aūt deū in isto noīe: qm̄ tp̄s est vt incipiat iudiciū a domo dei. Si aūt p̄mū a nobis: quis finis eoꝝ qui nō credūt dei euāgelio? Et si iustus quidē vix saluabitur impius ⁊ peccator vbi parebūt? Itaq̄z ⁊ hi qui patiunt̄ ꝟm voluntatem dei: fideli creatori cōmendēt animas suas in benefactis.

V

Seniores ergo qui in vobis sūt obsecro consenior et testis christi passionum: qui ⁊ eius que in futuro reuelāda est: glorie cōmunicator Pascite qui in vobis est gregem dei: ꝓuidentes nō coacte sed spontanee ꝟm deum: neq̄z turpis lucri gratia: sed voluntarie: neq̄z vt dominātes in cleris. sz forma facti gregis ex animo. ⁊ cum apparuerit princeps pastoruz percipietis īmarcessibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Om̄s. n. inuicem humilitatem insinuate: qꝛ dn̄s sup̄bis resistit: humilib⁹ autē dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei. vt vos exaltet in tempore visitationis. omnem sollicitudinē vestram ꝓijcientes in eum: qm̄ ipi cura est de vobis. Sobrij estote ⁊ vigilate qꝛ aduersari⁹ vester diabolus tanq̄z leo rugiens circūit: querens quē deuoret Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei que in mūdo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui vocauit nos in eternā suā gloriā in christo iesu modicum passos: ipe perficiet. confirmabit. solidabitq̄z. Ipsi gloria ⁊ imperium: in secula seculoꝝ amen. Per siluanum fidelem fratrem vobis vt arbitror breuiter scripsi obsecrans ⁊ contestans hanc esse veram gratiam dei in qua statis. Salutat vos ecclesia que est in babylone collecta. et marcus fili⁹ meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in christo iesu. Amen.

Explicit epistola beati Petri apostoli prima. Incipit argumentuz in epistolam secundam.

Ja. 4. c.
Hiere. 13.
Lu. 12. c.
Ro. 12. c.

Simon petrus ꝑ fidē huic mundo sapiētes mortuos esse declarat: eisdemq; pietatis quāta sit magnitudo luce ipa clarius manifestat.

Explicit argumentuz. Incipit epistola secunda beati Petri apostoli. Capl'm I

A Simon petrus seruus et apl's iesu christi: his q̄ coequalē nobiscū sortiti sunt fidē in iusticia dei nostri et saluatoris iesu christi Gratia vobis et pax adimpleat' in cognitiōe dei et christi iesu dñi nostri. Quō omīa nobis diuine virtutis sue que ad vitaz et pietatē donata sūt ꝑ cognitionē eius qui vocauit nos ꝓpria gloria et virtute. ꝑ quē maxima ⁊ p̄ciosa nobis ꝓmissa donauit. vt ꝑ hoc efficiamī diuine cōsortes nature: fugiētes eius que in mundo est

B concupiscētie corruptionē. Vos aūt curā oēm subinferentes ministrate in fide vestra virtutē: in virtute aūt sciaz: in scientia aūt abstinētiā: ī abstinētia autē patiētiam: in patiētia aūt pietatez: in pietate autem amorē fraternitatis in amore aūt fraternitatis charitatē. Hec eniz si vobiscum assint ⁊ superēt: nō vacuos nec sine fructu vos ꝯstituent in dñi nostri iesu christi cognitione. Cui enī non presto sunt hec: cecus est et manu tēptās obliuionē accipiēs purgatōis veterū suorum delictoꝝ. Quapropter fratres ma-

C gis satagite: vt ꝑ bona opa certā vestraz vocationē et electionē faciatis. Hec enī faciētes non peccabitis aliquando. Sic enī abūdanter ministrabit' vobis introitus in eternū regnū dñi ⁊ saluatoris nostri iesu christi. Propter qd̄ vos incipiā semꝑ cōmonere de his. et quidē sciētes et confirmatos vos in p̄nti veritate. Iustū aūt arbitror q̄ꝫdiu suz in hoc tabernaculo suscitare vos in cōmonitione: certus ꝙ velox est d̄positio tabernaculi mei ſm ꝙ ⁊ dñs noster iesus christus significauit mihi. Dabo aūt opam et frequē-

D ter hr̄e vos post obitū meū: vt horū oīm memoriā faciatis. Non enī indoctas fabulas secuti notā fecimus vobis domini nostri iesu christi v̄tutē ⁊ prescientiā sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enī a deo patre honorem ⁊ gloriā voce delapsa ad eū huiuscemodi a magnifica gloria // hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. ipm audite. Et hanc vocez nos audiuimus de celo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto. E habemus firmiorez ꝓpheticū sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris. hoc primuz intelligētes ꝙ omnis prophetia scripture ꝓpria interpretatione non fit. Nō enī voluntate humana allata est aliquādo prophetia sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. II

Esa. 42. Mat. 3. g. et. 17. b. Mar. 1. b. Luce. 3. e.

